


DECISIONES
CONSISTORII
SACRAE REGIAE CONSCIENTIAE REGNI SICILIÆ,

IN QVIBVS, PRAETER VARIOS ET quotidianos in foro casus, grauissimæ Doctorum Controuersiæ componuntur,

Et quamplurimæ per totum Ius sparsæ Leges breui quadam & perspicua methodo exactè ac luculenter explicantur;

AVTHORE

DON GARSIA MASTRILLO, Cæsarei, Pontificijq; Iuris Doctore:

Et in eodem Supremo Tribunali Iudice, Regioq; S.R.C. Consiliario.

His accedit RESPONSVM eiusdem pro Matre, Clarissimorum I.V. DD. calculis firmatum, In materia Prælationis vasallorum contra Dominum.

Cum Summarijs, Argumentis, necnon Indice verborum iuxtà, ac rerum notabilium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Nicolaum Misserinum, MDCIX.

533231

Illustriss.^mo & Excell.^mo Principi

D. IOANNI DE VELASCO

MAGNO CASTELLÆ

CŌMESTABILI,

A Consilijs Status Catholicæ Maiestatis, & supremo rerum Italicarum Senatus Præsidi,

DON GARSIAS MASTRILLVS S.



REDIDERIM, Excellentiss. Princeps, inueniri neminem posse, qui nomine tuo dumtaxat audito, omnia excelsi animi, vereq; nobilis ornamenta mente non accipiat, & in te congesta simul intelligat. Enim vero parens rerũ natura formam optimi principis in te videtur expressisse, quē omnes colant, atq; mirentur. Equidem illud præ cæteris vehemēter admiror, quod in tanta rerum, opumq; affluentia natus, in tot honorum æque perpetuo, ac fœlici cursu, tāti duxeris nobilitatem cohonestare virtutibus, litteris, rebusq; præclare gestis, quibus adeò parce nostra hac tempestate nobilium sanguis efflorescit, vt hanc maximè viam consequendæ immortalitatis inieris. Sapientia enim præditi viri suspicere eos solent, & tamquā cęlo delapsos dictitare, qui virtutum iter laboriosum insistentes, ad summum veræ gloriæ fastigium enituntur. Quos inter heroes vel in primis numerandum te esse, quis dubitet? Ea enim tua mens semper fuit, iuxta ac fructus nobilissimæ indolis, & auitarum virtutum, quæ tecũ vnà progenitæ, educatæque nimium quantum excreuere. Itaque haud facili negotio cognosci potest nobilitas magis, an animi tui eximiæ dotes à Regibus ac Dynastis in honore, & amore sint habitæ: antiqua familiæ tuæ dignitas, an virtutes tātis te titulis, & honoribus auxerint. Et sanè vt splendorem, plurimaq; tui generis insignia, ita sapientiam tuam nulla vmquam ætas non commendabit. Hoc enim sapientissimis Regibus, iustisq; rerum arbitris in causa fuit, tui præ alijs eli-



gendi,cui maximas præfecturas,legationesq; demandarent. Quâ ta cum laude Mediolanensi primum Prouinciæ,tum Castellanæ, toti deinde Italiæ præfectus es? Philippus vero III. Hispaniarum Rex potentissimus tua cognita virtute, prudentiaque in Britanniam te destinauit; qui Iacobum Regem ad honestæ conditionem pacis adduceres,tantaque fœlicitate id assecutus es, quiete restituta terræ,marique, vt te Anglia sui fundatorē otij profiteatur,Oceanus suorum pacatorē fluctuum veneretur. Hæc tui peruagata apud omnes fama me permouebat,vt labores hosce meos Excellentiæ tuæ dedicarem cuius authoritas, ac nomē ipsis Momis silentium indicerent,& ab eorum obtrectationibus, quorum vt in corde,ita & in ore semper est virus,me tuerētur. Sed ea me causa maximè compulit, quod me, meaque omnia tibi iure deberi intelligerem.semper ob mentis oculos tua beneficia versantur, tum illud, quod in me dum Concilio Italiæ præsides, contulisti, Iudicemque creasti Siciliensis Consistorij, ingrato essem animo, nisi honorum meorum authori gratias quas possem maximas,haberē.etenim pro tuis in me beneficijs par a me tibi referri possit? neutiquā:nam &si plus contendero, quam possim,minus tamen faciam,quam debeam. Tu vero pro humanitate tua qualecumq; hoc munusculum,quod summo animi studio, nec minore modestia offero, hilari fronte suscipe, & quas tua munificentia munus Iudicis adeptus,sententias tuli,selectasque in ordinem digessi, vt legum Præses lege,ac corrige,vt Mæcenas tuere;exiguitatem sanè operis reprehendere, at voluntatem accusare minimè possis, sciasque velim,me Princeps optimè,tui memoria non amore solum prosequi,sed iure pene colere. Te Deus maximus in annos plurimos reipublicæ seruet incolumem. Vale.



DON

D. PETRVS CORSETTVS REGIVS CONSILIARIVS AVTHORIS CONSANGVINEVS,

Ad Lectores.



ENTENTIA philosophorum est, eorumque Principis Aristotelis; hominem ipsum eius rei causa in hanc lucem esse à natura productum, vt seipsum, resque vniuersas ipsius gratia genitas, earumque vsus, commoditatesque assiduè contemplaretur; simul atque supremi opificis potentiam, ac sapientiam, in efficiendo; bonitatem in seruãdo admiraretur: vt huiusmodi admiratione, desiderio quodã, animique cupiditate, hæc imitari, genitorique tandem similem fieri, raperetur. Deinde verò vt alijs prodesset, communes vtilitates in propatulo afferret; sociatam hãc hominum inter se coniunctionem studiosa, ac laudabili actione tueretur; sibique non tantum propinquos, & amicos, sed patriã, Remp. vniuersumque denique humanum genus ad sui omnẽ conatum beneuolentia, omnique officiorum permutatione tum artibus, tum opera, tum facultatibus, tum scientijs deuinceret, atque coniungeret. Hinc Cicero 1. de officijs, ex sententia Stoicorũ aiebat; Quæ in terris gigni, omnia ad vsum hominum creari; homines aũt hominum causa esse generatos; vt ipsi inter se alijs alij prodesse possint. Huius naturæ negotij solertes dicuntur executores, hi qui Plutarchi sententiæ assentientes (haud rectè dici, ita viue, vt nemo te sentiat vixisse) ardentis animi calcaribus agitati, nullis parcendo laboribus noctesq; vigiles traducendo officia, eorumq; studia tensis neruis ad eas dirigunt actiones, quibus sibi ipsis immortalem gloriam comparare cæterisq; mortalibus prodesse valeant. Quæ cum multæ sint, reperianturq; scopum istum attingentes, eæ tamen è sapientũ præscripto præstantiores videntur, quæ ad fœlicitatem, & beatitudinem inter homines introducendam ordinantur. Hæc summum bonum est, vltimus finis, propter quem omnes alij fines expetuntur: & vt tradit Arist. 1. Ethic. præstantior. Finis qui rationem architectonicam subit, omnibus alijs nobilior est; dum illius gratia omnes alij desiderãtur, atqui huiusmodi cum sit ciuilis facultatis finis: vtitur enim illa oratoria, militari, cæterisq; practicis facultatibus, quoties earum opera, vt leges ferat, desiderat, aut quid agendum præcipiat ordinando, imperando, modumq; præscribendo. Speculatiuis autem vt sint, vel non sint, addiscantur, vel nõ addiscãtur in ciuitate; adeò vt ciuilis doctrina, vti architectonica facultates omnes, atq; scientias ad finem humanum, quem assentientibus omnibus, esse benè viuere, & benè operari, nemo est, qui ignoret, in se contineat. Fatendũ quidem erit, eos, qui Iuris prudentiæ nauant studium, quò gloriosissimos, eò mortalibus fructuo

ſiſſimos cenſendos eſſe: quippe quæ non voluptates, non priuata corporis, aut fortu næ, ſed totius humanæ ſocietatis bona conſectetur, quæ vt in ciuili ſocietate verſans fælicitatem, cuius gratia ea eſt conſtituta, cõſeruare, cuſtodireq; nitatur. Enim vero Iure conſulti actiones humanas, nempè iuſtas, & iniuſtas, legitimas, atq; illegitimas, quibus vel præmia, & honores, vel pænas, & ſupplicia decernant, cõtemplantur, à legis latore præcepta, diligenti, prudentique interpretatione explicant; quæq; ab eodem propter temporis, & caſuum perpetuam variationem omiſſa fuere: ex ſimilibus, iiſdemq; caſibus adiungunt, mentemq; legislatoris, ipſarumq, legum perſpicuè aperiunt: exinde iuſtitiam politicam, & æqualitatem in Repub. introducentes, vt ciues fælicitatem illam adipiſcantur, in cauſa ſunt. Quando quidẽ finem, ſcopumq; ad quos eorum ſtudia ordinantur, tum ipſimet legalis ſcientię pro feſſores, tum philoſophi ſub ratione perfectionis concipientes, alij tranquillitatem Reipub. alij iuſtitiæ, ſeu (vt Cicero inquit) legitimæ, & vſitatæ in rebus, cauſiſq; ciuium, æqualitatis conſeruationem: nonnulli in legibus interpretandis, & æquitate populo explicandis conſtituerunt. Hæc quidem ideò perfectionem quandam dicunt, quia cum adſunt, ſocietatem ciuilem cuſtodiant; cum verò abſunt, corrumpant, diſſoluantq; Cum itaq; finis, perfectio, & bonum reciproca ſint, ob idq; rectè dixerit Ariſt. bonum eſſe, quod omnia appetunt, quia bonum eſt finis, & expetibile, & expetibile eſt finis, & bonum. Et Iure conſulti finem nullum alium eſſe quã iuſtitiæ cõſeruationem, illiusq; adeptionem, æquitatiſq; in rebus, cauſiſq; ciuilibus ex recta, & legitima interpretatione, reſponſioneq; reſultãtem: opinetur Cicero 1. de orat. inquiens iuri ciuili nullum aliud propoſitum eſſe quam legitimæ atq; vſitatæ in rebus, cauſiſq; ciuium æqualitatis conſeruationem: neq; enim æqualitatis conſeruatio aliud eſt, quam iuſtitia ad quam omnis legum diſciplina præordinatur, dirigiturque. Perſuadendum nobis erit iſtiuſmodi diſciplinæ profeſſores ſummum bonum ſectari, quod per ſe, & propter ſe, atq; etiam primò expetatur; nimirũ æqualitatis legitimæ conſeruationem: enim vero quidquid à legumlatoribus, vel à iure conſultis deliberationis, atq; conſilij ſuſcipitur, id omne iuſtitiæ gratia fit, ad quam aliarum rerum vſus commoditateſq; & opportunitates per ſe, ac primò diriguntur. Verum quia quod ſuapte natura bonum, ac per ſe illud quidem expetibile eſt, ac mouendi, alliciendiq; ad ſe vim habens, idcirco euenit vt illiuſmodi bonum Iure conſultum moueat, ad ſeque ſua bonitate aduocet, idemq; appetat, vt acquirat, acquiſitoq; fruatur. Sed enim cum ſatis non fiat artifici, mente hoc bonum, vel ipſius ideam gerere, multoq; magis eidem ſit enitendum, vt et in alio adipiſcatur, & fruatur: quemadmodum ædificator ſola domus idea mẽte formata, & concluſa contentus non extat, ſed eadem extra ſe cupit potiri, opuſq; aliquod inhabitantium commoditatibus inſeruiens, ac re vera exiſtens poſt ſe relinquere. Itemq; & medicus, non tantum ſanitatis formam animo concipit, verum etiam illã extra ſe in alio, vt in corpore humano efficiat conſeruet, vel amiſſam reuocet, procurat: pari ergo ratione Iure conſulto deſiſtendum, quieſcendum, nec quidem erit, ob iuſtitiæ imaginem mente, ac intelligentia in ſe formatam, niſi quoq; extra ſe, & in alio, hoc eſt, in ciuili ſocietate, cuius ipſe eſt cuſtos, potiri, ac frui perſpexerit; tũ ve

rò ob id

rò ob id maximè, quod cum reliquæ virtutes, habitusq; ferè vniuersi in homine po tissimum spectentur, ipsiusq; qui agit sint perfectiones: Iustitia verò ciuilis ad alte rum referatur, & alienum bonum, nimirum societatis existat. Id quidem efficiet si leges conditas, & constitutas interpretetur. Hoc cõsilio author noster, si quid otij à publicis muneribus nanciscitur, id in Reipub. salutem, omniumque mortalium gratiam confert. Studiorum suorum quanta sit vtilitas, quātaue dignitas, præcla rum, & graue tribuit Germania testimonium. Statim atque in Petri de Gregorio tractatus, lucubrationes transeg sse mõtes perspexit, eas sub prælo habere voluit. Cumulatissimè attamen omnium expectationi satis fecisse haud crediderat, ab in curia scribentium, tractatus Gregorianos vindicasse, illosq; ne alienis vnquam sor dibus obsolescerent, additionum splendore nitentes typis mandari curasse, ni satis curiosè factum ad inuictissimi Regis nostri indulgentiam cõmentarium diuulgas set. Nunc verò ad studiosorū commoda quam viam munit, quod iter affectat vide tis, illū ijs augmento maximo coaugmentat, hos labores. Enim verò genus hoc scri bendi in legali palestra eximiū absolutūve reputare debemus. In eo quidem vni uersis iuris prudentiæ habitus exercitatio proponitur; ad cuius comprobationem Peripateticæ familiæ principis authoritatem assumamus; ipse enim lib. 1. de part. animal. nobis scriptum reliquit, in omni scientia, & in omni disciplina, quæ ordi ne, & methodo procedit, siue nobilioris sit ordinis, siue ignobilioris reperiatur con ditionis, duos habitus esse posse, quorum alter rei ipsius sit scientia; tum videlicet ex veris, & immediatis procedit causis, vniuersam ipsius rei essentiam declaranti bus. Alter verò peritia quædam, quæ ex vniuersalioribus, ac probabilibus possit de qualibet re suam ferre sententiam, & perspicaciter, & appositè iudicare, ratio ne adiuncta, vtrum rectè, an secus in medium sint adducta, factaue. Posterioris ha bitus est prudentia, cuius pars est iuris prudentia; Quando quidē iam mihi persua sum esse velim vt credatis, iuris prudentiam non dici habitū scientificum. Arist. enim in lib. Post. Analyt. ait, cuius simpliciter est scietia, hoc impossibile aliter se habere; habitus ex propositionibus proprijs, veris, necessarijs, primis, proximis, no tioribus, ad diuinarum, atq; humanarum rerū proprietates cognoscendas acquisi tus, versatur circa res natura constantes, æternas, atq; perpetuas. Iuris autem pru dentia circa contingentes corruptioni, & generationi, quæ in nostra potestate sitæ sunt obnoxias. Quemadmodū nec erit intellectus; is enim est habitus percipiendi prima rerum, quæ ad demonstrationem referuntur, principia: Iuris prudentia rerū vltimarum, ipsarumq; actionū, quæ sensu, non ratione, atq; intelligentia percipiun tur. Multò minus dicetur sapientia; hæc enim vtriusq; videlicet intellectus, et sciē tiæ, est combinatio, & ex vtroq; habitus compositus, à quo enim partes remouen tur, & totum. Neq; opinio, quæ rerum, earum quæ tum à natura, tum earum, quæ à nobis efficiuntur, habitus existit; itemq; earum, quæ sunt, vel non sunt. Atqui iu ris prudentia, habitus percipiendi ea, quæ à natura fiūt, non dicitur: Sed actiones, quæ ab hominibus proficiscuntur diiudicandi. Ex his iterum, iuris prudentiā non esse cognoscendi habitū, sed consultandi, atq; deliberandi dignoscitur: attamen non de opere efficiendo, quia non ars, sed de agendo. Erit itaq; illa non scientia, nõ ars,

† 4 sed

sed virtus potius, ac prudentiæ pars. (Et si Corasius vir de legali facultate optime meritus, iuris prudentiam artem scientiam, & sapientiam appellari posse, non cõtemnendis rationibus tueatur.) Quod cum veteres animaduertissent iure consulti interdum artem, interdum scientiam eam nuncuparunt; artis, & scientiæ nomen latius vsurpantes; vt hac forsan ratione indicarent, eam neque ad artem, neq; ad scientiam reduci posse, & proinde tum artem, tum scientiam pro habitu quodam animi multis præceptionibus, iisq; ad vitæ cõmoditatem vtilibus, & ad vnũ aliquem finem tendentibus constante, conceperũt: Vnde iuris peritos à peritia nominauerunt; quæ nil aliud est, quam solertia quædam probabiliter rem inuestigandi, ac cognoscendi, quæ à vera scientia, & causarum proximarum comprahensione multum distat; His itaque prælibatis animaduertant præstantissimi, quo pacto id, de quo in posteriori habitu egit Philosophus, formam eius, quod in decisionibus cõscribendis, obseruatur, ductis lineis repræsentet: Decisiones haud profectò aliud esse iudicamus, quam particularium, ab vniuersalioribus, perpensis hinc inde rationibus ductæ indicialiter determinationes. Hanc equidem descriptionem arrepto carbone ex foculo ingenij nostri sic à nobis delineatam, coloribus tamẽ Aristotelicis illustratam iudicate; experimentoq; in opere vobis exposito, comprobate. A vero igitur quid alienum haud dixisse, ferè nempè totius iurisprudentiæ habitum, in istiusmodi compositione versari, satis superq; demonstratum esse, Philosophi authoritate nos iuuat credidisse; quemadmodũ, & vobis persuasum iam fuisse putamus, nobiliorem modum alterum minimè reperiri, quo melius rebus publicis legũ professores prodesse valeant: quando quidem in eo genere scribendi, leges auersa, à recta ratione nulla existente animi commotione, interpretantur, dũ eæ particularibus contingentibus adaptantur. Quid perturbatè, aut contortè dicere, causæ, vel clientis obsequium, aut propriam sententiam ostentandi gratia non impellit, æquo animo id iudicatur, quod ratio recta præscribit, ac probat. Vitiosas, & corruptas hæc reddũt iuris consultationes, atque interpretationes. Sed ne panegyricũ videamur hic intexere sermonem, vobis satisfactũ iri censebimus, si demũ dixerimus, in conscribendis decisionibus, iure consultum, legum latoris, interpretis, ac magistratus, vices subire. Leges ibi interpretantur, executioni mandantur, atque aliæ nondum positæ quasi conduntur, dum lege iubente, mutanda minimè esse, quæ certam sortita sunt interpretationem, præscriptum sit. Perpendite ergo quantũ officij in authorẽ ob iã perpessos labores subsltineatis; quantusue ad sua pristina erga vos studia, cumulus modò accedit; quod insigne, quod optimũ, quodue magis adæquatum mediũ ad fœlicitatem, beatitudinemq; obtinendam vobis proponit. Id quidem est, DECISIONES TRIBVNALIS CONSISTORII SACRAE REGIAE CONSCIENTIAE in lucem proferre, quod in nostro Regno in præfecti Prætorio locum suffectum habemus, cuius determinationes, maximo decorantur priuilegio, vt ab illis licitæ non sint prouocationes. Huius rei est origo; credere Principem eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius muneris magnitudinem adhibentur non aliter iudicaturos esse pro sapientia, & luce dignitatis suæ: quam ipse foret iudicaturus. Proinde Tribunal

hoc

hoc conscientiam Principis nuncupari Consistorium vè appellari. Principes enim propriè Consistorium habere dicuntur, in quo legatos, & quoscumq; ad se adeuntes admittunt, audiunt, causasq; cognoscunt inquirentibus Consistorianis, vt ait Amm. Marcell. lib. 15. Antiquitus locus erat; in quo patres cum Pontifice maximo con sultandi gratia consistebant; qui Comites Sacri Consistorij, & spectabiles diceban tur, ex quibus iudiciū aulicū conflabatur. Sed excelsius, & magnificentius, quid dici, aut sentiri de Magistratu potest; si illum præfecti prætorio vices subire dicimus? Prætorum dignitas, & authoritas maximè apud Romanos reputabatur, vt consularem, & propè modū regiam potestatem per illos sustineri haberetur; idq; eorum insignia probabant. Prætores enim sella curuli lato clauo paludamento toga prætexta, dimidiato fascium consularium numero ornati incedebant. Traianus eos collegas vocabat. In prouincias mittebantur, in quibus antequam Romanæ ditioni paruissent, Rex, vel alia potestas, quæ summo, & libero iure vixisse imperauerat, vt Romani per prætoriam quodammodo regiam dignitatem, illas regere viderentur. Hinc etiam ortum duxit huius Tribunalis Consistorij iurisdictio, ab omnibus nempe quantum vis maioribus Magistratibus ad illud prouocari; in signū supremæ, & quodammodo Regiæ potestatis. Pro tanto, itaque taliq; beneficio Author nullam aliam à vobis exigit gratiam, nisi videri, illud ita collocasse, vt hominibus gratissimum se fecisse, iudicare valeat; Valete sospites.

Gli Eccellentiss. Sign. Capi dell' Eccelso Consiglio di Dieci infrascritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del studio di Padoua per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, & del Circun. Segretario del Senato Gio. Marauegia con giuramento che nel libro intitolato *Decisiones Consistorij Sacræ Regiæ conscientiæ Regni Siciliæ* di Don Garsia Mastrillo non si troua cosa contra le leggi, & è degno di stampa, concedono licentia, che possi esser stampato in questa Città.

Dat. die 4. Iulij 1608.

D. Stefano Viaro
D. Lorenzo Venier } Capi dell'Illustriss. Cons. di Dieci.
D. Vidal Lando

Illustriss. Cons. X. Sec.
Leonard. Otthob.

1608. à 5. Luglio.
Reg. in libro à carte 198.
Ant. Laured. officij
Cont. Blasph. &c.

ILLVSTRISSIMI
D. MARIANI MIGLIACCII
MARCHIONIS MONTIS MAIORIS,
CATHOLICÆ MAIESTATIS IN REGNO
Siciliæ, Status, Belli, & Rationum Consiliarij,

IN AVTHORIS CONSANGVINEI SVI,
Operisque Commendationem

Carmen.



Bissenas legum tabulas prisca edidit ætas,
Frena reluctantum populorum, multa per annos
Voluentes sancita dein sunt iura Quiritum;
Nobile suscepit munus studiosa iuuentus
Cæsaris auspicijs digestas ordine leges:
Tum Codex nouus, atque nouissima prodita iura.
Proh Diui, quibus inuolucris abdita veri
Sensus cognitio? quoties Astræa virago
E terris pulsa est? quantis obnoxia damnis,
Lex legem dum corrigit, atque interpretem aberrans
A vero interpres explodit? & errat vterque;
Quique afferre diem sibi suadet, is inuehit vmbras.
Ite procul nunc ambages, legumque tenebræ:
Grande iubar veri exoritur, quod fulgeat orbi.
Illustret cæcas qui recti lampade mentes,
Tu Mastrillus eris; quo iudice legifer æquam
Diua tenet lancem, & quo alij Doctore tenebunt.
Salue heros, patriæ fatis felicibus orte,
Quo iactat se iure beata Panhormus alumno.



IN-

INDEX ARGVMENTORVM OMNIVM DECISIONVM.

De-

De-

De-

De-

De-



DECISIONVM CONSISTORII SACRAE REGIAE CONSCIENTIAE REGNI SICILIAE

Liber Primus.



DON GARSIA MASTRILLO

Cæsarei, Pontificijq; Iuris Doctore in eodem Supremo Tribunali Iudice, Regioq; Sacri Regij Consilij Consiliario Authore.

SVMMARIVM.

1. *Filia dotata excluditur à successione feudi per consu. in aliquibus. Amplia in feudo materno.* 2.
3. *Dos de paragio non competit filijs viuente patre, vel matre. Limita. num.* 4.
5. *Dos de paragio transmittitur ad hæredes.*
6. *Dos de paragio an debeatur nepti.*
7. *Baro potest petere adiutorium à vassallis pro maritanda nepte.*
8. *Dos de paragio succedit loco legitimæ.*
9. *Dos de paragio an debeatur à refutatario. contra num.* 10.
11. *Refutatio feudi an valeat reseruato vsufructu.*
12. *Donatio non seruatis conditionibus euanescit.*
13. *Stipulatio quando transeat ad hæredes.*
14. *Hæredes non admittuntur nisi fuerit acquisitum ius per defunctũ.*
15. *Dotationis tempus, an mortis inspiciatur in taxanda dote.*
16. *Melioramenta facta post refutationem, an sint deducenda in taxatione dotium de paragio.*
17. *Dos de paragio qualiter sit taxanda, si numerus liberorum sit vltra quatuor,& num.* 19.
18. *Onera illegitima, quando deducantur remissiue.*
20. *Stilus vltimus est seruandus in iudicijs.*

1 ARGVMENTVM.

Dos de paragio an debeatur nepti ex filia præmortua, & an sit tertia tertiæ, si filij sint vltra quatuor.

DECISIO I.



Ill. L.Don Cæsar Gaetano Marchio Xurtini, tanquam pater, & legitimus administrator Donnæ Ioannæ Gaetano, & Aragonia eius filia ex duobus præcipuè fundamentis petebat in Consistorio, vbi causa per viam saltus fuerat introducta, sibi taxari dotes de paragio competetes super Marchionatu Fabariæ ad scutos triginta quatuor mille, & primo vti hæredi Donnæ Annæ eius matris filiæ Donnæ Mariæ Marchionissæ, cui status prædictus fuerat refutatus per Donnam Ioannam sororem; nam tempore refutationis prædictæ factæ in personam ma-
2 tris erat filia, quæ non nisi dotata ex Constit. Regni, vt de successionibus, & in aliquibus exclu di poterat à feudo, quæ quidem dotes etiam super feudo materno
3 debentur, quotiescunque fœmina à masculo excluditur. *Petr. de Gregor. de dot. de parag. quæst. 20. D. Ioann. Francisc. de Pont. consil. 74. num. 8. vbi ita decisum fuisse refert post Affl. ibi relatum in Const. & t. in aliquibus*, & licèt patre, vel
3 matre viuente peti à filia non possint, vt dixit *tex. expressus d. cõst. in aliquibus, vbi Andr. & Affl. & post eos Minad. in 6. notab. Loffred. consil. 26. num. 15. & consult. Petr. de Gregor. in tract. de dot. de paragio quæst. 25. num. 6. Decian. respon. 6. num. 30. vol. 1.* Nihilominus eas assignare potest pater, vel
4 mater in vita, vt dixit *idem Petr. de Greg. d. q. 25. num. 12.* & passim in legitima dicunt Doct. omnes; cum igitur fuerit dos ista de paragio assignata per Donnam Mariam matrem, & Marchionissam, & tantummodo dilatata taxa, & solutio tempore mortis Donnæ Ioannæ refutantis, non videbatur dubitandum quin mortua Dõ
5 na Anna fuerit ius istud petendi dotem de paragio transmissum in filiam actricem stante morte Donnæ Ioannæ refutantis, & sic purificata conditione, vt dixit *Minad. in d. const. in aliquibus, 7. notab. num. 10. vers. & ideò, Petr. de Greg. in tract. de dot. de parag. quæst. 39. Landrech. cons. 25.*
6 Secundo principaliter, quia dotes prædictæ competebant actrici proprio nomine vti nepti repræsentando Donnam Anniam eius matrem filiam Donnæ Mariæ Marchionissæ, quæ hodie reperiebatur exclusa stante refutatione facta per Donnam Mariam de Marchionatu prædicto in personam D. Caroli de Aragonia Ducis Terranouæ filij masculi exclusis fœminis; & ideò si ratio dotis de paragio secundum aliquos est exclusio à feudo, vtrique actrici debentur dotes, quia includeretur repræsentando matre in feu-

do

do nisi esset exclusa propter do-
tem. *Minad. in consti. in aliquibus,*
in 3. notab. num. 18. vers. contra-
ria tamen opinio. Mater autem
Donna Anna dotem cum effectu
consequuta non fuerat, ideo do-
tari debet filia, & neptis ex soro-
re, si Dux eam excludere pręten-
dit. *Andr. de Isern. in Constitut.*
Comitibus, in 2. lectu. col. 4. limit.
30. Minad. in loco præallegato in
verb. filiorum, num. 35. fol. mihi
23. Petr. de Gregor. in tract. de dot.
de parag. quæst. 4. versic. quarto
infero, & in tracta. de vita, & mi-
lit. quæst. 4. sub num. 10. Affl. de-
cis. 265. sub num. 55. & ibi Vrsil.
7 *num. 56.* adeò quod potest Baro
petere adiutorium à vassallis pro
maritanda nepte, vt dixit *idem*
Petr. de Greg. in tract. de concessio.
feud. par. 7. quæst. 8. num. 9. & post
multos iudicatum fuisse dicunt
Vincen. de Franch. decis. 215. per
totam; & Doctissimus Regens Ca-
mil. de Cur. in 2. par. diuers. iuris
feud. cap. 3. nu. 175. fol. mihi 196.
Accedat, quod sicut nepoti com
petit legitima, vt dixit post alios
8 *Cras. in §. legitima, quæst. 4. nu. 1.*
ita & dos de paragio, quæ loco
legitimæ succedit. *Petr. de Greg.*
de dot. de parag. quæst. 2. & alios
de communi testantes retuli ibi in
addit. D. Franc. de Pon. cons. 65.
num. 5. Fab. de Anna cons. 6.
Nec obstabat dicere, quod
dos prædicta, quatenus compete
ret, ea deberetur mortuà donna
9 Maria refutante, vt dixit *Vinc. de*
Anna in alleg. 23. secundum quã
opinionem in Regno fuit aliàs
decisum in causa Gruttarum, nã
dictum fuit, quod refutatio præ-
10 dicta dicitur quædam prætmatu-
ra successio, & habetur, ac si esset
mortua Donna Maria, & retinet
omnes qualitates vltimæ volun-
tatis, vt voluit *Frecc. de subfeud. li.*
2. limit. 17. ad constit. diuæ memo-
riæ, folio mihi 113. à tergo. D. Ioan.
Franc. de Pont. cons 12. num. 4. ex
Bald. in consil. 30. volu. 2. Et ideò
soluitur releuium vita, & militia,
& dos de paragio, idem *Vincent.*
de Anna in cap. 1. de Vassall. decrep.
ata. nu. 224. qui refert ita iudica-
tum fuisse per binas sententias, *li-*
cet in d. alleg. 23. aliter sentiat, se-
quitur *Mila. decis. 8. nu. 286. li. 1.*
& maximè quia Dux percipiebat
fructus dicti Marchionatus, quod
non erat in causa Gruttarũ, quia
refutans sibi reseruauerat omnes
fructus, & refutatarius nil perci-
piebat, & ideò benè fuit Baro ille
absolutus à petitione vitæ, & mi-
litiæ, quod nõ erat in casu nostro,
vt dictum est, quæ refutatio licet
11 aliàs reseruato vsufructu non va-
leret, vt ex multis concludunt *D.*
de Pont. in d. cons. 12. & D. de Curt.
in cap. vlt. num. 205. dictæ secundæ
partis post alios relatos, tamẽ in Rẽ
gno cessat difficultas *ex cap. incip.*
eorum fraudibus, quod est 110. Re-
gis Friderici, vt post multos cumu-
latós notaui *in add. ad Pet. de Greg.*
de concess. feud. par. 4. q. 5. litera D.
Rursus dicebatur, quod in pręsen
ti refutatione facta per Donnam
Mariam Marchionissam de Mar-
chionatu prædicto domino Duci
eius filio aderat pactũ expressum,

quod teneatur soluere dotes de paragio cōpetentes Donnæ Ioannæ actrici eius nepoti, in tantum, quod Dux, vel debet soluere dotem, aut feudum refutatum amittere, cum in ipsa refutatione deuenerit mater præcedentibus illis verbis (sub tamen pactis, & conditionibus infrascriptis, & nō aliter, nec alio modo) quæ verba sunt resolutiua donationis, vt si nō seruentur conditiones, vtique euanescat donatio, vt voluit *Rip. lib. 3. responso. cap. 1. Rol. cons. 63. nu. 36. lib. 4. Gozad. cons. 3. n. 23. Surd. cons. 143. nu. 43. Menoch. cōs. 922. num. 34.*
12

Pro Duce verò conuento dicebatur, quod ex vtroq; capite ex aduerso deducto debebat absolui; nam licet quatenus attinet ad primum, Dōna Anna Mater actricis sibi dotasset dotes de paragio sibi competentes super Marchionatu Fabariæ, adueniente morte Donnæ Ioannæ refutantis, & successione in fructibus, & cæteris reseruatis in personā matris Donnæ Mariæ, & ipsa Donna Maria affidauerit dotes isto casu ad scutos tresdecim mille, tamen casus iste non successit, quia tempore mortis Donnæ Ioannæ, quo tempore cōsolidabatur vsufructus Donnæ Mariæ, & quo tempore ex pacto dotes assecurauerat eadem Donna Maria, iam ab hac vita discesserat Donna Anna, & sic promissio facta per Donnam Mariam, quod isto casu dicta Donna Anna potuisset dotes taxari facere super dicto statu Fabariæ, non fuit purificata, ad tradita per tex. in cap. 1. ac Cleric. qui. inuesti. fec. vbi si clericus fecit inuestituram feudi sub conditione mortis Titij, ea non valet si tempore existentis conditionis clericus reperiatur mortuus, refert *Vincen. de Anna in tit. de Vass. decrep. æta. nume.*
13 229. nec isto casu stipulatio potest transire ad filiam hæredem, quia successiuè hoc intelligitur, vt filij veniant post matrem, *vt per Dec. cons. 662. num. 3. libr. 2.* & mētio hæredum videtur facta quatenus dos iam fuisset acquisita ipsi Donnæ Annæ, stante morte dictæ donnæ Ioannæ, *Alciat. in l. non omnis, ff. si cer. pet. & in cap. cum contingat, de iu. iuran. Bal. cōs. 391. lib. 3. Fulgos. cons. 17.* & quāuis stipuletur notarius etiam pro hæredibus, tamen est vna dona-
14 tio, & hęredes non admittuntur nisi prius acquisitum sit ius per defunctum, *l. eum qui ita, §. per te, & Titium, ff. de verbor. obliga. Bar. & alij in l. stipulatio ista habere licere, § si quis ita, in fine, ff. eodem. Alcia. cons. 14. nu. 18. lib. 8.* quod ius non potest dici acquisitum Donnæ Annæ, cum ea fuerit præmortua, & multa alia ad hoc dixerunt idē *Alcia. cons. 7 lib. 8. num. 30. Cephal. cōs. 312. n. 84. & 85. lib. 3. Bolognett. cōs. 64. Menoch. cons. 442. nu. 32. Peregrin. de fideicommiss. ar. 5. nu. 2. Cioff. cons. 103. num. 22.*

Quo ad secundum caput ex aduerso deductū, quod isti dōnę Ioannæ cōpetat dos de paragio vti nepti, dicebatur, quod viuente dōna Maria Marchionissa, dos ei non com-

competebat, & maximè quia non habebat ætatem annorum viginti quinque.

Rursus si eam prætendere voluisset contra Ducem Terrænouę eius patruum refutatariũ, id non competebat viuente refutante, vt dictum est, sed ea mortua, vt tenuit *Anna in d. alleg.* 23.

Item pro Duce opponebatur etiam exceptio modificatiua, & sic quod summa dotis de paragio petita erat excessiua, & non poterat ascendere ad scutos decẽ mille, quia in primis deducenda erant onera subiugationum debitarum super Marchionatu, Item
15 taxatio fieri debebat habito respectu ad redditus tempore dotationis, & nõ mortis Donnæ Ioãnæ secundum *Caualc. & alios relatos in meis addit. ad Petr. de Grego. de dot. de parag. quæst. 25. & q. 28. in fin. Landrecb. consil.* 35. similiter
16 deducenda erant melioramenta facta per Ducem post refutationem ex causa, quorum hodie Gabella Marchionatus ascenderat ad tantam summam, *Affl. decis.* 87. *Vinc. de Franch. decis.* 191. *nume.* 11.

17 Rursus taxatio non poterat excedere tertiam tertiæ, licet sint quinque filij, iuxta opinionẽ *Pet. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæst.* 29. *nu.* 4. Et demum capitale taxari debebat ad rationem de septem pro centenario.

His discussis fuit conclusum in Consistorio, dotes prædictas de paragio deberi isti donnæ Ioãnæ vti hæredi donnæ Annæ matris, cui vt dictum fuit stante refutatione facta per Donnam Ioãnam seniorẽ donnæ Mariæ sorori fuerat ius quæsitum in dote de paragio sibi per matrem assecurata ea viuente in contractu matrimoniali, & tantummodo dilatata taxa, & solutione ad tẽpus mortis donnæ Ioannæ Marchionissæ refutantis: & ideo nulla vis facta fuit in superuiuentia dictæ donnæ Ioannæ post mortem donnæ Annæ: nam ius petendi dotem iã fuerat delatum, & per consequẽs poterat transmitti in personam donnæ Ioannæ actricis; Nec aliter fuit facta aliqua discussio circa secundum caput, in quo prætendebatur competere dotes nomine proprio, in quo semper Cõsistorium dubitauit, & dicã alibi Deo dante, & propterea fuit taxata ad vntias quatricentas quadraginta quolibet anno pro capitali scutorum vigintiduorum millium, ad rationem de quinque pro centenario, quia super feudis titulatis ita consueuit taxari in M. R. C. prout in Marchionatu Franciforti, & simil. interloquutoriis in processu præsentatis, Et in taxatione prædicta deduximus omnia onera reseruãdo iura actrici circa partitas illegitimas, casu quo fuerit declaratũ non afficere statum, *iuxta ea,*
18 *quæ notaui ad Pet. de Grego. quæst.* 26. *& dicam in decisi.* 64. nec fuit opus intrare in illa quæstione, an tempus dotationis inspici debeset, quoad fructus Marchionatus prout ex parte Ducis prætendebatur,

batur, quia ex pacto expresso in contractu matrimoniali donnæ Annæ, & in refutatione facta per donnã Mariam Duci taxatio fieri debebat secuta morte donnæ Ioãnæ super introitibus dicti status, & sic attentis fructibus tempore prædicto existentibus, vt ex alijs verbis expressè hoc eliciebatur;

Item fuerunt deducta meliora menta cum aliquibus modificationibus iuxta probationes factas in processu, & demum prædi-
19 cta ad semis attento numero liberorum, qui erant quinque ad instar legitimæ, secundum *And. de Iser. in constit. in aliquibus in vlt. col. vers. vltra vero*, dum dixit, quod frater non dabit sorori pro dote de paragio vltra portionem, quantum scilicet est, si succederet soror pro medietate, vel tertia, considerato numero liberorum, & alibi expressius, & eum sequuti sunt *Blasc. Lanc. & Prouinza. in quibusdam allegationibus*, quas ad pennam habeo, & testantur ita seruari in M. R. C. quidquid in contrarium dixerit *Petr. de Gregor. cuius opinio in hoc non seruatur*, & idem sæpè sepius vidimus Iudicatum in M. R. C. his nostris temporibus, & præcipuè in causa donnę Margaritę, & donnæ Annæ de Aragonia soro-
20 rum ipsius Ducis, & stilus vltimus seruari debet, vt dixit *Bursat. post alios cons. 360. num. 63. in fin. Simon. de Prat. cons. 43. num. 13. & idem de iure sentire videtur idẽ Petr. de Greg. d. quæ. 29.* causa prędicta fuit decisa die 7. Februarij 1604. & per ambas partes fuit approbata, & exequuta.

SVMMARIVM.

1 *Absens præsentari non potest in beneficio, amplia nu. 2.*
3 *Præsentatus notus Episcopo, institui potest. Intellige num. 4. & nume. 17.*
5 *Acceptare quando quis dicatur beneficium, & num. 18.*
6 *Præsentati quando sunt in pari voce, est locus gratificationis. Limita num. 16.*
7 *Beneficium sacerdotale quale sit.*
8 *Sacerdos præfertur non Sacerdoti in beneficio.*
9 *Dictio (alius) quid significet.*
10 *Abbas commendatarius est incapax beneficiorum.*
11 *Beneficia sub eodem tecto sunt incompatibilia.*
12 *Impetrans beneficium debet facere mẽtionẽ de alijs beneficijs simplicibus, aliàs impetratio est nulla.*
13 *Inter duos præsentatos dignior est præferendus, amplia in ciue originario, num. 14. Item in doctore, & nobili num. 15.*

ARGVMENTVM.

Præsentari in beneficio an possit absens, & quis inter duos præsentatos præferatur.

DECISIO II.

1 De iure absens præsentari non potest in beneficio, etiam per procuratorem, vt dixit *Rot. decis. 4. in tit. de iur. patr.*

patr. *De. Graff. de iur. patron. decis. 135. nu. 4. & 6. Marcusanton. de Amat. decisione 4.* num. 24. imò
2 consuetudine introduci potest, vt absens præsentetur, *Cæsar Lambertin. de iur. patrona. lib. 2. 11. quæst. princ. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Tho. Zerol. & Lelius Zech. de benefic. cap. 12. num. 22. & 26. vbi allegat Alban. cons. 76. & Lamberti. lib. 2. 2. par. quæst. 5. art. 1. Marcusanton. Eug. cons. 84. per totum*, & licet
3 præsentatus, si sit notus Episcopo, possit institui, tamen secundum prædictos Docto. absens de
4 bet acceptare per se, vel per procuratorem constitutum specialiter præsentationem factam infra quadrimestre, aliàs eius præsentatio, & institutio esset nulla, quia posset graue præiuditium irrogari Ecclesiæ ex dilatione prouisionis: si enim satis esset patrono eligere, & in absentia præsentare, posset sic præsentatus differre aduentum suum per multos annos, nec Episcopus posset interim prouidere ecclesię de alia persona, tanquam per patronum nõ præsentata, & patronus sibi ipse posset percipere fructus; & propterea firmãt præcitati *Doct. & præcipuè Lamberti.* quòd licèt ordinarius possit præsentationem absentis acceptare, & admittere, quando pręsentatus esset idoneus, & ipsi ordinario notus, tamen non tenetur hoc facere: & regulariter talis præsentatio de absente non valet, & debet absens saltem præsentationem acceptare, seu ratificare infra tempus legitimum, vt dixit *Franc. in cap. si tibi, de præben. num. 6. Mandos. reg. 5. quæst. 5. num. 6. Flami. Paris. de resignat. beneficiò. quæst. 7. num. 12. lib. 2. vers. Et quidem Modern. de Maiesta. milit. Eccles. titu. de benefic. lib. 1. par. 3. capit. 2. fol. 451. Ferret. cons. 28. num. 4. volum. 1. Lap. allegat. 89. numero 6. volum. 1. & additio ad*
5 *eum litera L* vbi dicit, quod ad effectum cognoscendi dictam acceptationem Romæ solet articulari, quod talis gratiam sciuit, ac etiam acceptauit, & ratam habuit, & literas super ea expediri fecit: sequitur *Cassador. decis. 4. num. 8. de loca. Paris.* qui loquitur in collatione prout *Lapus cõs. 142. num. 10. vol. 1.* Et ideò ex prędictis Episcopus Syracusanus inter duos præsentatos in quodam simplici beneficio à diuersis patronis æqualem numerum facientibus; quorum vnus erat D. Guglielmus Celestre absens, & commorans in Curia D. Philippi Regis nostri Potentissimi, vti vnus ex Regijs Capellanis, instituit Don Franciscum Rodriquez alium præsentatum & præsentem; quæ institutio licet per Curiam Metropolitanam fuerit nulla declarata, tamen per admodum Ill. & Reuerendissimum Iudicem Regiæ Monarchiæ fuit declarata valida; Introducta causa via appellationis coram Reuer. Abbate Zafa cum voto Consistorij dicebatur ex parte dicti Don Francisci, quod sententia vltimo loco lata in eius fauorem confir-

mari debebat, quia vltra prædi-
6 cta concurrebat in causa ista, quod quando præsentati sunt pares in voce, est locus gratificationis, *Doct. maxime Io. Andr. & Abb. in cap. cum autem, num. 8. de iur. patro. quos refert Lamberti. lib. 2. par. 3. quæst. 5. princip. artic. 1.*
7 *& 2.* Item beneficium prædictum erat Sacerdotale, vbi enim in Cappellania tot missæ in hebdomada sunt celebrandæ per Capellanum, vt in casu isto dispositum erat, dicitur beneficium Sacerdotale, & Sacerdos est præferendus
8 non Sacerdoti; quinimo requiritur, quod tempore præsentationis præsentandus non solum debeat esse Sacerdos, sed etiam actu celebrans, licet testator dixerit, quod debeant celebrari missæ per se, vel alium, quia est intelligenda dispositio ista, vt si fortè esset impeditus aliquo alio impedimento, tunc posset celebrari facere per substitutum, & hoc ostendunt verba illa (per se, vel alium) præsupponit enim præsentandum esse actu Sacerdotem, quia dictio (alius) est inductiua
9 similium, *l. si fugitiui, C. de ser. fugit. cum similibus, & ita in terminis concludit Lambert. de iur. patron. par. 1. lib. 2. 7. quæst. princip. art. 27. & 28.* Item quia dictus de
10 Celestre tanquam Abbas, etiam quod esset commendatarius, erat inhabilis ad beneficia obtinenda, imò vacassent omnia beneficia, quæ ipse habebat, ipso iure post obtentam pacificam possessionẽ, *ita ex gloss. in cap. 2. §. censuit, in verb. benedictionis, de electio. dixerunt Innoc. Imol. Felyn. & alij, quos latè congerit Hoieda. de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. ca. 6. per totum, & Lelius Zech. de benefic. cap. 5. num. 4. rubr. de Collat.*
11 *fol. 59.* Demum habebat duo beneficia sub eodem tecto, quæ sunt incompatibilia, *latè Hoied. d. tra. opin. 20. per totam*, & est declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium, *cap. 17. de reformat. sessio. 24.* Adeò quod in
12 impetratione alicuius beneficij debet fieri mentio de istis beneficijs tenuibus, etiam non ascendentibus ad victum, aliàs impetratio est nulla, *Caualc. decis. 17. par. 2. Et regula de subrogatis collitigantibus, de qua Gomez. folio mihi* 88. concedit subrogari litigantem in iure, vel ad ius si quod forsitan eius aduersario competat, dummodo collitigans in beneficio non sit intrusus.
13 His non obstantibus Consistorium fuit in voto, quod institutio prędicta esset nulla, confirmãdo sententiam Metropolitani, per quam fuerat dictum, quod priuilegium expediatur in personam Don Guglielmi Celestre: nã vt in processu constabat, iste de Celestre erat idoneor, & dignior, & propterea ipse veniebat instituendus, & præferendus per Episcopum, nec erat locus gratificationi, *vt dixit Lambertin. tract. de iure patron. lib. 2. par. 3. quæst. 5. princ. art. 1. qui relatis Doct. ad partes ita concludit in num. 5. & 8.*
* *& dicit esse communem* * *opinionẽ Doct.*

Docto. omnium, & idem dixit in 1. par. 2. lib. quæst. 10. art. 3. num. 15. Roch. de Curt. in tract. de iur. patrona. quæst. 13. in verb. honorificum: Item concurrebat, quia iste de Celestre erat originarius
14 ciuis, & ille de Rodriquez erat externus, quo casu ꝓpter ordinē caritatis erat necessario præferendus, & instituendus; esto, quod tractaretur de beneficio curato, *cap. hortamur, distinct. 71. Fusc. in tract. de visit. in rubr. de edict. exami. ponen. cap. 5. num. 13. & 14. & cap. 21. num. 25. lib. 2. optimè Couarruu. pract. quæst. cap. 35. sub num. 5.* vers. secundo annotandum est, quod est fundatum non solum in iure Ciuili, & Canonico, sed etiam in iure diuino, *vt tradit Quintilia. Mandos. in consil. 55. num. 4. 5. & seq.*
15 Item iste de Celestri erat Doctor in vtroq; iure nobilis, & vir doctus: & quando patroni discordant, non est locus optioni, sed ipse præferēdus est, si habet çqua
16 lem numerum vocum, *Lambertin. de iur. patro. par. 3. lib. 2. art. 12. quæst. 5. latè Iacob. Benius in tract. de priuil. Iurisconsul. priuil. 29.* & post infinitos, quod in paritate vocum institui debeat idoneor, quando ipse vltro habeat alias qualitates, dixit *Caualcan. decis. 11. numero 14. lib. 3.*

Nō obstat modo, quod ex quo erat absens non poterat præsentari, quia dicta conclusio limitatur per omnes, quoties præsentatus
17 esset notus Episcopo, isto. n. in cāsu præsentatio facta à patrono, valet, ac si præsentatus esset personaliter, & corporaliter exhibitus, ita *Abb. in cap. pastoralis, num. 7. de iur. patron. vbi omnes, Zerol.* & post multos concludit *Lambertin. de iur. patr. par. 1. lib. 2. articu. 3. quæst. 11.* quia cessat ratio examinis faciendi in noto, & diœcesano, vt erat iste de Celestri, imò fortius in approbato ad Sacerdotium assumendum per eundem Episcopum, quæ præsentatio fue
18 rat acceptata infra quadrimestre, & quoq; ꝓsentata ipsi Episcopo, & ad effectū institutionis faciendæ fuerant ad eius instantiam recepti testes; Præterea cessabant ea, quæ dicebantur, quod ille de Rodriquez debebat præferri, ex quo Sacerdos, per quam rationem declarauit validam eius institutionem Reuerendissimus Iudex Regiæ Monarchiæ; vt mihi dixit, quia per scripturas denouo missas in hoc iudicio apparebat, quod iste de Celestri erat Sacerdos per annum ante præsentationem, & fuerat ad illud promotus sītibus literis approbatorijs eiusdem Episcopi, qui non poterat de hoc allegare ignorantiam. Postremo ea quæ dicebantur de incompatibilitate beneficiorum non procedebant, vbi beneficium de quo fit præsentatio, erat simplex absq; cura animarū, vel sine necessitate residentiæ, in quibus terminis loquuti sunt Doct. ex aduerso allegati, *& præcipuè Zelius Zech.* & ita iudicatum fuit die 18. Ianuarij 1604.

SVM-



DECISIONVM CONSISTORII SACRAE REGIAE CONSCIENTIAE REGNI SICILIAE

Liber Primus.

DON GARSIA MASTRILLO

Cæſarei, Pontificijq; Iuris Doctore in eodem Supremo Tribunali Iudice, Regioq; Sacri Regij Conſilij Conſiliario Authore.

SVMMARIVM.

1. *Filia dotata excluditur à ſucceſſione feudi per conſti. in aliquibus. Amplia in feudo materno.* 2.
3. *Dos de paragio non competit filijs viuente patre, vel matre. Limita. num.* 4.
5. *Dos de paragio tranſmittitur ad hæredes.*
6. *Dos de paragio an debeatur nepti.*
7. *Baro poteſt petere adiutorium à vaſſallis pro maritanda nepte.*
8. *Dos de paragio ſuccedit loco legitimæ.*
9. *Dos de paragio an debeatur à refutatario. contra num.* 10.
11. *Refutatio feudi an valeat reſeruato vſufructu.*
12. *Donatio non ſeruatis conditionibus euaneſcit.*
13. *Stipulatio quando tranſeat ad hæredes.*
14. *Hæredes non admittuntur niſi fuerit acquiſitum ius per defunctũ.*
15. *Dotationis tempus, an mortis inſpiciatur in taxanda dote.*
16. *Melioramenta facta poſt refutationem, an ſint deducenda in taxatione dotium de paragio.*
17. *Dos de paragio qualiter ſit taxanda, ſi numerus liberorum ſit vltra quatuor, & num.* 19.
18. *Onera illegitima, quando deducantur remiſſiue.*
20. *Stilus vltimus eſt ſeruandus in iudicijs.*

1 ARGVMENTVM.

Dos de paragio an debeatur nepti ex filia præmortua, & an sit tertia tertiæ, si filij sint vltra quatuor.

DECISIO I.



ILL. Don Carsar Gaetano Marchio Xurtini, tanquam pater, & legitimus administrator Donnæ Ioannæ Gaetano, & Aragonia eius filia ex duobus præcipuè fundamentis petebat in Consistorio, vbi causa per viam salus fuerat introducta, sibi taxari dotes de paragio competētes super Marchionatu Fabariæ ad scutos triginta quatuor mille, & primo vti hæredi Donnæ Annæ eius matris filiæ Donnæ Mariæ Marchionissæ, cui status prædictus fuerat refutatus per Donnam Ioannam sororem; nam tempore refutationis prædictæ factæ in personam
1 matris erat filia, quæ non nisi dotata ex Constit. Regni, vt de successionibus, & in aliquibus excludi poterat à feudo, quæ quidem dotes etiam super feudo materno
2 debentur, quotiescunque fœmina à masculo excluditur. *Petr. de Gregor. de dot. de parag. quæst. 20. D. Ioann. Francisc. de Pont. cons. 74. num. 8. vbi ita decisum fuisse refert post Affl. ibi relatum in Const. in aliquibus*, & licèt patre, vel
3 matre viuente peti à filia non possint, vt dixit *tex. expressus d. cōst. in aliquibus, vbi Andr. & Affl. & post eos Minad. in 6. notab. Loffred. cons. 26. num. 15. & consult. Petr. de Gregor. in tract. de dot. de paragio quæst. 25. num. 6. Decian. respon. 6. num. 30. vol. 1.* Nihilominus eas assignare potest pater, vel
4 mater in vita, vt dixit *idem Petr. de Greg. d. q. 25. num. 12.* & passim in legitima dicunt Doct. omnes; cum igitur fuerit dos ista de paragio assignata per Donnam Mariam matrem, & Marchionissam, & tantummodo dilatata taxa, & solutio tempore mortis Donnæ Ioannæ refutantis, non videbatur dubitandum quin mortua Dō-
5 na Anna fuerit ius istud petendi dotem de paragio transmissum in filiam actricem stante morte Donnæ Ioannæ refutantis, & sic purificata conditione, vt dixit *Minad. in d. const. in aliquibus, 7. notab. num. 10. vers. & ideò, Petr. de Greg. in tract. de dot. de parag. quæst. 39. Landrech. cons. 25.*

6 Secundo principaliter, quia dotes prædictæ competebant actrici proprio nomine vti nepti repræsentando Donnam Annam eius matrem filiam Donnæ Mariæ Marchionissæ, quæ hodie reperiebatur exclusa stante refutatione facta per Donnam Mariam de Marchionatu prædicto in personam D. Caroli de Aragonia Ducis Terranouæ filij masculi exclusis fœminis; & ideò si ratio dotis de paragio secundum aliquos est exclusio à feudo, vtique actrici debentur dotes, quia includeretur repræsentando matre in feu-

do

do nisi esset exclusa propter dotem. *Minad. in consti. in aliquibus, in 3. notab. num. 18. vers. contraria tamen opinio.* Mater autem Donna Anna dotem cum effectu consequuta non fuerat, ideo dotari debet filia, & neptis ex sorore, si Dux eam excludere prætendit. *Andr. de Isern. in Constitut. Comitibus, in 2. lectu. col. 4. limit. 30. Minad. in loco præallegato in verb. filiorum, num. 35. fol. mihi 23. Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæst. 4. versic. quarto infero, & in tracta. de vita, & milit. quæst. 4. sub num. 10. Affl. decis. 265. sub num. 55. & ibi Vrsil.*
7 *num.* 56. adeò quod potest Baro petere adiutorium à vassallis pro maritanda nepte, vt dixit *idem Petr. de Greg. in tract. de concessio. feud. par. 7. quæst. 8. num. 9.* & post multos iudicatum fuisse dicunt *Vincen. de Franch. decis. 215. per totam, & Doctissimus Regens Camil. de Cur. in 2. par. diuers. iuris feud. cap. 3. nu. 175. fol. mihi 196.* Accedat, quod sicut nepoti competit legitima, vt dixit post alios
8 *Cras. in §. legitima, quæst. 4. nu. 1.* ita & dos de paragio, quæ loco legitimæ succedit. *Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 2. & alios de communi testantes retuli ibi in addit. D. Franc. de Pon. cons. 65. num. 5. Fab. de Anna cons. 6.*

Nec obstabat dicere, quod dos prædicta, quatenus competeret, ea deberetur mortua donna
9 Maria refutante, vt dixit *Vinc. de Anna in alleg. 23.* secundum quã opinionem in Regno fuit aliàs decisum in causa Gruttarum, nã dictum fuit, quod refutatio præ-
10 dicta dicitur quædam præmatura successio, & habetur, ac si esset mortua Donna Maria, & retinet omnes qualitates vltimæ voluntatis, vt voluit *Frecc. de subfeud. li. 2. limit. 17. ad constit. diuæ memoriæ, folio mihi 113. à tergo. D. Ioan. Franc. de Pont. cons. 12. num. 4. ex Bald. in consil. 30. volu. 2.* Et ideò soluitur releuium vita, & militia, & dos de paragio, idem *Vincent. de Anna in cap. 1. de Vassall. decrep. ata. nu. 224.* qui refert ita iudicatum fuisse per binas sententias, *licet in d. alleg. 23.* aliter sentiat, sequitur *Mila. decis. 8. nu. 286. li. 1.* & maximè quia Dux percipiebat fructus dicti Marchionatus, quod non erat in causa Gruttarũ, quia refutans sibi reseruauerat omnes fructus, & refutatarius nil percipiebat, & ideò benè fuit Baro ille absolutus à petitione vitæ, & militiæ, quod nõ erat in casu nostro, vt dictum est, quæ refutatio licet
11 aliàs reseruato vsufructu non valeret, vt ex multis concludunt *D. de Pont. in d. cons. 12. & D. de Curt. in cap. vlt. num. 205. dictæ secundæ partis post alios relatos,* tamẽ in Regno cessat difficultas *ex cap. incip. eorum fraudibus, quod est 110. Regis Federici,* vt post multos cumulatos notaui *in add. ad Pet. de Greg. de concess. feud. par. 4. q. 5. litera D.* Rursus dicebatur, quod in præsenti refutatione facta per Donnam Mariam Marchionissam de Marchionatu prædicto domino Duci eius filio aderat pactũ expressum,

quod teneatur soluere dotes de paragio cõpetentes Donnæ Ioannæ actrici eius nepoti, in tantum, quod Dux, vel debet soluere dotem, aut feudum refutatum amittere, cum in ipsa refutatione deuenerit mater præcedentibus illis verbis (sub tamen pactis, & conditionibus infrascriptis, & nõ aliter, nec alio modo) quæ verba sunt resolutiua donationis, vt si nõ seruentur conditiones, vtique euanescat donatio, vt voluit *Rip. lib. 3. responso. cap. 1. Rol. cons. 63. nu. 36. lib. 4. Gozad. cons. 3. n. 23. Surd. cons. 143. nu. 43. Menoch. cõs. 922. num. 34.*

12

Pro Duce verò conuento dicebatur, quod ex vtroq; capite ex aduerso deducto debebat absolui; nam licet quatenus attinet ad primum, Dõna Anna Mater actricis sibi dotasset dotes de paragio sibi competentes super Marchionatu Fabariæ, adueniente morte Donnæ Ioannæ refutantis, & successione in fructibus, & cæteris reseruatis in personã matris Donnæ Mariæ, & ipsa Donna Maria affidauerit dotes isto casu ad scutos tresdecim mille, tamen casus iste non successit, quia tempore mortis Donnæ Ioannæ, quo tempore cõsolidabatur vsufructus Donnæ Mariæ, & quo tempore ex pacto dotes assecurauerat eadem Donna Maria, iam ab hac vita discesserat Donna Anna, & sic promissio facta per Donnam Mariam, quod isto casu dicta Donna Anna potuisset dotes taxari facere super dicto statu Fabariæ, non fuit purificata, ad tradita *per tex. in cap. 1. de Cleric. qui. inuesti. fec.* vbi si clericus fecit inuestituram feudi sub conditione mortis Titij, ea non valet si tempore existentis conditionis clericus reperiatur mortuus, refert *Vincen. de Anna in tit. de Vass. decrep. ata. numr.*

13 229. nec isto casu stipulatio potest transire ad filiam hæredem, quia successiuè hoc intelligitur, vt filij veniant post matrem, *vt per Dec. cons. 662. num. 3. libr. 2.* & mẽtio hæredum videtur facta quatenus dos iam fuisset acquisita ipsi Donnæ Annæ, stante morte dictæ donnæ Ioannæ, *Alciat. in l. non omnis, ff. si cer. pet. & in cap. cum contingat, de iu. iuran. Bal. cõs. 391. lib. 3. Fulgos. cons. 17.* & quãuis stipuletur notarius etiam pro hæredibus, tamen est vna dona-

14 tio, & hæredes non admittuntur nisi prius acquisitum sit ius per defunctum, *l. cum qui ita, §. per te, & Titium, ff. de verbor. obliga. Bar. & alij in l. stipulatio ista habere licere, §. si quis ita, in fine ff. eodem. Alcia. cons. 14. nu. 18. lib. 8.* quod ius non potest dici acquisitum Donnæ Annæ, cum ea fuerit præmortua, & multa alia ad hoc dixerunt idẽ *Alcia. cons. 7 lib. 8. num. 30. Cephal. cõs. 312. n. 84. & 85. lib. 3. Bolognett. cõs. 64. Menoch. cons. 442. nu. 32. Peregrin. de fideicommiss. ar. 5. nu. 2. Cioff. cons. 103. num. 22.*

Quò ad secundum caput ex aduerso deductũ, quod isti dõnę Ioãnæ cõpetat dos de paragio vti nepti, dicebatur, quod viuente dõna Maria Marchionissa, dos ei non com-

competebat, & maximè quia non habebat ætatem annorum viginti quinque.

Rursus si eam prætendere voluisset contra Ducem Terrænouæ eius patruum refutatariũ, id non competebat viuente refutante, vt dictum est, sed ea mortua, vt tenuit *Anna in d. alleg.* 23.

Item pro Duce opponebatur etiam exceptio modificatiua, & sic quod summa dotis de paragio petita erat excessiua, & non poterat ascendere ad scutos decẽ mille, quia in primis deducenda erant onera subiugationum debitarum super Marchionatu, Item
15 taxatio fieri debebat habito respectu ad redditus tempore dotationis, & nõ mortis Donnæ Ioãnæ secundum *Canalc. & alios relatos in meis addit. ad Petr. de Grego. de dot. de parag. quæst.* 25. *& q.* 28. *in fin. Landrech. cons.* 35. similiter
16 deducenda erant melioramenta facta per Ducem post refutationem ex causa, quorum hodie Gabella Marchionatus ascenderat ad tantam summam, *Affl. decis.* 87. *Vinc. de Franch. decis.* 191. *nume.* 11.
17 Rursus taxatio non poterat excedere tertiam tertiæ, licet sint quinque filij, iuxta opinionẽ *Pet. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæst* 29. *nu.* 4. Et demum capitale taxari debebat ad rationem de septem pro centenario.

His discussis fuit conclusum in Consistorio, dotes prædictas de paragio deberi illi donnæ Ioãnæ vti hæredi donnæ Annæ matris, cui vt dictum fuit stante refutatione facta per Donnam Ioãnam seniorẽ donnæ Mariæ sorori fuerat ius quæsitum in dote de paragio sibi per matrem assecurata ea viuente in contractu matrimoniali, & tantummodo dilatata taxa, & solutione ad tẽpus mortis donnæ Ioannæ Marchionissæ refutantis: & ideo nulla vis facta fuit in superuiuentia dictæ donnæ Ioannæ post mortem donnæ Annæ: nam ius petendi dotem iã fuerat delatum, & per consequẽs poterat transmitti in personam donnæ Ioannæ actricis; Nec aliter fuit facta aliqua discussio circa secundum caput, in quo prætendebatur competere dotes nomine proprio, in quo semper Cõsistorium dubitauit, & dicã alibi Deo dante, & propterea fuit taxata ad vntias quatricentas quadraginta quolibet anno pro capitali scutorum vigintiduorum millium, ad rationem de quinque pro centenario, quia super feudis titulatis ita consueuit taxari in M. R. C. prout in Marchionatu Francifortis, & simil. interloquutoriis in processu præsentatis, Et in taxatione prædicta deduximus omnia onera reseruãdo iura actrici circa partitas illegitimas, casu quo fuerit declaratũ non afficere statum, *iuxta ea,*
18 *quæ notaui ad Pet. de Grego. quæst.* 26. *& dicam in decisi.* 64. nec fuit opus intrare in illa quæstione, an tempus dotationis inspici deberet, quoad fructus Marchionatus prout ex parte Ducis prætende-

batur, quia ex pacto expresso in contractu matrimoniali donnæ Annæ, & in refutatione facta per donnã Mariam Duci taxatio fieri debebat secuta morte donnæ Ioãnæ super introitibus dicti status, & sic attentis fructibus tempore prædicto existentibus, vt ex alijs verbis expresse hoc eliciebatur;

Item fuerunt deducta meliora menta cum aliquibus modificationibus iuxta probationes factas in processu, & demum prædi
19 cta ad semis attento numero liberorum, qui erant quinque ad instar legitimæ, secundum *And. de Iser. in constit. in aliquibus in vlt. col. vers. vltra vero*, dum dixit, quod frater non dabit sorori pro dote de paragio vltra portionem, quantum scilicet est, si succederet soror pro medietate, vel tertia, considerato numero liberorum, & alibi expressius, & eum sequuti sunt *Blasc. Lanc. & Prouinza. in quibusdam allegationibus*, quas ad pennam habeo, & testantur ita seruari in M. R. C. quidquid in contrarium dixerit *Petr. de Gregor. cuius opinio in hoc non seruatur*, & idem sæpè sępius vidimus Iudicatum in M. R. C. his nostris temporibus, & præcipuè in causa donnę Margaritę, & donnæ Annæ de Aragonia soro-
20 rum ipsius Ducis, & stilus vltimus seruari debet, vt dixit *Bursat. post alios cons. 360. num. 63. in fin. Simon. de Prat. cons. 43. num. 13. & idem de iure sentire videtur idẽ Petr. de Greg. d. quæ. 29.* causa prędicta fuit decisa die 7. Februarij 1604. & per ambas partes fuit approbata, & exequuta.

SVMMARIVM.

1 *Absens præsentari non potest in beneficio, amplia nu. 2.*
3 *Præsentatus notus Episcopo, instituipotest. Intellige num. 4. & nume. 17.*
5 *Acceptare quando quis dicatur beneficium, & num. 18.*
6 *Præsentati quando sunt in pari voce, est locus gratificationis. Limita num. 16.*
7 *Beneficium sacerdotale quale sit.*
8 *Sacerdos præfertur non Sacerdoti in beneficio.*
9 *Dictio (alius) quid significet.*
10 *Abbas commendatarius est incapax beneficiorum.*
11 *Beneficia sub eodem tecto sunt incompatibilia.*
12 *Impetrans beneficium debet facere mẽtionẽ de alijs beneficijs simplicibus, aliàs impetratio est nulla.*
13 *Inter duos præsentatos dignior est præferendus, amplia in ciue originario, num. 14. Item in doctore, & nobili num. 15.*

ARGVMENTVM.

Præsentari in beneficio an possit absens, & quis inter duos præsentatos præferatur.

DECISIO II.

1 DE iure absens præsentari non potest in beneficio, etiam per procuratorem, vt dixit *Rot. decis. 4. in tit. de iur. patr.*

patr. De. Graff. de iur. patron. decis. 135. nu. 4. & 6. Marcusanton. de Amat. decisione 4. num. 24. imò
2 consuetudine introduci potest, vt absens præsentetur, Cæsar Lambertin. de iur. patrona. lib. 2. 11. quæst. princ. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Tho. Zerol. & Lelius Zech. de benefic. cap. 12. num. 22. & 26. vbi allegat Alban. cons. 76. & Lamberti. lib. 2. 2. par. quæst. 5. art. 1. Marcusanton. Eug. cons. 84. per totum, & li-
3 cet præsentatus, si sit notus Episcopo, possit institui, tamen secundum prædictos Docto. absens de-
4 bet acceptare per se, vel per procuratorem constitutum specialiter præsentationem factam infra quadrimestre, aliàs eius præsentatio, & institutio esset nulla, quia posset graue præiuditium irrogari Ecclesiæ ex dilatione prouisionis: si enim satis esset patrono eligere, & in absentia præsentare, posset sic præsentatus differre aduentum suum per multos annos, nec Episcopus posset interim prouidere ecclesię de alia persona, tanquam per patronum nõ præsentata, & patronus sibi ipse posset percipere fructus; & propterea firmãt præcitati Doct. & præcipuè Lamberti. quòd licèt ordinarius possit præsentationem absentis acceptare, & admittere, quando presentatus esset idoneus, & ipsi ordinario notus, tamen non tenetur hoc facere: & regulariter talis præsentatio de absente non valet, & debet absens saltem præsentationem acceptare, seu ratificare infra tempus legitimum, vt dixit Franc. in cap. si tibi, de præben. num. 6. Mandos. reg. 5. quæst. 5. num. 6. Flami. Paris. de resignat. beneficio. quæst. 7. num. 12. lib. 2. vers. Et quidem Modern. de Maiesta. milit. Eccles. titu. de benefic. lib. 1. par. 3. capit. 2. fol. 451. Ferret. cons. 28. num. 4. volum. 1. Lap. allegat. 89. numero 6. volum. 1. & additio ad
5 eum litera L vbi dicit, quod ad effectum cognoscendi dictam acceptationem Romæ solet articulari, quod talis gratiam sciuit, ac etiam acceptauit, & ratam habuit, & literas super ea expediri fecit: sequitur Cassador. decis. 4. num. 8. de loca. Paris. qui loquitur in collatione prout Lapus cõs. 142. num. 10. vol. 1. Et ideò ex prędictis Episcopus Syracusanus inter duos præsentatos in quodam simplici beneficio à diuersis patronis æqualem numerum facientibus; quorum vnus erat D. Guglielmus Celestre absens, & commorans in Curia D. Philippi Regis nostri Potentissimi, vti vnus ex Regijs Capellanis, instituit Don Franciscum Rodriquez alium præsentatum & præsentem; quæ institutio licet per Curiam Metropolitanam fuerit nulla declarata, tamen per admodum Ill. & Reuerendissimum Iudicem Regiæ Monarchiæ fuit declarata valida; Introducta causa via appellationis coram Reuer. Abbate Zara cum voto Consistorij dicebatur ex parte dicti Don Francisci, quod sententia vltimo loco lata in eius fauorem confir-

A 4 mari

mari debebat, quia vltra prædi-
6 cta concurrebat in causa ista, quod quando præsentati sunt pares in voce, est locus gratificationis, *Doct. maxime Io. Andr. & Abb. in cap. cum autem, num. 8. de iur. patro. quos refert Lamberti. lib. 2. par. 3. quæst. 5. princip. artic. 1.*
7 *& 2.* Item beneficium prædictum erat Sacerdotale, vbi enim in Cappellania tot missæ in hebdomada sunt celebrandæ per Capellanum, vt in casu isto dispositum erat, dicitur beneficium Sacerdotale, & Sacerdos est præferendus
8 non Sacerdoti; quinimo requiritur, quod tempore præsentationis præsentandus non solum debeat esse Sacerdos, sed etiam actu celebrans, licet testator dixerit, quod debeant celebrari missæ per se, vel alium, quia est intelligenda dispositio ista, vt si fortè esset impeditus aliquo alio impedimento, tunc posset celebrari facere per substitutum, & hoc ostendunt verba illa (per se, vel alium) præsupponit enim præsentandum esse actu Sacerdotem, quia dictio (alius) est inductiua
9 similium, *l. si fugitiui, C. de ser. fugit. cum similibus, & ita in terminis concludit Lambert. de iur. patron. par. 1. lib. 2. 7. quæst. princip. art. 27. & 28.* Item quia dictus de
10 Celestre tanquam Abbas, etiam quod esset commendatarius, erat inhabilis ad beneficia obtinenda, imò vacassent omnia beneficia, quæ ipse habebat, ipso iure post obtentam pacificam possessionẽ, *ita ex gloss. in cap. 2. §. censuit, in verb. benedictionis, de electio. dixerunt Innoc. Imol. Felyn. & alij, quos latè congerit Hoieda. de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. ca. 6. per totum, & Lelius Zech. de benefic. cap. 5. num. 4. rubr. de Collat.*
11 *fol. 59.* Demum habebat duo beneficia sub eodem tecto, quæ sunt incompatibilia, *latè Hoied. d. tra. opin. 20. per totam*, & est declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium, *cap. 17. de reformat. sessio. 24.* Adeò quod in
12 impetratione alicuius beneficij debet fieri mentio de istis beneficijs tenuibus, etiam non ascendentibus ad victum, aliàs impetratio est nulla, *Caualc. decis. 17. par. 2. Et regula de subrogatis collitigantibus, de qua Gomez. folio mihi 88.* concedit subrogari litigantem in iure, vel ad ius si quod forsitan eius aduersario competat, dummodo collitigans in beneficio non sit intrusus.
13 His non obstantibus Consistorium fuit in voto, quod institutio prædicta esset nulla, confirmãdo sententiam Metropolitani, per quam fuerat dictum, quod priuilegium expediatur in personam Don Guglielmi Celestre: nã vt in processu constabat, iste de Celestre erat idoneor, & dignior, & propterea ipse veniebat instituendus, & præferendus per Episcopum, nec erat locus gratificationi, *vt dixit Lambertin. tract. de iure patron. lib. 2. par. 3. quæst. 5. princ. art. 1. qui relatis Doct. ad partes ita concludit in num. 5. & 8. & dicit esse communem* * opinionẽ

Doct.

Docto. omnium, & idem dixit in 1. par. 2. lib. quaest. 10. art. 3. num. 15. Roch. de Curt. in tract. de iur. patrona. quaest. 13. in verb. honorificum: Item concurrebat, quia iste de Celestre erat originarius
14 ciuis, & ille de Rodriquez erat externus, quo casu ꝑpter ordinẽ caritatis erat necessario praeferendus, & instituendus; esto, quod tractaretur de beneficio curato, *cap. hortamur, distinct. 71. Fusc. in tract. de visit. in rubr. de edict. exami. ponen. cap. 5. num. 13. & 14. & cap. 21. num. 25. lib. 2. optimè Couarruu. pract. quaest. cap. 35. sub num. 5.* vers. secundo annotandum est, quod est fundatum non solum in iure Ciuili, & Canonico, sed etiam in iure diuino, *vt tradit Quintilia. Mandos. in consil. 55. num. 4. 5. & seq.*
15 Item iste de Celestri erat Doctor in vtroq; iure nobilis, & vir doctus: & quando patroni discordant, non est locus optioni, sed ipse praeferẽdus est, si habet ęqua
16 lem numerum vocum, *Lambertin. de iur. patro. par. 3. lib. 2. art. 12. quaest. 5. latè Iacob. Benius in tract. de priuil. Iurisconsul. priuil. 29.* & post infinitos, quod in paritate vocum institui debeat idoneor, quando ipse vltro habeat alias qualitates, dixit *Caualcan. decis. 11. numero 14. lib. 3.*

Nõ obstat modo, quod ex quo erat absens non poterat praesentari, quia dicta conclusio limitatur per omnes, quoties praesentatus
17 esset notus Episcopo, isto. min cāsu praesentatio facta à patrono, valet, ac si praesentatus esset personaliter, & corporaliter exhibitus, ita *Abb. in cap. pastoralis, num. 7. de iur. patron. vbi omnes, Zerol.* & post multos concludit *Lambertin. de iur. patr. par. 1. lib. 2. articu. 3. quaest. 11.* quia cessat ratio examinis faciendi in noto, & dioecesano, vt erat iste de Celestri, imò fortius in approbato ad Sacerdotium assumendum per eundem Episcopum, quae praesentatio fuerat
18 acceptata infra quadrimestre, & quoq; ꝑsentata ipsi Episcopo, & ad effectũ institutionis faciendae fuerant ad eius instantiam recepti testes; Praeterea cessabant ea, quae dicebantur, quod ille de Rodriquez debebat praeferri, ex quo Sacerdos, per quam rationem declarauit validam eius institutionem Reuerendissimus Iudex Regiae Monarchiae, vt mihi dixit, quia per scripturas denouo missas in hoc iudicio apparebat, quod iste de Celestri erat Sacerdos per annum ante praesentationem, & fuerat ad illud promotus stātibus literis approbatorijs eiusdem Episcopi, qui non poterat de hoc allegare ignorantiam. Postremo ea quae dicebantur de incompatibilitate beneficiorum non procedebant, vbi beneficium de quo fit praesentatio, erat simplex absq; cura animarũ, vel sine necessitate residentiae, in quibus terminis loquuti sunt Doct. ex aduerso allegati, *& praecipuè Lelius Zech.* & ita iudicatum fuit die 18. Ianuarij 1604.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vxor vsufructuaria tenetur ad onera hæreditaria, & non hæres in proprietate. ratio num.2. contra num.3. Intellige num.4. Amplia num.5. & 7.*

6 *Aes alienum de bonis testatoris deducendum est.*

8 *Vsufructuarius cogi non potest à creditoribus, sed ab hærede ad soluendum æs alienum, quod intellige, vt ibi.*

ARGVMENTVM.

Vsufructuarius ne, an proprietarius teneatur ad onera hæreditaria.

DECISIO III.



ORTVO Fiderico Burgo, relicta Iulia eius vxore hærede, & vsufructuaria omniũ bonorum suorum durante eius vita, & post eius mortem hærede vniuersali Confraternitate S. Michaelis, fuit dubitatum in Consistorio, quis istorum teneretur ad expensas funerum, & alia debita hæreditaria; & pro Confraternitate dicebatur, onus hoc esse vxo-

1 ris vsufructuariæ, vt dixit *Bart. l. fin. num.5. ff. de vsufruct. legat. & in l. qui filium. ff. de legat.3. Bald. in consil.23. in fin. lib.2. & in consil. 477. lib.3. Guid. Pap. decis.541. & Gras. in §. legatũ, q.35. & 36.* Ex rõ est, quia ipsa possidebat bona, & percipiebat fructus. Sed dictum fuit in contrarium esse commu-

3 nem opinionem, quod ad hæredem proprietarium pertineat soluere expensas funerum, & æs alienum, *secundum Bald. in cons.185. incip. circa dubitationem prædictã lib.2. & in cons.87. super 1. in fin. lib.5. Paul. de Castr. in l. vlt. §. fin autem, C. de bon. quæ lib. & in consil. 294. incip. in causa, quæ uertitur Bononiæ, nu.2. lib.1. Alex. in l. si filio, §. si vir, ff solut. matrim. Ias. in l. 1. in 2 dectu. num.12. & seq. ff. ad Treb. Ruin. cons.41. nu.3. & cons. vlt. col. pen. lib.2. de cõmuni testantur, Dec. cons.260. num.8. Crauet. d. consil. 187. sub num.1. Villalob. in comm. opin. verb. vsufructuarius, num.62. Suarez comm. opinion. in verb. vsufructuarius, num.103. Turzan. q. 105. Viui. in commun. opinio. verb. vsufructuarius. Dur. de arte testam. tit. de legat. cautel.42.* & ab hac opinione non esse recedendum in iudicando dixit *Bellon. consil. 7. nu.1.* qui dicit ita practicari. *Gui. Pap. d. decis.541. Francisc. Marc. decis.842. num.5. Couar. variar. resolut. lib.2. c.2. nu.4. Canalc. de vsufruct. mulie. relict. nu.95. & 111. Andr. Gail. lib.1. pract. obseruat. obseru.46. per totã. Vinc. de Franc. decis.483. num.1. Landreeh. consil. 166. nu.2. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsump.143.* quã sententiã probari ait *per tex. in l. ult. ff. de vsufru. leg. & l. vsufructu, ff. ad l. Falc.* vbi æs alienũ deducitur ex bonis, cuius vsusfructus legatus est; Est

4 verũ quod pro impẽsis prædictis funerum, & pro ære alieno poterit hæres alienare tot de bonis heredi-

hæreditarijs relictis, super quibus debetur vsusfructus, & sic tanto tenuiores redditus percipiet vsufructuarius, vt dixit *text. in l. vlt. ff. de vsufruct. legat.* vbi Iurisconsultus differentiam constituit inter legatū vsusfructus certarum rerum, & legatum vsusfructus bonorum, & inquit æs alienum ex bonis deduci, quando legatus fuit vsusfructus bonorum, item *& tex. in l. vsufructu. ff. ad l. Falcid.* cuius verba hæc sunt, Vsufructu bonorum legato æs alienum ex omnibus reb[illegible] ducendum est *Bald. in con[illegible] & d. conf. 87. in fin. lib. 5 [illegible] fil. 485. in fine, & conf. 590. vol. vlt. & conf. 660. in fin. vbi testatur de communi opinione. Roland. conf. 8. nu. 13. lib. 2.* cum alijs suprà proximè relatis, & in terminis vxoris vsufructuariæ dixerunt *Picus in l. Titia, §. Titia, nu. 153. de legat. 2. Rubeus in conf. 163. colum. vlt. Bellon. d. conf. 7. num. 4. & 5. Menoch. d.*
5 *præsumpt. 143. nu. 15.* & hoc poterit facere inuito vsufructuario circa proprietatem, quia de bonis testatoris istud æs alienū erit
6 soluendum, & detrahendum, vt dixit *Paul. de Cast. in d. §. sin autem, Caualcan. in loco præallegato, num. 211. vers. cum diminutione vero;*
7 idem dicendum si vsufructuarius esset in possessione bonorum defuncti, quia tunc pati debet venundari ab hærede, vel creditoribus bona testatoris pro satisfaciendis creditis, & soluendis debitis, vel præstare cautionem hæredi de soluēdis debitis testatoris, vel de cōseruando ipsum hæredem indemnem à creditoribus in casu molestię. *Matthesi. sing. 4. num. 5. ver. quia respondetur. Villalob. in commun. opin. in verb. vsufructuarius, num. 63. qui dicit communem. Couarruu. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 6. vers. vtrumque tamen, & post Bald. in d. conf. 87. col. 1. vol. 5. voluit Roland. à Vall. d. conf. 8. num. 17. vers. secundo respondeti potest, volum. 2. vbi dicit,* quod dictum *Bart. in d. l. fin.* intel
8 ligi debet, quod vsufructuarius cogatur ab hærede, non à creditoribus, vt proportionabiliter soluatur debitum tam de fructibus, quàm de proprietate, putà quod vendatur aliquid, vt satisfiat creditoribus; Et ideò quia Rectores dictæ Confraternitatis pro recuperandis bonis hæreditarijs adiudicatis per creditores à posse dictæ Iulię vsufructuarię, pro eorum interesse soluerunt de proprio, & deinde eis reseruatis emphiteuticauerunt Ioanni Coruna quandam domum de bonis prædictis pro vntijs octo quolibet anno, & eodem instanti pro habendis pecunijs solutis super dictis vntiis octo, & aliis bonis hæreditariis subiugauerunt vntias octo annui census iuxta formam Bullæ pro capitali vntiarū octuaginta, quas consequuti fuerunt pro effectu prædicto, & sibi retinebant bona recuperata sub prætextu, quod ad vsufructuarium spectabat soluere æs alienum, & impensas funerales; Consistorium cōdemnauit Rectores ad

ad restituendũ bona prædicta Iuliæ vsufructuariæ cum diminutione dictarum vntiarum octo censualium pro domo emphyteuticata die 11. Maij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Constit. sancimus, an procedat in locatione, & num. 8. & 9.*

2 *Locatio ad longum tempus an æquiparetur alienationi?*

3 *Consuetu. Panor. sub tit. de iure prothomiseos; an procedat in locatione, & num. 13.*

4 *Inimicus non admittitur ad ius congrui. Limita num. 14.*

5 *Socius an præferatur in locatione rei communis, amplia nume. 6. ratio num. 7.*

10 *Locatio ad longum tempus an dicatur locatio per nouennium. amplia num. 11, & 12.*

ARGVMENTVM.

Ius prothomiseos an competat in locatione, & quid parte rei communis locatæ.

DECISIO IIII.



ACTA diuisione inter duos consanguineos de quodã prædio per eos possesso, remansit in communi ianua, atrium, & vsus putei: Fuit dubitatum, an facta locatione de eius parte per vnum ex eis cuidam extraneo pro annis nouem, competat ius prælationis alteri consanguineo, & vicino offerenti eidem pretium? & in M. R. C. iudicatum fuit, quod sic. Causa deuoluta via reclamationis ad Consistorium dicebat

1 conuentus, quod Constit. sancimus, concedens prælationem cõsanguineis, loquitur de locatiõne ad longum tempus, ibi dum dicit (alienare per locationem) quæ alienatio non fit, quando locatur res ad modicum tempus, sed quando est facta ad longum tempus, *ad text. in l. si quis ante, ff. de acq[illegible] poss.* quia assimilatur

2 ver[illegible] ex ea transfertur po[illegible] dominium, prout voluit *glo. in l. 3. §. ex contrario, & in l. si quis ante, ff. de acquir. poss. & ibi Alex. Bald. cons. 315. sub nume. 4. Tiraq. de retract. §. 1. glo. 14. num. 79. &* 80. secus in locatione ad modicum tempus. *tot. tit. ff. & Cod. locat.* Item in iure congrui attendendæ erant constitutiones locorum, prout disponit *Cap. Ritus vltimum, sub tit. de iur. protho.*

3 At in hac vrbe Panormi aderat consuetudo *in cap. 26. in tit. de iure prothomis.* dans retractum in venditione tantum, quæ non loquitur de locatione, emphyteusi, & similibus.

Demum quando prædicta cessarent, & conuentus vti consanguineus, & vicinus deberet admitti ad ius prælationis, tamen propter graues iniurias factas per dictum actorem in eius personam, prout probatum fuerat in processu per accusationes pro

4 positas, & alios actus, repellebatur

tur ab ipsamet constitutione, & non poterat admitti ad ius prothomiseos, vt expressè *disponit di ℓta Consti.in §.licet enim,vbi Affl. sub num.1.fol.mibi 45.*

Pro actore dicebatur sententiam M.R.C. confirmãdam esse, quia iam eandem pensionem offerebat, quã dictus extraneus cõductor tenebatur soluere pro ga
5 bella, & socius in hoc casu præfertur, secundum *Bald.in l.1.num. 6.C.qui testamen fac.poss.Flor.in l. saltem,ff.commu. diuidun. Socin. in l.si socius, num.6.ff.si cert.peta. latè Surd. in conf.43. num.12.lib.1.*
6 quod procedit etiam in prædio rustico, vt dixerunt *Rui.cõs.143. num.18. lib.4. Bero.conf.137. nu. 12.lib.1. Rip.in l.quo minus, num. 140.ff.de flumin. Surd. d.conf.43.*
7 *sub nume.12.* ratio est secundum prædictos Doctores, quia alteri socio, qui locauit, nihil interest cum eandem pensionem habeat, & è contra socio, qui vult præferri multum interest non habere extraneos in re communi, & expressè in socio dixit Constit. sancimus, ibi (nisi prius præferat illos, quos per ordinem vocamus ad ius prothomiseos,puta in primis parentes, postea socios,&c.) Item ista actrix erat consanguinea, & vicina, & per consequens stante Constit. prædicta debebat
8 præferri, quæ procedit etiam in locatione, vt expressè notat *Affl. ibi nu.25.& Baldass. Bonedel. ibid. num.274.*

Et quod in locatione, & cõductione habeat locum retractus, dixit *Caualc.in repert.decis.in verbo,ius cõgrui,limit.7.Caroc.in trac. de loca.& conduc.par.5.tit.de iur. congr.nu.2.fol.242.à tergõ. Eugen. cons.2.num.8.*

Nec obstabat id,quod ex aduer
9 so dictum fuerat constit.prędictã procedere in locatione ad longũ tẽpus,quia respondebatur primo ex *eod. Affl. in loco proximè allega.* quod Constit.sancimus,loquitur generaliter non distinguendo inter locationẽ ad modicũ, vel ad lõgum tẽpus, & ideò generaliter debebat intelligi in omni locatione, maximè quia appellatione locationis intelligitur de locatione ad modicum tempus, secundum *Afflic.& Bonedel.in locis allegatis.*
10 Item locatio, de qua agebatur facta fuerat de nouennio in nouennium,quę ad longum tempus dicitur, vt communiter voluerunt *Alexan.in conf.265.lib.2.& conf.104.num.6. lib.3. Ioan. Fab. in §.item finitur, Instit. de vsufruc. Pinel.in l.1.parte 3. nume.63.C. de bonis mater.Glos.Parisien.tit.1. §.14. num.36.de communi testatur Eugen.conf.24.nu.5. Fab.de Anna in addit.ad sing.genitoris 325. Molin.de primogen.Hispa.par.1.lib.1. c.20.num.29. vers.similiter etiam, Couar.varia.resol.lib.2.c.16.nu.2. communem etiam dixit Caroc. de locat.part.2.titu. de locatione de nouennio in nouennium*, vbi hoc am
11 pliat in locatione de quinquennio in quinquennium, quia hæc duo simul iuncta faciũt longum tempus, *Lap.allega.12.* & cæteri per

per eum relati, qui appellat talem locationem in fraudem, secundum *Tiraquel. de retract. lib. 2. num. 11.* & clausula illa ad renouandum, præsumitur in fraudem, *Din. in l. in codicilli, §. instituto, ff. de leg. 2.*

Item ampliat, vt procedat etiã si dictum fuerit, vt nullum trans-
12 feratur dominium, quia commoditas fructuum in huiusmodi casu pro vera alienatione habetur, *Bald. in authen. hoc ius porrectum, col. 2. ver. 6. C. de sacrosan. Eccl. Gabelli. Milleloq. 160. num. 2. par. 1.* Nec obstare videtur, quod secundum nouennium non est de fermo, sed de respectu, quia cum sit collatum in voluntatem conducentis, vt in instrumento locationis apparebat, debebat omninò cum primo nouennio coniungi, & locatio ad longum tempus dicetur, ita post alios quos refert, dixit *Caroc. in d. tract. par. 2. quæst. 5. nu. 3.* & ratio est secundum eũ, quia voluntas durare præsumit.

Secundo non obstabat con-
13 suetudo Panormitana, quia non ex hoc excludebat locationem, in qua stante Constitu. prædicta conceditur ius congrui; Postremò dicebatur inimicitiam fuisse reconciliatam, & meritò nil ob-
14 stare, quin vicinus, vel cõsanguineus vti possit iure retractus, vt in puncto dixit *Affl. in d. §. licet, sub num. 5.*

Item percussio fuerat facta ad defensionem, que pariter non impedit vicino, & percutienti ius retractus, vt dixit idem *Affl. in d. loco, nu. 3. & Baldass. Bonidel. ibid. num. 24.*

Et secundum prædicta iudicauit maior pars dominorũ Consistorij confirmando sententiam M. R. C. die 29. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Redimentes vigore pacti de retrouendendo, an teneatur stare locationi, & num. 8. Amplia nu. 2. & 3. Amplia si res locata nõ sit permansura penes locantẽ, nu. 4. contra, num. 5. 10. 13.*
6 *Redimens vigore termini ad redimendum, tenetur stare colono, ratio, num. 7.*
9 *Successor prælati tenetur stare colono.*
11 *Tutor non potest emere bona pupilli. Limita num. 12.*
14 *Osasc. decis. 82. sub num. 10. distinctio refertur.*
15 *Conductor pro anno, quo seminauit debet percipere fructus.*

ARGVMENTVM.

Redimens vigore termini ad redimendum, an teneatur stare locationi factæ.

DECISIO V.


Aria Petrusio donataria Maximiani de Petrucio eius viri possidens feudum casalis Petræ d. eius viro adiudicatũ per M. R. C. à pos-

posse Ioãnis de Notabartolo Baronis dicti feudi, qui erat valde grauatũ ære alieno, obtinuit prouisionem ab Excellẽtia sua, quod staret sub administratione deputatorum, ad effectum vt de gabella ipsa fieret repartimentum inter creditores iuxta formã actus deputationum per nos emanati in Sacro Consilio vigore cuius per M. R. C. fuit ingabellatum pro annis quinque Filippo Mancusio; Euenit quod durante termino ad redimendum dicto debitori concessum, stantibus prorogationib. Excellentissimi Proregis, fuit factum depositum de pretio, pro quo processerat adiudicatio, & fuerunt ad instantiam dicti Baronis expeditæ literæ de restituenda possessione dicti feudi cum expulsione inquilinorũ, non obstante locatione facta: opposuit aũt se conductor aduersus executionẽ dictarum literarum in M. R. C. asserendo, quod dictus Baro non obstante reluitione tenebatur stare colono, & obtinuit interloquutoriam in eius fauorem, causa deuoluta ad Consistorium: dicebatur pro Barone interloquutoriam prædictam reuocari debere, quia licet *Bald. in L. 1. C. de iure fisci, ad finem, lib.* 10.

1 teneat redimentem vigore pacti de retrouendẽdo teneri stare locationi factæ, tamen eius dictum procedebat, quando ius emptoris erat incertum, prout est tempus mortis, diuortij, & similium, secus vero vbi terminus esset determinatus, vt hic, quia tunc emptor non tenetur stare colono, vt dixit *Tiraq. de retract. conuentio. §. 3. glo. 1. num. 16. in fine.* Item in casu isto Baro erat successor per extinctionem, & priua-

2 tionem iuris locatoris, quo casu non tenetur stare colono. *Mandel. in cons.* 108. *num.* 2. *Pedemont. decis.* 82. *num.* 3. *Vinc. de Francb. decis.* 216. *num.* 5. *Surd. post alios decis.* 40. *num.* 10.

Præterea prædicta confirmari videbantur, quia ista locatio fa-

3 cta fuerat in fraudem ipsius Baronis, *at text. in l. in venditione, §. 1. ff. de bon. author. iud. possid. post alios Surd. d. decis.* 40. *nu.* 6. *& decis.* 172. *num.* 9. *& decis.* 299. *nume.* 7. Et fraus ostendebatur, quia terminus ad redimendum erat mensium quatuor, & tamen absque aliqua necessitate locatio facta fuerat per annos quinque, & scire debebat, quod feudum erat valoris scutorum quindecimmille, & d. ractio facta pro vnc.

4 249. quo casu feudum non erat aliquo modo penes eos permansurũ, sed de proximo sperari debebat redemptio, tanto fortius, quod ad supplicationẽ Baronis fuerunt de mandato Excellent. suæ emanata banna ad effectum vendendi dictum feudum. *Bald. in cap. 1. col. vlt. ver. sed quid si non dum, tit. quib. mod. feu. amit. & concludit Tiraquel.* post multos quos more suo cumulat *in tract. de retract. ligna. §. 1. glo. 14. nu. 12. & de retract. conuent. §. 7. glos. vnica, num.* 17. 18. 19. *&* 20.

Dicebatur ex aduerso, quod com-

communis Doc. opinio est, quod
5 venditor, qui redimit rem adiudicatam infra terminum ad redimendum, tenetur stare locationi factæ ab emptore, & fuit originalis *Bal. in d. l. 1. in fi. C. de iure fisci, lib.* 10. & post eum *Fulgos.* quem sequitur *Alex. in l. filiofamilias, §. si vir in quinquennium, num.* 11. *ff. solu. matr. Neguf. conf.* 88. *nu.* 10. *Tiraq. de retract. conuen. §. 3. glo. 1. nu.* 14. *Cagno. in l. 2. nu.* 221. *C. de pact. inter emp. & vend.* vbi dicit; durũ esse ab hac opinione discedere; de communi testatur *Rolan. cons. 49. nu. 3. vol. 2. Caroc. de loca. & condu. tit. de su. cessor. quæst.* 12. *Soci. sen. conf.* 125. *nu.* 3. *Caualc. decis.* 16. *nu.* 53. *vol.* 2. *& post multos de communi testatur Peregr. de fidei com. art.* 40. *nu.* 47. *& post alios limitando tex. in l. emptorem, C. de locat. dixit Marili. in repet. l. quoties, nu.* 243. *C. de rei vend.* & in termi-
6 nis adiudicationis, vt debitor à cuius posse fuit res adiu*cata remédio infra quadrimestre tempus teneatur stare locationi factę per creditorem pendente dicto quadrimestre, quia factũ iudicis, factum partis dixit *Bongior. in addit. ad l. emptorem, C. locat. vbi allegat Goza. in l. 2. nu.* 179. *C. de pac. inter empt. & vend.* & rationem
7 reddunt prædicti Doct. quia locatio videtur facta de voluntate illius à posse cuius facta fuit adiudicatio, siue venditio cum pacto de retrouendendo, vnde cum appareat de tacita voluntate venditoris, tũc is tenetur stare colono, quotiescunque vult redimere.

8 Nec obstet dicere, quod Bald. loquatur in tempore indeterminato; nam cæteri Doct. præter eũ loquuntur in tempore præfixo, & determinato, & testantur de cõmuni opinione, vt dictum est.

Nec secundo obstabat, quod quando succeditur ad extinctionem iuris illius qui locasset, redimens non teneatur stare colono: nam respondebatur primo, quod in casu isto non succeditur ad extinctioné iuris, & sic quando per iudicis sententiam succederetur, vt loquuti sunt Doct. ex aduerso allegati; sed in mera reluitione, qua facta succedit, qui redimit ex facto proprio, & non per iudicis sententiam, & ideo succedendo ex facto proprio, & locatio est facta ex voluntate redimétis, qui si noluisset, reluisset, tunc tenetur stare locationi.

Secundo dicebatur, ꝙ *Mãdeli in d. cõs.* 108. & alij similes loquũtur in Prælato, & vsufructuario, qui non habét nisi vsum rei, ideò eis mortuis locatio ex legis ministerio extinguitur, & ille qui succedit, non tenetur stare colono, prout dixit Maudel. in loco supradicto, & tamen nõ desunt Doct. qui contra Mandel. loquuntur, dicentes successorem Prælati stare colono, vt latè probat *Soci. sen. in conf.* 32. *per totum, volum.* 1. & diffusè in pluribus casibus loquendo dixit *Peregri. de fideicom. art.* 40. *num.* 98. *Surd. decis.* 326. *nume.* 6. *&* 78.

Tertio respõdebatur, quod in eo qui succedit per extinctionem iuris,

iuris, vt est in Prælato, vsufructua
9 rio, successore per sententiam, & similibus, cessat ratio, quæ militat in redimente stante pacto ad redimendum, vbi locatio videtur facta de voluntate venditoris, vt dictum est; in Prælato, & alijs non sic, quia non habent plenum dominium in re, quam locant, quemadmodum habet ille, qui emit rem cum pacto ad redimendum; nec pariter si locat, locatio videretur facta de voluntate successoris in Prælatura: & viua est ratio, quia successor est incertus, & locatio non potest dici de voluntate incerti successoris.

Pręterea dato, quod redimens succederet ad extinctionem iuris, tamen regula prædicta nõ habet locum, quando translatio fit ex necessitate, quia tunc communiter
10 Doct. concludunt, quod ille in quem fit translatio, ex necessitate tenetur stare colono, & maximè, quando transferens habet plenum ius in re, ita distinguendo dixit *Bart. in d. l. si filiusfamilias, §. si vir in quinquennium, sub num.* 1. *vbi Alex. num.* 19. *ff. sol. matrim. & est limitatio ad tex. in l. lex vectigali, tradita per Bald. in d. §. si vir in quinquennium, nu.* 5. communem esse distinctionem testatur *Paul. de Montepic. cõs.* 6. *nu.* 28. *Osasc. d. decis. Pedem.* 82. *nu.* 6. ita in casu isto eramus in translatione necessaria, quia venditor poterat cogere emptorem vigore termini ad redimendum, & emptor, qui volebat transferre, habebat plenum ius in re transferenda.

Postremo non obstabat dicere hic tractari de fraude stante, quod terminus ad redimendum erat breuis, & distractio facta fuerat pro vili pretio respectu feudi, & locatio facta fuerat statim per annos quinque; quia si rectè aduertatur, omnis fraus cessabat in casu isto; primo, quia gabella dicti feudi fuit aucta maiori pretio, quo erat prius.

Secundo Gabellatio dicti feudi facta fuerat in publico incantu, & ad extinctum candelæ vltimo emptori, & plus offerẽti, quo casu videbatur cessare fraudem omnem; & in simili dicunt Doct.
11 quod tutor regulariter non potest emere bona pupilli directè, nec indirectè, vt dixit *Iaf. in l. si mihi, & tibi, §. regula. num.* 5. *ff. de leg.* 1. tamen si bona pupilli fue-
12 rint vendita ad publicum incantum vltimo emptori, & plus offerenti, tunc rectè potest emere, vt dixit *text. in l. tutor rerum. ff. de administr. tutor. Petr. Gerard. sing.* 57. *num.* 3. *Iaf. in l. filiusfamilias, §. diui, nu.* 38. *in* 2. *lect. ff. de leg.* 1. *alios allegat Caual. de tutor. & curat. nu.* 177. qui Doctor. reddunt rationem, quod quando venditio est facta ad incãtum vltimo emptori, & plus offerenti, tũc omnis fraudis suspicio cessat.

Tertio dicebatur ad excludendam fraudem, quod locatio prædicta facta fuerat non à priuata persona, sed à M. R. C. sub verbo Regio, præcedentibus prius literis banni factis in pluribus locis Regni, in tantum, quod

B vnus-

vnusquisq; sciebat, quod feudum prædictum casalis Petræ erat positum sub deputatione, & quod à Magna Regia Curia, vti ad hoc deputata erat locandũ, vnde cessante fraude videbatur cessare limitatio posita per Tiraquell.

Cõcurrebat in causa ista, quia
13 conductor habebat in suo instrumento locationis non solũ generalem hypothecam, sed specialem, quæ operatur, vt locator teneatur stare locationi factæ per Magnam Curiam, vt dixit *text. in l. eos, C. de pignor. §. Item seruiana instit. de actio. Bart. in d. l. emptorem*, qui subdit in practica notandum perpetuo, *& Ang. C. locat. & pro singulari tradit Marsil. singul. 321. sub num.* 1. post infinitos dixit *Caroc. de locat. & conduc.* vbi de magis communi opinione, & ab ea in iudicando non esse recedendum testatur in *tit. de succ. q. 15. num. 35. Pedem. decis. 82. Molin. de contract. disput. 490. versic. tertio si conductor, & de magis communi testatur Seraphin. de Serafin. de priuileg. iuramen. priuileg. 158. sub num. 3. vbi in fin.* prædictam conclusionem ampliat stante iuramento; at in casu isto Feudum prædictum fuerat per M.R.C. specialiter conductori obligatum cum pacto de alijs non locando, quo fit, vt conductor iste, qui habet rem locatam hypothecatam potest eam loco pignoris retinere, & donec locatio durabat non poterat expelli, nec poterat sibi offerri interesse, vt post multos dixit *Marsil. in præalleg. loco sub num. 1. Couarru. variarum resolut. cap. 15. num. 3. & post multos quos allegat refert de commun. opin. Molin. d. disput. 490. num. 7. vers. quartus quando, & num. 8. & seq. Caroc. in præcitato loco.*

Discusso negotio Cõsistorium in hanc inclinabat opinionem veram de rigore iuris; sed quia solet assequi æquitatem, placuit in causa ista determinare secundum distinctionem illam, quam po-
14 suit *Osasc. in præalleg. decis. 82. sub nu. 10.* vers. ex ijs fundamentis, quod aut sumus in locatione ad modicum duratura, & sunt factæ expensæ, & tunc teneat locatio pro illo tempore: aut nulli fuerãt facti sumptus, nec præstita opera, & tunc cum nullum ius, aut damnum emergens prætendere possit conductor, successor non tenetur stare locationi. Et secundum eam iudicasse Senatum testatur, & post eum *Caualc. decis. 44. nu. 16. & 23. & Surd. decis. 40. num. 1.* iustum enim est, quod pro
15 eo anno, pro quo conductor prędia coluit, vel seminauerit, quod saltem pro eo anno fructus percipiat iuxta decisionem *Bald. in l. emptor. num. 7. vers. sed pone colonus. C. locat. & eum sequuti sunt Cagnol. in d. l. 2. num. 121. vers. secundo limita. C. de pact. inter empt. & vendit. Franc. Marc. decis. 196. in fin. par. 2.* vbi dicit hoc procedere ex quadam æquitate, & quia in casu isto locatio facta fuerat pro annis quinque, de quib. iam erant elapsi quasi anni duo, & facta fuerant noualia, & datæ pecuniæ,

cuniæ, & animalia sub inquilinis pro anno sequenti, iudicauimus die 5. Maij 1604. locationem prædictam durare debere per totum annum sequentem iij. Ind. ita quod conductor teneatur relaxare partem feudi vacuam ad effectum faciendi noualia, prout ex pacto expresso tenebatur in vltimo anno gabellę, quæ sententia per vtramque partem fuit laudata, approbata, ac exequuta.

SVMMARIVM.

1 *Tutor dari potest in testamento sub conditione. Intellige num. 2. & 3. 22.*
4 *Tutor datus à testatore in casu mortis, an censeatur adiectus in casu remotionis, & num. 9. contra num. 18. 20. 21. 23. 32.*
5 *Mater præfertur auo, & auiæ in tutela.*
6 *Extensio non fit in tutela de persona ad personam & num. 26.*
7 *Tutor datus in locũ vxoris si conuolauerit ad secundas nuptias, an censeatur datus si mortua fuerit, & num. 27.*
8 *Casus nuptiarum non extenditur ad casum mortis, contra num. 28. & seq. & num. 33.*
10 *Vxor dicitur suspecta, si eius vir sit suspectus, & num. 34.*
11 *Casus mortis, depositionis, & remotionis æquiparantur. & num. 15. 16. 17. 25.*
12 *Officialis remotus ab officio dicitur mortuus.*
13 *Iudex recusatus habetur pro mortuo.*
14 *Prælatus succedens Prælato promoto in aliam Ecclesiam succedit mortuo.*
19 *(Mors) verbum etiam in ciuili verificatur.*
24 *Tutor datiuus nõ admittitur existente testamentario.*
30 *Tex. in l. tutoribus ita datis, ff. de testam. tute. declaratur.*
31 *Dictio (tunc) quid operetur.*
35 *Vxor transiens ad secunda vota amittit tutelam filij.*
36 *Vitricus nominatus à matre potest dari tutor.*

ARGVMENTVM.

Tutor vocatus ad tutelam in casu mortis, an censeatur vocatus in casu remotionis.

DECISIO VI.



PHilippus Læto in suo testamento instituit hæredẽ vniuersalem eius filiã Agatham, cui dedit in tutorem testamentarium Benedictum eius patrem, & disposuit, quod casu quo Benedictus tutor ab hac vita decesserit, succedat ad tutelam prædictam Agatha eius mater, & auia pupillæ, ac Vincentius eius frater coniunctim, & non diuisim, ita quod vno ex ipsis mortuo remaneat tutor alius; Mortuo testatore fuit remotus vti suspectus Benedictus à tutela, & per Curiam Ciuitatis Catinæ fuit delata Donnæ Isabellæ de Giuenio matri Donnæ Agathæ pupillæ, à qua prouisione

B 2 fue-

fuerunt ad instantiam Agathæ, & Vincentij Læto tutorum testamentariorum in casu mortis Benedicti obtentæ literæ via grauaminis à M. R. C. & per eam tandem decisum fuisse per dictam Curiam illatum grauamen; & tutela fuit delata dictis Agathæ, & Vincentio, Causa deuoluta via reuisionis ad Consistorium, dicebatur ex parte Donnæ Isabellæ, quod licet tutor possit dari in
1 testamento sub conditione, & vsque ad conditionem, *l. tutor, §. tutore, ff. de testamen. tutel. Doctor. in l. si quis sub conditione per illum textum. ff. eodem titulo. Mont. de iure tutel. cap. 10. quomodo tutel, dar. poss. num. 1. cum sequenti-*
2 *bus*. nihilominus talis datio debet esse sub conditione expressa, non autem tacita, *Alber. in l. dicto. §. sub conditione, num. 3. ff. de tutel.* refert, & sequitur *Viui. decisione 2. num. 9. D. Fab. de Anna in consilio 84. num. 20. & se-*
3 *quen. lib. 1.* & reddunt rationem, quia tutela ipsa debet necessariò de Iudicio certo, non autem incerto testatoris procedere, secundum *Alber. per eos relatum in l. sed etsi tantum. ff. de stipul. seruor.* At in causa ista conditio adiecta
4 à testatore fuerat in casu mortis, ergo non poterat verificari in casu remotionis nõ cognito, nec expresso à testatore, quo casu erit locus legitimo, cum conditio defecerit. *Morta. d. cap. 10. num. 4.* & maximè dictæ Donnæ
5 Isabellæ matri, quæ præfertur quibuscunque etiã auo, & auiæ.
Cor. consilio 136. num. 3. volumine 3. Abb. & Dec. in cap. ex parte, de appellat. Afflict. decis. 231. num. 2. & 3. Surd. decisione 106. num. 14.

Item in tutela non fit aliter extensio, de persona ad perso-
6 nam, sed stricta interpretatio etiam ex identitate rationis, vt latè consuluit *idem Anna per totum d. consil. 84.* Ergo idem in casu isto, & sic vt casus mortis non comprehendat casum remotionis.

Præterea in terminis tutelæ *allegatur text. in l. tutoribus, quæ est pen. ff. de testamen. tutel.* vbi si datus sit tutor Lucius Titius filio, & si is tutor non viuat, datus sit Caius, Lucius Titius superuixit, & tutelam gessit, demumq; mortuus est, deciditur ibi, quod post illius mortem non censetur datus Caius in illo casu, quo Lucius Titius tempore mortis testatoris
7 non vixerit, & quod tutor datus in locum vxoris si conuolauerit ad secunda vota, non censeatur datus, si mortua fuerit determinat *Anna in prædicto consil. 84.* & eum sequitur *Viui. dicta decisione 2. num. 18.* & in substitutio-
8 ne, quod casus nuptiarum non extendatur ad casum mortis consuluit *Menochius in consil. 243. volumine 3.* & iudicauit *Bursatus in eadem causa consil. 263. volumine 3.* qui iustificat votum suum, & in terminis, quod ca-
9 sus remotionis non extendatur ad casum mortis dixit *Surd. decis. 202.*

Accede-

Accedebat in causa ista, quòd
10 Agata substituta vna ex tutorib. erat suspecta, quia vxor Benedicti accusati, & remoti. *ad not. per Dec. in consil. 674. num. 6. & seq. Monta. de iur. tutela. cap. 36. tit. de suspect. tuto. num. 10. & seq.*

In contrarium autem dicebatur, quod sententia lata per M. R. C. omninò cōfirmanda erat, quia licet ipsi fuissent substituti in casu mortis Benedicti, tamen idem videbatur dispositum cessante tutela in personam ipsius Benedicti per remotionem, vel similem ca-
11 sum, quia in iure casus mortis, depositionis, vel remotionis ad idem sonant, adeò quod officialis
12 remotus ab officio dicitur mortuus, *ad tex. in l. 1. in fine, C. de primicer. lib. 12.* ibi (& numeratorū corpus extinctum iniuriæ authore minuendum) dicitur enim ibi, quod notarius principis non poterat esse discussor, siue persequutor, & si contrafecerat, erat priuatus ab illo officio primicerij, & in eius locum alius creatus: nam erat statutus numerus primiceriorum, & in casu mortis alicuius alius decorabatur illa dignitate, quam semper retinebāt etiam in senectute, & tamē casus priuationis dicitur casus mortis, quia alius eligebatur, *sequitur Gloss. fin. in verb. corpus. Ioan. de Plat. ibi in apostilla, & Andr. Barul. in d. l. 1. num. 4. in vlt. notab.* & infert argumentum, *Andr. de Isern. in cap. 1. §. sed & res, num. 7. per quos fiat inuestitu.* quod Iudex recusatus ha-
13 betur pro mortuo; Item facit,
14 quod quando vnus Prælatus succedit in locum alterius Prælati, vel renunciantis, vel translati in aliam Ecclesiam, non dicitur succedere viuo, sed mortuo, *est tex. in cap. in apibus, §. ecce, 7. q. 1. Cardin. in Clem. fin. nu. 13. de procurat.* Et remoueri ab officio idem est, quod mori, *Gloss. in Clement. 1. in*
15 *verb. mori, vt lit. penden. & Glo. in cap. si cui, in verb. moriatur, de præbend. in 6. Ias. in l. nulla, C. de procurat. Gabr. commun. opinio. lib. 2. tit. de procura. conclus. 3. nu. 4. Cassad. decis. 2. num. 2. de appellat. Aufrer. ad Cappel. Tolosan. decis. 265. Rot. Rom. in nouis decis. 376. Mandos. super Reg. Cancellariæ, de verisimili notitia, quæst. 7. nu. 13. Asin. in l. 4. §. sed tunc, num. 59. ff. de religio. & sumpti. fun.* qui omnes dicunt,
16 quod mandatum procuratoris ita expirat morte episcopi, quemadmodum remotione, trāslatione, vel renunciatione, cum paria sint, quod officium, siue administratio finiatur morte, vel remotione ab administratione, & in
17 specie, quod casus mortis includit casum remotionis, seu translationis dixit *Ioan. Vinc. de Anna alleg. 92. num. 3. & seq.* vbi refert ita iudicatum, sequitur *D. Fabius de Anna in cons. 14. num. 8. & seq. & consil. 82. num. 18. 19. & 20.*
18 *lib. 1.* & in terminis, quod tutor datus in casu mortis, censeatur datus in casu recusationis, determinat contrarijs respondendo *Surd. decis. 207. nu. 9. vsq. ad fi.* quę conclusio confirmatur, nā quādo mors ciuilis habet effectum mor-

tis naturalis, quoad id de quo agitur tunc mors ciuilis æquiparatur naturali, & verbum (mors) etiã in ciuili verificatur. *l. actione, §. publicatione, ff. pro soc. l. 1. §. vlt. ff. de bon. poss. contra tab. post alios Rim. iu. consil. 415. Menoc. cõs. 227. nu. 45. Decia. respon. 86. nu. 39. lib. 3. & respon. 61. nu. 1. 2. & 10. li. 5. Honded. consil. 62. nu. 35. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 1373. nu. 4. volum. 3.*

19

20 Et quod mors resultans ex remotione à tutela operetur eundẽ effectum mortis naturalis, quia in vtroque par est ratio prouidẽdi filiæ de tutore, dixit *Surd. d. decis. 207. sub nu. 13.* vbi paria sunt non extare tutorem ob mortem vel ob remotionem, *Ruin. consil. 87. num. 2. vol. 2. Socin. iun. consil. 43. num. 2. vol. 3. Riminald. iunior cons. 259. nume. 11. Vini. decis. 34. nume. 10. & 43.* Et in his in quibus consideratur effectus non refert quid ex æquipollentibus fiat. *l. mulier, ff. Ad Trebellian. l. mater, vbi Dec. in 2. notab. C. de institu. & substitu. Asin. in tract. de executio. cap. 23. num. 5.*

Item faciebat, quod de iure clarum est, quod dare vnum tutorem in locum alterius, nil aliud est, nisi in tutore substituere vnũ loco alterius, & substitutio facta

21 in vnum casum, videlicet (mortis) trahitur ad omnem alium casum impotentiæ, voluntatis, siue ex defectu conditionis, siue morte præuentus, siue sui incapacitate, siue alia quauis impotentiæ ratione impeditus fuerit hæres institutus, semper in omnibus casibus substitutus admittitur, & tandem omnes casus comprehendit in quibus institutus non potest esse hæres, vt latissimè dixit post alios *Surd. in cons. 236. nu. 23. & in d. decis. 207. num. 9. & 10.* vbi firmat idem teneri in tutela, & maximè, quia si testator interrogatus fuisset ita dixisset, cum finis erat, vt daret tutorem filijs, & ex maioritate rationis cũ voluerit tutelam Benedicto decernendam esse istis Agathæ, & Vincentio, & cõsequenter multo magis eo remoto. Accedebat prædictis maxima æquitas, quia suspitio illa allegata contra Benedictum erat fundata in quadam supplicatione facta ad instantiam Don Francisci de Giuenio fratris Donnæ Isabellæ ex eo, quod non fecerat inuẽtarium, & quod bona dilapidabat, & nullis factis super hoc probationibus, nec præsentatis scripturis, nec adhibita causæ cognitione fuerat dictus Benedictus priuatus dicta tutela, & illa fuerat decreta Donnæ Isabellæ sorori accusatoris; & nihilominus ex dispositione eiusdem testatoris Benedictus non tenebatur conficere inuentarium, sed tantummodo quoddam repertorium penes acta cuiusuis notarij, imò apparebat, quod iste Benedictus nedũ non erat dilapidator, sed industriosus, & diligentissimus, adeò quod ex nihilo euaserat ditissimus Baro feudorum, & filium mortuum ad doctoratus gradum assumi fecerat,

&

& tandem vt cum nobilibus contraheret consanguinitatem in vxorem dederat Donnam Isabellam de Giuenio nobilissimam mulierem, etiam sine dote, & filio assignauit scutos tres mille annui redditus, & sibi remanserat feudum Passanitelli, & maxima pecuniarum summa. Vnde ex prædictis Consistorium confirmauit sententiam M. R. C. die v. Maij 1604.

Nec obstabant superius in contrarium allegata, & primum conditionem esse debere de casu vero, quia vt dictum est, casus remotionis comprehenditur sub casu mortis, & sic conditio est adimpleta in casu indiuiduo, & specifico, Item respondendebatur,
22 quod licet conditio adimpleri debeat in forma specifica, tamen quando conditio est necessaria ad actum, vel ad effectum actus, tunc sat est adimpleatur per æquipollens, ita distinguendo dixit *Bar. in l.Gallus,§.& quid si tantum,num.1.& sequen.ff.de liber. & posthum. Surd. in terminis d.decis.207.sub num.13.& 14.Socin.sen.cons.30. vol.1.*

Nec obstat, quod in casu mortis sit locus tutori legitimo, vel datiuo, nam non habet locū, quando potest esse locus tutori in te-
23 stamento substituto, dum enim
24 testamentarius potest admitti, cessat legitimus, & datiuus, *l. si quis sub conditione, in princip. ff. de testam.tut. Spec.in tit.de tutor.§. si vero, num.2. Surd. d. decisio.207. num.17.18.& 20.* Ratio est, quia habenti tutorem, tutor dari non potest. Eodem modo respōdebatur ad secundum obiectum, quia in casu isto non fit extensio, sed
25 comprehensio, cum casus mortis comprehēdat casum priuationis, tamquam etiā expressum, *ad not. per D Fab.de Anna in consil.120.*
26 *nu.40.41.& seq.lib.2.* imò in tutela vnus casus extenditur ad aliud *l.si quis ita,§.fin.ff. de testam. tut.* vbi fuit datus tutor posthumis, & licet illi fuerint nati viuo testatore, datio vtilis est, & tutor administrat, & nihilominus appellati-ne posthumorum nō veniunt nati, *l.cōmodissimè,ff de libr. & posth.Surd.d.decis.207.nu.13.*

27 Nec obstant *Menoc.& Bursat. ille in cons.243. iste in cons.263.* in cōtrarium allegati: nam in dictis consilijs de tutela non tractatur, sed tātum, quod fuerat facta substitutio, quādo nupserit Iulia per dictionem illam (tunc) quod tenebatur hæreditatem, & bona ipsius testatoris, tunc temporis penes eā existentia relaxare, & sub illa conditione expressa taxatiua temporis limitatiua, & volūtaria nuptiarū, quę debuerat adimpleri in forma specifica, & verba limitatiua erant sæpius geminata, nec tacitè, nec expresse poterat casus cōtrarius comprehendi, videlicet mortis, & existebat diuersa ratio de vno casu ad aliū, & nō operabatur eundem effectum.

Item loquuntur quando substitutio est facta sub conditione nuptiarum, quod nō extendatur ad casum mortis, non autem inferūt

de morte ad nuptias, vt in casu isto in quo illi tutores testamentarij non fuerunt substituti taxatiuè, sed simpliciter in casu mortis ipsius Benedicti, qui casus nedum tacitè, sed etiã expressè continet casum priuationis, cum sit omninò similis, & quoad mentẽ, & quoad rationem, & quoad effectum cõsideratum per testatorẽ, & versabatur in cõditione necessaria, ad quam adimplendã sufficiebat æquipollens, nec loquuntur in tutela, sed in fideicõmisso odiosissimo, & demũ ad demonstrandum diuersitatem terminorum faciebat illa cõmunis, & vera
28 Doct. conclusio, quod casus mortis continet casum secundarũ nuptiarum, licèt ècontra sit aliqua controuersia secundum prædicta consil. vt voluit *Ioan. And. ad Specul. in tit. de secun. nupt.* dum dixit disputãdo fuisse determinatum, quod si testator filijs institutis legauit vxori mille fruẽda toto tẽpore vitæ suę honestè viuendo, & vitam vidualem seruando, & ea decedente substituit Gaium, vxor prædicta non decessit, sed secundo nupsit, fuit determinatũ Gaiũ admitti statim nupta muliere,
29 quia casus mortis extenditur ad casum secundarum nuptiarũ, quã sententiam sequuti sunt *Bart. Bal. & Alber. in Auth. hoc locum. C. si mulie. secund. nups. & omnes Doct. in l. 3. C. de institut. & substit. Decian. respon. 1. nu. 89. lib. 1. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 65. num. 10. vol. 2. Surd. consil. 90. nu. 43.* & ab omnibus esse approbatam dixit *Fab. Turret. cons. 51. nu. 7. vol. 2.* & ratio est, quia licèt fiat mentio de morte, tamen nunquã mors naturalis est expectanda, quando casus morti similis sese offerat: nam mors semper ponitur pro priuatione illius rei, vt dixit *Soc. sen. in cons. 30. lib. 3.* qui in puncto tenet contra opinionem *Menoch. & Bursat.* & refert ab eius opinione non esse in indicando recedendum, quidquid moderniores dicant.

Vlterius *Viui. in d. decis. 2. & Fab. Anna in d. cons. 84. loquuntur*
30 *in terminis, l. tutoribus, ita datis, ff. de testam. tut.* dum Iabolenus approbat sententiã Trebatij contra Labeonem, & Proculũ excludendo Caium Plausium à tutela, ex quo testator substituit illum tutorem per dictionem (tunc) quæ refertur ad tempus mortis testatoris taxatiuè si non viueret Lucius Titius, & cum vixerit, & tutelam gesserit, tanta est vis illius dictionis, & temporis limitati, vt contrariam dispositionẽ contineat, dum *Viui.* dicit (ex nunc
31 pro tunc, & ècontra) & allegat *Cephal. consil. 649. num. 42. & 45.* & tota vis est in illa dictione (tunc) quæ restringit tantum dationem ad illum casum expressum. *l. 4. §. 1. ff. de conditio. & demonstrat. Cephal. consil. 196. nu. 7. & consil. 269. sub num. 53. & consil. 166. num. 21. Pedroch. consi. 39. num. 16.* vbi dicit, quod denotat extremitatem temporis, & extensioni impedimentum esse solet. *Dec. in consilio 63. num. 2. Ruin. cons.*

*cons.*31.*num.*10.*lib.*3. & tanta est vis illius dictionis, quod quamuis substitutio de sui natura trahi possit de casu ad casum, tamen eius virtute restringitur ad id, quod est expressum, & ob id omnis extensio, seu casus omissi, vel non expressi comprehensio prohibetur *Anchara. Dec. Soc. & alij relati per Decian. respon.*2.*nu.* 25. *&* 26.*lib.*2. *Honded. cons.* 58. *nu.* 76.*&* 77. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicomm. art.*29.*num.* 28. *& art.* 12. *num.*61.*& art.*13. *num.* 65. *Surd. d.decis.* 207.*num.*16.*&* 17.

32 Praeterea *Anna in d.cons.*84.*nu.* 40.*& alij Docto.*dicunt,quod quando ex proprietate, vel largitate sermonis comprahendi potest casus omissus, tunc locum esse tutori testamentario sub illa conditione relicto, at in casu isto nedũ ex largitate sermonis, sed ex proprietate comprahendebatur casus priuationis.

33 Item *Viui.* loquitur quando testator apposuit illam conditionẽ in pœnam secundarum nuptiarũ; & tandem quidquid dixerit *D. Fab.de Anna, ipsemet refert in secundo vol. suorum consil.* in causa illa fuisse contrarium iudicatum, licèt subdat potius ex status ratione,quam ex iuris dispositione, & pro hac opinione adest decisio Senatus Mantuani, vt refert *Surd. d.decis.*207.

Postremo non obstabat, quod Agatha vna ex tutoribus substitutis erat suspecta, vti vxor Benedicti,quia,vt dictum est, ipse fuit remotus ex illa suspectione nõ probata,sed fundata in aere solum ad eum excludendũ à tutela absque aliqua causae cognitione, & tamẽ erat tutor testamentarius,auus paternus,dominus bonorum, & persona diligentissima, adeo quod non solum non debebat excludi, sed quatenus aliquid contra eum fuisset probatum, dari poterat ad

34 iunctus secundum veram communem, & in praxi seruatã Doct. sententiam,vt dixit *Menoch.cons.* 345.*Viui.decis.*40.*num.* 13.*par.*1. vbi dicit ita iudicatum fuisse. Vlterius vxor Agatha non erat sola in administratione tutelae,sed cõiuncta cum Vincentio, & nihil sola facere poterat, quia non diuisim, sed coniunctim erant dati tutores; Item faciebat, quia mulier

35 transiens ad secundas nuptias dicitur suspecta, & ipso iure priuatur tutela, *§. propterea, in auth. vt sine probibit.matrim. & in auth. Sacramentum, C. quand. mulie. tutel. offic.* & nihilominus victricum

36 posse dari tutorem etiam nominatum à matre non dubitatur.*l. fin.C.de contrah.lud.tutel.Menoch. de arbitr.cas.*151.*num.*5.*Caual. de tutor.& curat.num.* 289.idem dicendum erat in casu isto, in quo nulla aderat suspitio in personam ipsius Benedicti,vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Moneta aurea promissa si non reperiatur, inspicitur valor tẽpore contractus.contra,n.*5. *quid stãte pacto,n.*6.7.*et* 9.*Et quid si accrescit,*

scit, num. 2. & quid si fuerit æsti mata, nu. 3. 10. Amplia nu. 11.

4 *Reluitio census fieri debet pro consi mili pretio. Et num. 12.*

8 *Depositum si fieri debebat in moneta aurea, an si factum fuerit in moneta argentea sit integrum.*

ARGVMENTVM.

Si Census sit constitutus pro pretio in moneta aurea, an in eius reluitione debeat depositari moneta argentea cum interesse, si aurea non reperiatur.

DECISIO VII.



IN instrumento subiugatorio vntiarum 50. redditus annui celebrati inter vniuersitatem Ciuitatis Nicosiæ cum Vtriusque Iur. D. Iacobo Antonio lo vecchio, aderat pactum expressum, quod si dicta vniuersitas infra nouem annos, & postea quandocunque solueret dicto de lo vecchio emptori capitale dictorum reddituum in eadem specie monetę in ducatis aureis eiusdem qualitatis, conditionis, bonitatis, ponderis, & valoris prout fuerant consignati in eadem qualitate intrinseca, vel extrinseca teneretur retrouendere, vel reluere dictos redditus, quod capitale fuerat solutum in dublonis Castellanis 250. pretij, & valoris tarenorum 26. pro quolibet, in ducatis Venetis, & triumphis 760. pretij, & valoris tarenorum 13. & gr. 2. pro quolibet, in realibus 38. pretij, & valoris tarenorum 14. & gr. 10. pro quolibet, & totum restans ad complimentum vntiarum mille in ducatis aureis currentibus pretij, & valoris tarenorum 13. pro quolibet ducato monetę vsualis huius Regni bonę, & iusti ponderis, & quia reperiebatur hodie factum depositum de vntijs mille in moneta argentea currenti, fuit dubitatū in Consistorio, & coram me, cui soli ab Excell. Prorege fuerat causa commissa, numquid tale depositum esset integrum, adeò quod censualia dicantur extincta, & cōsequenter executio causata pro decursis debuisset retractari: Articulus iste habuit non modicā difficultatem ob diuersitatem sententiarum latarum in his nostris Supremis Tribunalibus; Videbatur enim pro venditore dicendum depositum ipsum integrū esse, nam quando moneta aurea promissa
1 non reperitur, debet dari moneta noua ad valorem antiquæ aureæ, quæ erat tempore contractus, vt communiter dixerunt *Bart. & cæteri in l. cum quid, ff. si cer. pet. & in l. Paulus, ff. de solut. Aret. cons. 11. & 112. in prin. Soti. cons. 298. lib. 2. Abb. & cæteri in c. fi. de censib. And. de Isern. in tit. quæ sint regal. verb. monetæ, col. 3. vbi etiam Affl. sub nu. 13. 15. & 20. & decis. 90. & 194. Abb. cons. 56. col. 2. lib. 2. vbi testatur esse communem opin. Canonistarum, & Legistarum. Bologn. cons. 11. num. 41. & Ceph. cōs. 31. nu. 10. Beun. in tracta. de augmmone.*

mone. par. 1. & 4. Gabr. de solutio. concl. 1. num. 15. & 18. Cart. decis. Genue. 134. Canal. decis. 16. num. 46. par. 2. Asin. de execut. §. 7. cap. 171. vers. contrariam tamen opinionem, vbi in ver. si igitur, in fi. ait hoc procedere etiam si deinde post contractum celebratum aliter statuto fuerit dispositũ, & ita fuisse decisum refert *Minsinge. 1.*
2 *obs. nu. 4. centu. 4.* & ideo si accreuit, debitor potest deducere incrementum illud, & valorem, qui accreuit, sicut si valor decreuit, & diminutus est supplere tenetur, & ita solutio facienda est de moneta ad valorem antiquæ. *Surd. consil. 368. num. 5. & 6.* ita igitur videbatur dicendum in causa ista, quia moneta aurea amplius non reperiebatur, quod poterat dari valor secundum valorem antiquum.

Item faciebat, quia dublones, & ducati in contractu ipso subiu-
3 gatorio fuerant æstimati, vt dictũ est in princ. & ideò æstimatio ipsa reddenda erat, non res æstimata. *ad gl. in l. si inter, vbi Bal. & alij C. de iur. dot. in terminis Bar. in d. l. Paulus, in fi. ff. de sol. Gabr. d. tit. de sol. concl. 2. num. 8. Crau. consl. 836. num. 1. Couarr. de coll. vete. numis. c. 7. §. vnico, conc. 7. Menoch. consl. 49. num. 10. Ceph. consl. 31. num. 3. post alios Surd. d. consl. 368. nume. 4. vol. 3.*

Postremo si diceretur depositũ ex hoc non esse integrum, quia necesse fuisset depositare augmentũ monetæ vltra vntias mille capitalis recepti, vtique esset contra formam istius Bullæ Apostolicæ ibi (pro consimili pretio) & ibi (nil vltra percipiatur ab emptore) vbi scribentes omnes, qui vo-
4 lunt retrouenditionem fieri debere pro eodem pretio recepto, vt dixit *Proauus meus Petr. de Gregor. super. d. Bulla. q. 5. num. 28.* & ideò integrum esse depositũ fuit iudicatum in M. R. C. & fuit sententia confirmata in Consistorio per D. Marium de Cannizarijs doctissimũ collegam meum die 16. Septembris 1605.

In contrarium dicebatur ex parte creditoris subiugatarij; quod depositum prædictum non erat integrum, quia prædicti dubloni, & ducati aurei erant in o-
5 bligatione, & non vntiæ mille stãte quod dictum fuerat in pacto, quod in casu reluitionis teneretur reddere in eadem spetie in ducatis aureis eiusdem qualitatis, bonitatis, & ponderis. *l. 1. ibi (iusti ponderis sint) de veter. numism. lib. 12. Brun. in tract. de monet. in 2. promissio. num. 6. vers. aliquando promisit, vbi asserit se putare hanc esse veritatem, Bologn. consl. 11. num. 39. Ceph. d. consl. 31. num. 5. lib. 1. latè Menoch. post alios cõs. 258. num. 2. cum seq. vol. 3. qui loquitur in deposito. Put. decis. 149. num. 10. lib. 2. optimè Gaspar Bellic. in consl. impresso post tract. de monet. Anton. Solæ, nume. 13. fol. mihi 402. Anton. Sola in d. tractat. de monet. casu 39. num. 11. & cas. 42. num. 4.* & tale pactum valere ex pluribus comprobant præcitati Doct. & præcipuè *Menoch. & Gasp.*

Gasp. Bellici. num. 44. vbi subdit post alios consuetudinem in contrarium locum non habere, & nō posse solui vnam monetam pro alia.

Secundo dato, quod depositum prædictum in moneta illa fieri non potuisset, cum non reperiatur; tamen negandum non erit, quod cum valor ducatorum aureorum fuerit auctus ex eo, quia moneta argentea fuit diminuta in substantia, vt ex sua natura minus valeat nunc, quam tempore contractus, stāte quod in Regno augmentum aurei processit ex diminutione tarenorum, qui maiores erant in liga, & in quantitate tempore contractus, quàm nunc repe riantur, intantum, quod in effectu tareni tresdecim tempore contractus continebant tantam substantiam, quantam hodie continent tareni sexdecim, & sic hodie quis soluendo tarenos sexdecim non dicitur soluere plus quàm essent tempore contractus tareni tresdecim, & propterea in hoc casu videbatur deberi creditori augmentum, & non sufficiebat depositasse vntias mille argenteas, quę tempore solutionis faciant vntias mille, quæ sunt in obligatione, sed debebant depositari tot aurei, quot fuerunt soluti tempore contractus, hoc est ad æstimationē qualitatis, & bonitatis antiquæ, cum ita fuerit pactitatum per partes;
6 vt dixerunt post infinitos concordantes *Cephal. in d. consil.* 31. *nu.* 8. *Gaspar. Bellici. dicto consil. nu.* 15. *&* 16. *Surd. dicto consil.* 368. *n.* 10. non enim ex huiusmodi solutione conditio creditoris deterior est facienda, quæ conclusio procedit etiam in annuis redditibus, vt dixerunt *Ceph. & Surd. locis prææallegatis. adnot. per tex. in cap. cum olim, de censib.*

Tertio ad idem faciebat decisio, *Soc. cons.* 298. *vol.* 2. vbi dixit, quod si solui alicui centum florenos ad computum librarum trium pro singulo floreno, & post ea tres libræ cum dimidia requirantur ad faciendum florenum,
7 dicit ipse quod tres libræ cum dimidia soluendæ erunt pro singulo floreno, non autem solum tot libræ, quot tempore contractus valebat florenus, & post eum eandem sententiā sequuti sunt *Brun. d. tracta. in* 8. *limitat. vers. tertio quæro, Natt. cons.* 454. *num.* 6. *Couarr. d. §. vnico, in* 7. *conclus. Ceph. d. cons.* 31. *num.* 9. *&* 10. *Sola in constit. num.* 77. *quos omnes refert. Surd. d. cons.* 368. *num.* 11. Cum ergo in casu nostro ad faciendum scutum aureum requirantur tareni sexdecim, licet tempore contractus valebat tarenos tresdecim, clarū erat ex prędictis, quod depositum fieri debebat in scutis ad rationem tarenorum sexde-
8 cim, quo non facto minus debito depositum factum fuisse dicendum erat; vt in puncto dixit *Alciat. in d. l. cum quid, in fin. ff. si cer. petat. & cons.* 155. *in fin. vbi refert banc esse communem Ceph. d. cons.* 31. *num.* 12. qui hoc verissimum esse subdit de mente iuris. *Sola d. glo. vnica, par.* 1. *num.* 87. *Thesau. d. de-*

d.decis. 174. *num.* 6. *vers. sed aduerte*; *&* *est tex. indiuiduus in cap. olim*, *extra de censib.* nam ibi ex antiquo soluere debebant tres denarios Papienses, pro quibus à triginta sex annis soluere solebát denarios nouem Lucenses, videlicet tres Lucenses pro singulo Papiense, euenit, quod dicti denarij Lucenses fuerunt diminuti, & sic tres denarij Lucenses nó amplius valebant, quantum vnus Papiensis, sed requirebantur sex Lucenses pro singulo Papiensi, & proptea audita dubitatione Summus Pontifex respondit, quod aut soluant tres denarios papienses, aut eorum æstimationem, ita videbatur respondendum in casu isto: nam tareni argentei sunt diminuti in quantitate extrinseca, & sic minus valent, ita & aurei sunt augmentati in valore extrinseco, quia sicut prius tareni tresdecim erant æquiualentes singulo aureo, nunc propter diminutionem monetæ argenteę, & tarenorum, requirūtur alij duo tareni de pluri; cum ergo obligatio fuisset in aureis, aut debet solui in eadem moneta, aut eius æstimatio iuxta *tex. dicti cap. olim, quem Doct. omnes allegant.*

9 Demum pro hac opinione dicebatur esse magis communem opinionem, stante pacto expresso de restituendo in eadem moneta iusti ponderis, & valoris, & qualitatis intrinsecæ, & extrinsecæ, quam tenuerunt post alios innumeros quos referunt; *Ceph. d. cons.* 31. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 1. *Sola in tracta. de monet. casu* 39. *&* 42. *& in d. glo. vnica. Cartar. d. decis.* 134. *per totam. Gaspar. Bellicie. in d. consil. impresso post d. tract. Anton. Sola, de monet. Bolognett. cons.* 11. *Purpur. cons.* 522. *à num.* 31. *vsque ad fin. vol.* 2. *Surd. cons.* 368. *per totum, & consil.* 151. *numero* 69. *& cons.* 220. *num.* 4. *Anni. Rober. rerum iudicat. cap.* 16. *lib* 1. qui subtilissime quá pluribus medijs hanc comprobat conclusionem, & refert pluries secundum eam fuisse iudicatum. *Thesaur. decis.* 174. *num.* 5. vbi in vers. limitatur, præterea, dicit in hoc casu bene consuluisse *Cephal. d. cons.* 31. *Menoch. in d. cons.* 49. ex aduerso allegatum, qui in casu nostro dicit procedere opinionē, licet secus in casu suo, in quo in constitutione census emphiteuticis non interuenerat pecunia, & in terminis Bullæ nostræ consuluit Milan. in causa propria contra vniuersitatem Ciuitatis Caltagironis, cuius allegationes ad pennam habeo, & vt verum fatear stante supradicto pacto casus iste non habet contradictorem, si bené perlegátur decisiones omnes, quæ ex aduerso allegantur.

10 Nec obstabat, quod dublones, & ducati aurei in contractu ipso subiugatorio fuerint dati æstimati, quia ęstimatio in pręsenti casu facta non fuerat ad æstimandum, sed ad demonstrandum. *Surd. consil.* 368. *numero* 14. vbi dicit adijci monetam, vt sciatur aurei valor, non vt æstimetur, allegat *Alciat. consil.* 155. *&* 156.

Ceph.

Ceph. cons. 31. *numero*, 6. vbi ait, quod cum aureorum multæ sint species diuersi valoris, ideò expressa fuerat moneta, vt demonstretur de quo aureo partes senserant *à Sola dicto casu* 41. *& latè Gaspar. Bellicie. in d. cons. num.* 6. *Bolognett. d. cons.* 11. *num.* 42.

11 Et dato quod facerent æstimationē, idem esse determinat *Surd. sub num.* 14. quia, vt dicit ipse, ego non recuso recipere tot regales, quot tunc efficiebant quadringētos aureos, sed dico, quod si mihi soluantur tantummodo tot in numero regales, quot requirebantur ad faciendum aureos quadringentos, ero defraudatus parte mei crediti, quia illi non sunt eiusdē valoris, nec bonitatis, sed longè minoris; nam antiqui adeò erant boni, quod quatuordecim ex eis additis tribus grossis valebant vnum aureum in auro, qui vero nunc sunt in vsu adeo sunt parui, quod decem & octo requiruntur ad faciendum aureum, vt est punctus istius causæ.

Postremò non obstabant adducta in terminis contractus subiugatorij iuxta formam Bullæ, per quā nil vltra percipi potest, quàm fuerit solutum in cōstitutione census, quia hoc verum erat in casu prædicto; sed dictum fuit, quod depositum prædictum erat minus recepto, vt dixi in tertio fundamēto huius partis, quæ non repeto.

Ex præmissis iudicauit M.R.C. depositum non integrum, & ego in eandē opinionē inclinasse, nisi causa fuisset p partes concordata.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus præfertur oblato pretio in alienatione feudi facta, per alium agnatum. Contra numero* 13.

2 *Ius prothomiseos habet locum in feudo. Limita vbi de consuetudine contrarium seruatur, num.* 14.

3 *Dominus præfertur vendito feudo. amplia in agnato.*

4 *Constit. sancimus an procedat in feudalibus. contra num.* 18.

5 *Exceptio respiciens iustitiam meritorum an impediat litis ingressum.* 9. 11.

6 *Exceptiones litis finitæ, quæ sint.* 7.

8 *Articulus iuris non reseruatur ad merita.*

10 *Exceptio liquida, & notoria non reseruatur.*

12 *Filius potest alienationem feudi à patre factam reuocare.*

15 *Tex. in §. Titius, non procedit in Regno.*

16 *Ius retractus non competit, vbi alienatio feudi fit ex causa legitima. Amplia in Regno stante cap. volentes num.* 17.

19 *Filius non facit gradum.*

20 *Filius minor* 14. *annis an admittatur ad retrahendum facta alienatione per patrem.*

21 *Ius retractus non competit in feudo nouo. ratio num.* 22.

23 *Camillus de Curte Regens laudatur.*



AR-

ARGVMENTVM.

Ius prothomiseos an competat in feudalibus.

DECISIO VIII.

DE iure communi feudorum si quis ex agnatis feudum alienare voluerit præfer
1 tur agnatus oblato pretio vt dixit *tex.in cap.1.§.sedet res per quos fiat inuestitu. per quem tex. infert. Bald. in tract. de iur. prothomis. nu. 12. in fi. & in d.§.sed & res nu.10.* quod ius prothomiseos habet lo
2 cum in feudo, *& Afflict. in simili tract. sub num. 7.* vers. item quæro, an istud ius prothomiseos habeat locum in feudis *in fin. & nu. 31. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.glo.3.num.11. Neapod. fol. 332. litera A & fol.333.num.38. Ioan. Fabr. in §.1. insti. de emptio. & vendit. Ias. conf.224.lib.2. Hartim. Pistori. in suis quæstio. lib.2. quæst. 11. num. 21. Paris de Pute. de reintegr. feud. c. 241. in fin. Sonsbec. de feud. par. 13. num. 120. Iac. Cuias. in d. §. sed & res, & in §. Titius infra allegando late Strad. de feud. par. 8. cap. 6.* & esse communiter receptam opinionem refert *Fab. de Anna post hac scripta visus, obserua.* 10. *Ad idem facit tex. in cap.1. §. porro qualit. olim feud. pote. alien.* vbi habetur, quod vendito feudo domi
3 nus præfertur, potior tamen est agnati venditio si feudum erat paternum, denique idem dixit *tex. in cap.1.§.Titius si de feud. defunct. controuer. sit inter domin. & agna.* vbi voluit, quod si Titius vendit feudum, mortuo Titio, agnatus illud recuperat, nullo reddito pretio; si tamen Titius habet filios, illi admittuntur pretio reddito infra annũ, in quo text. & alibi multi dicunt, quod si agnatus viuo alienante vult recuperare feudum admittitur refuso pretio infra triginta annos, si venditio fuit facta extraneo, & in annum, si fuit facta in alium agnatum *Iacob. Ardiz. in summa in rubr. vtrum agnatus factum. Martin. Laudens. in d. §. Titius. Bald. conf.286. lib.5. Zasi. de feud. par.9. num.30. Dec. conf.318. num.4. Gozad. conf. 72. num.1.2. & 3. Ceph. conf.133. num.71. & seq. vol.1. Iul. Clar. in §. feudũ quæst. 42. Ioann. Roppen. decis. German. num.5. & decis.54. num.51. & 58. Andr. Fachin. Controuersia. iuris lib.7. cap.15.16. & 17. Bursat. cõs. 291. vol.3. Ioann. Thom. de Marin. de Gener. & qualit. feud. tit.2. num. 67. Arosentall. in synops. feud. cap. 9. concl.127. in fin.*
4 Item & ius prothomiseos competere videbatur in feudalibus in Regno ex Constit. Fider. Sancimus, quę permittit retractum in qualibet alienatione, & stãte eius generalitate ad feuda extendunt *Bald. & Affl. supra relati in princip. & Tiraq. d. §.1. gl.3. num. 11.* qui loquitur in statuto; Et ex prædictis dicebat Guglielmus Bosco, quod debebat audiri in recuperatione Gabellæ fundaci Ripæ maris Ciuitatis Drepani iure prothomiseos sanguinis contra Donnam Ange-

Angelam Fardella, & maximè,
quia exceptio per eam proposita,
5 quod tale ius non competebat in
feudo, non erat talis, quæ impedie
bat processum ad vlteriora, dum
respiciebat iustitiam, & merita
causæ principalis, scilicet an retra
ctus detur in feudo, immò an di-
cta Gabella sit feudalis, quod ex-
6 presse negabatur, prout esset exce
ptio litis finitæ, vt puta iuris iurā-
di, transactionis, sententiæ transa
ctæ in rem iudicatam, præscri-
ptionis, & similium, de quibus per
Bart. & Doct. in l. fratris, C. de
transact. Bald. in l. postquam liti.
col. 2. C. de pact. Marant. in suo
Specul. par. 6. memb. 9. num. 11.
Cum. super Rit. cap. 42. num. 41.
& non est talis, quæ non requirat
altiorem indaginē, *gloss. & Doct.*
in l. 3. §. idem, ff. ad exhib. Capic. de-
cis. 10. num. 19. & 20. imo in ca-
su isto videbatur totum opposi-
7 tum, cum adhuc non constiterit
dictam gabellam esset feudum, &
ob id ad merita causæ reseruari
debebat. *Surd. consil. 252. num. 9.*
& seq. vol. 2. Cum. super Rit. 38.
num. 57. & cap. 42. num. 43.

Sed pro parte Donnæ Angelæ
dictum fuit, quod in causa ista a-
8 gebatur de articulo iuris, & ideò
non debebat, nec poterat reserua
ri ad merita causæ, adeo quod ab
ista reseruatione potuisset appel
lari, vt dixit *Plo. in cons. 75. num.*
17. & post Menoch. & alios deci-
dit Pet. Bim. 1. cons. 98. num. 5. vol.
2. nec videbatur conueniens ad-
mittere illud, cuius euentus nil o-
perari poterat. *Grat. cons. 91. num*
9 *8. lib. 1.* & de exceptione impe-
diente litis ingressum, quod non
debeat reseruari in fine causæ di
xit *Affli. decis. 63. Honde. cōs. 84.*
num. 7. lib. 1. qui loquitur in ex-
ceptione præscriptionis, & opti-
mè *Menoch. cons. 125.* vbi loqui
tur de eo qui agebat, vt fideicom
missarius ad rem alienatam per
defunctum, cuius erat hæres in-
discretus: nam cum ista exceptio
fit iuris circa dispositionem *l. cum*
à matre, C. de rei vendicat. statim
de ea cognoscendum erat, nec re-
seruari debebat. *Menoch. d. cons.*
num. 11. 12. 13. & in tract. de ar-
10 *bitra. casu 167. num. 4.* quia exce-
ptio liquida, & notoria reseruari
non potest, sed statim decidi. *Me-*
noch. de arbitr. q. 53. num. 4. Bims.
post alios d. cons. 98. num. 9. & ma-
ximè, quod exceptio ista conclu-
debat actori actionem non com-
petere, & ideò cum repellebat ip-
so iure à limine iudicij, & impe-
diebat litis contestationem, & di
citur litis finitæ, latè *Surd. cons.*
214. num. 10. lib. 2. & faciunt ad
hoc multa alia, quæ cumulat *Me*
noch. in con. 367. num. 5. vbi deter
11 minat, quod exceptio licet respi-
ciat merita, tamen si est de iure,
& non habet mixturam facti, sta-
tim est decidenda, etiam quod sit
iuris dubij, & difficilis; & adducit
pro corroboratione nouem argu
menta, quę transcribere nō est ne-
cessarium. Cum igitur ex prædi-
ctis articulus iste consistat in pun
cto iuris, nempè an retractus com
petat in re feudali, videbatur li-
bris opertis decidendum esse, nec

aliquo

aliquo modo posse tractari de aliqua reseruatione in meritis fa-
12 cienda. Et quatenus attinet ad decisionem articuli, dicebatur, quod licet filius possit alienationem feudi factam à patre reuocare, oblato pretio, vt dixit expressè *tex. in d. §. Titius, vbi And. & in c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. & commu. Doct. omnes relati à Pinel. in repet. l. 1. par. 3. nu. 74. C. de bon. mater.* tamen in agnato, volente
13 recuperare iure retractus, cōtrarium tenuit *And. in d. §. Titius, & in d. § hoc quoque*, vbi notatur, qd licet agnati in feudo ex pacto, & prouidentia sint melioris conditionis, quàm filij, quia feudū habere possint renunciata hæreditate, in hoc tamen iure retractus iudicantur deterioris, quia viuente alienatore feudum retrahere non possunt ab emptore, & post And. dixerunt *Aluarot. Propos. & Affl. in d. §. Titius, & §. hoc quoq. Pern. cons. 10. col. 3. Brun. cons. 80. Rol. cons. 57. num. 19. vol. 3. Tiraq. post alios quos cumulat in repet. l. si vnquam, num. 454. de reuoc. donat. Cumi. in c. si aliquē, verb. antiquis, nu. 358. & esse communem opinio. refert & sequitur D. Regens Camil. de Curt. post hæc scripta visus in 2. par. feud. c. 4. nu. 40. f. 179.* qui dicit saltim remanere ius agnatis post mortem alienantis, vt feudū iure proprio nullo restituto pretio auocet, & subtilissimè respondet Iurib. in cōtrarium adductis.
14 Et dato, quod cōtraria opinio tenenda esset, illa tamen nō procedit, nisi vbi vsu recepta esset, vt dixit *And. ind. §. Titius, & Alber. Brun. d. cons. 80. col. 6. Pern. consil. 10. col. 3.* & tamen in Regno Siciliæ dispositio *d. §. Titius*, non fuit vsu recepta, & de eo nunquā fuit
15 habita ratio, vt testatur *Io. Aloy. de Septimo in causa Pittinei. Pern. cons. 6. col. 8.* vbi quod fuit correctum. Bongiorn. latè in causa verbum Cauli.
16 Item non procederet, quando vēditio fieret pro causa legitima, & subsistente; nam tali casu alienatio tenet, & valet perpetuò absque spe redimendi per agnatos. *Andr. in d. §. Titius, & in §. sed & res. Cānet. in c. volētes, uers. sed quid si feudum, nu. 13. & 14. fol. 32. & vers. Prospexit etiam Rex, num. 16. cum seq. fol. 199. Anton. Padil. in Auth. res quæ, nu. 47. C. commu. de legat. Bursat. cons. 4. & cons. 49. lib. 1. & cons. 120. nu. 15 lib. 2. Surd. cons. 105. Gabr. cons. 111. lib. 2. latè Molin. de primog. Hispan. lib. 4. c. 7. num. 13. 14. & 15.*
Vlterius per dispositionē Cap.
17 Volētes in Regno, sublata est omnis spes agnato recuperandi feudum, quando licitè alienatur: nā solus Rex in alienationibus feudorum habet ius prælationis, secundum *Cannet. in d. vers. Prospexit etiam Rex, nu. 9. & seq. fol. 198.* vbi ait, quod quando alienatio facta præiudicat agnatis, tunc agnatus præfertur Regi, aliàs agnatus non admittitur, sed tantum Rex cum de eius tantùm præiudicio tractetur, & ita semper fuisse interpretatū d. cap. dixit *Bongior. ibi in Repet. d. c. Volentes, & doctiss.*

Vespasianus de Spuche Aduocatus primarius nunc Iudex M. R. C. & meritissimus Regius Cõsiliarius, qui scripsit in ista causa pro Donna Angela, & refert ita tempore suo fuisse determinatum à septem famosissimis Aduocatis.

Praeterea non obstabat, quod saltem *ex dispositione Constit. Sancimus* competere potuisset retractus secundum *Bald. & Affl. ibi,*
18 quia illa nõ habet locum in feudo, non enim sequitur, Rex consentit Titio emptori, ergo vicino; imò esset dare feudum in personam, quam Rex nollet, & non ęque dignam, & propterea hoc decidit in puncto *Affl. in d. const. in princ. l. num. 7. in fin. & 37.* vbi quod nõ admittitur ius prothomiseos stante illa lege, sed ius prothomiseos sanguinis in casib. à lege feudali permissis, idem fatetur *Ioan. Aloys. de Septimo lib. 3. allegationum, & in rep. feu. in verb. Prothomiseos, vbi allegat Affl. & alios.* Item dicta constitutio non habet locum vbi retrahere volẽs non est vicinus, vt patet ex lectura *text. & dixit Affl. ibi, in §. scriptum, num. 4. Bald. in princ.* & ita obtinuit *Bongior. in causa Refesij in 1. & 2. iudicio, vt ipsemet refert in alleg. 66. lib. 4. allodialium.*

Rursus dicebatur, quod in causa ista ipse Guglielmus actor alienauerat, qui modo nomine filiae praeferri petebat, quo in casu nulla dari poterat praelatio; nam fi-
19 lius non facit gradum, sed est principium gradus, vt notabiliter firmat *Bongior. in quodam consil. manuscripto,* & fortius quando filius esset minor 14. annis, & nõ esset industriosus, tunc enim praelatio tentata praesumitur per ipsum patrem in fraudem, & per consequens nullatenus audien-
20 dus erat, vt post multos consuluit *Martian. cons. 5. sub num. 30. vers. quibus tamen non obstantibus vsque ad fin. lib. 1. Caualc. in Repertor. in verbo, Ius congrui, & retractus, num. 8. vers. & praedicta,* vbi testatur ita iudicatum & practicatum fuisse pluries. Item in casu isto filius fuerat emancipatus, & ideò pater non poterat audiri, idem *Caualc. post alios in loco praealleg. nu. 5.*

Consistorium (quia cognouit non benè constare in processu Gabellam praedictam Fundaci Ripae maris esse feudalem, adeò quod aliàs, vt allodialis fuerat reputata, & per sententiam terminata & licèt per scripturas de nouo repertas fuerit ab ea sententia petita restitutio in integrum, & per nos iudicatum, quod audiatur, stantibus quibusdam literis Regijs, in quibus asserebatur Gabellam praedictam esse feudalem, tamen quia pars cõtraria multa ex aduerso deducebat, & probare intendebat) iudicauit dictũ Guglielmum audiri debere reseruando iura Donnae Angelae in decisione causae meritorum die 10. Aprilis 1604. non aliter resoluendo punctum, licet in alia causa simili inter Don Placidum Fardella Baronem S. Laurentij, cum Nicolao Rauida, ex quo clarè constabat

ſtabat tonnariam, de qua petitus fuerat re tractus eſſe feudalem, & articulum eſſe iuris, Cõſiſtorium determinauerat denegare audiẽtiam, niſi ante deciſionem, cauſa fuiſſet per partes cõcordata; con ſtabat enim quod ille, qui alienauerat, erat primus acquiſitor, quo caſu abſq; controuerſia retractus
21 non competebat ſecundum And. *in d. §. Titius, quẽ ſequitur Aluar. Propo. & Affl. vbi num.* 10. dixit, quod ita intelligendus eſt *Bal. in tract. de iur. prothom.* & alij, qui allegant hunc textũ: *Io. Ant. Cãnet. in c. Volentes, verſ. Prætereà etiam, num.* 11. *& ſeq. fol.* 198. *Brun. in d. conſ.* 80. *Alex. conſ.* 26. *incip. ponderatis, nu.* 9. *&* 10. *Zaſ. de feu. par.* 8. *tit. de ſucceſſ. feud. nu.* 61. *Affl. in d. §. Titius, & in c.* 1. *§. hoc quoque, nu.* 48. *de ſucceſſ. feud.* & ratio eſt,
22 quia in feudo nouo nullum ius habet agnatus, & ideò acquirens poterat liberè alienare. *Curt. ſen. conſ.* 48. *Liparul. ad And. in d. §. Titius, col.* 1. *verſ. ſeptimo præmitte. Clar. in §. Feudũ, q.* 41. *& ſeq. Bongiorn. late in cauſa verbum Cauli, & in addit. ad Andr. ibi. Fab. de Anna poſt alios d. obſeruat.* 10. *de communi teſtatur Micha. Craſſ. in commun. opin. quæſt.* 25. *verſ. feudũ,* & ita ſeruatum fuiſſe ſemper in Regno Neapolitano refert do-
23 ctiſſimus D. Regẽs *Camil. de Curt.* per plures annos verſatus in feudis tam legendo, quàm conſulendo, & iudicando, qui hanc audacter defendit opinionem plura alia addendo elegantiſſime more ſuo *in d. cap.* 4. *nu.* 43. *f. mihi* 179.

SVMMARIVM.

1 *Rit. Regni* 114. *dat executionem literis cambij contra ſcribentem tantum.*
Et quid contra ſubſcribentem. numero 2.
Contra, num. 3. 6.
4 *Acceptans literas cambij, an ſit obligatus ſoluere.*
Et quid in ſcribente.
5 *Via exequutiua reſpicit fauorem dantis cambium.*
7 *Literæ cambij, an habeant viam exequutiuam.*

ARGVMENTVM.

An pro literis cambij competat via exequutiua contra acceptantem?

DECISIO IX.



FVIT dubitatum in Conſiſtorio, an Ritus Regni 114. cõcedens viam executiuã literis cambij, procedat tam cõtra ſcribentem, quam contra acceptantem & quod exequutio ex diſpoſitio-
1 ne dicti Ritus detur tantum contra ſcribentem, teſtatur *Cumi. ſuper d. Rit.* 19. ſecundum ordinem ſuum, *num.* 96. & procedere tam contra ſcribentem, quam contra
2 ſubſcribentem, dixit *Alexan. poſt Ang. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus. ff. de verb. obligat. Gabr. poſt multos in tit. de præſumpt. concl.* 3. *nu.* 7. *Burſat. conſ.* 39. *nu.* 24. *vol.* 1.

 Sed

Sed in contrarium dicebatur, quod Ritus generaliter loquitur, nempè (& pro literis cambij possit executio procedere, &c.) quæ literæ cambij ita dicuntur, quando sunt acceptatæ, sicut qui non sunt acceptatæ, & consequenter generaliter debebant intelligi, & maximè, quia non potest adduci ratio diuersitatis, quod Ritus voluerit dare viam exequutiuā pro literis cambij contra scribentem, & non contra acceptantem, vbi maior viget ratio. Item faciebat,
4 quia si ex acceptatione literarum cābij acceptās esset obligatus, & scribens literas cābij remaneret liberatus, vt dixit *tex. in l. Titius, ff. de cōst. pec. post alios Vinc. de Anna alleg. 89. nu. 2. & sing. 321. Burs. d. cons. 39. nu. 2. cum seq. Mascard. de prob. concl. 989. nu. 6. volum. 2.* quæ conclusio procedit etiā stante decoctione scribentis post acceptationem, vt fuisse decisum refert *Vinc. de Franch. decis. 309.* sequeretur, quod inutile remaneret statutum, si contra acceptantem nō daretur via executiua: fauor enim
5 viæ executiuæ nō est respectu scribētis literas cambij, nec acceptantis, sed fauore illius, qui cambium dedit, vt dixit *Dectan. resp. 109. num. 13. lib. 2.* & ideò considerari
6 debet tam cōtra scribentē, quàm contra acceptantem, vt in puncto hanc opinionem tenuit *Ferd. Bongior. magnus Doct. in add. ad d. Rit.* & refert ita in Regno seruatum
7 fuisse, tanto magis, quod literæ cābij de iure habent exequutionem paratam, & celerrimam, vt dixit *Bero. cōs. 35. nu. 12. lib. 3. Rot. Genue. 2. & 9. Hond. cons. 29. nu. 7. vol. 2.* & secundum prædicta iudicauit Consistoriū die 10. Aprilis 1604. Pro Andræa Faua, cōtra Ioannem Mariam Trigona, confirmando sententiam latam per Illustr. D. Anton. de Quintana Duegna Cōsultorem Iudicem in causa datā ab Excellen. Prorege, nunc meritissimum Regentem in Supremo Italico Consilio.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore potior est in iure, sed non procedit fauore publicæ vtilitatis, num. 9.*
2 *Creditor pro impensa funerum non præfertur habentibus expressam. ratio num. 3. contra num. 5.*
4 *Credita priuilegiata non præferuntur hypothecis expressis.*
6 *Funeris impensa semper deducitur de hæreditate.*
7 *Dictio, semper, quid operetur.*
8 *Funeris fauor concernit publicam vtilitatem.*
10 *Priuilegium funeris procedit etiā in expensis infirmitatis. Item in vestibus lugubribus vxoris, & familiæ. num. 11.*



A R-

ARGVMENTVM.

Creditor pro impensa funerũ, vel infirmitatis, an præferatur habentibus expressam, & anteriorem hypothecam.

DECISIO X.



Vit in Consistorio dubitatum, an creditor pro impensa funerum, vel infirmitatis præferatur creditoribus habentibus expressam, & anteriorem hypothecam. & videbatur dicendum, quod non, ex regula
1 illa, quod ille qui prior est in tempore, potior est iure, *ad tex. ĩ l. qui prior, de reg. iur. in 6. cum similibus adductis per Surd. decis. 255. nu. 1. & sequen.* quam opinionem in
2 terminis tenuit *Glo. in l. impensa funeris, quæ est pen. ff. de relig. & sumptib. funer.* quem tex. ad hoc ita ponderat *Vincent. de Franch. in decis. 51.* qui hanc sequitur sententiam, & refert bis fuisse iudicatum in Sacro Consilio. *Negusant. de pignorib. in 1. par. 2. memb. in 13. fallentia. Franc. Connan. lib. 4. comment. iur. ciuil. in tit. qui potio. in pign. habeant. Asin. in dicta l. impensa. Duen. reg. 397. num. 7. Caualcan. de vsufru. mul. sub num. 95.* vbi ita indicasse refert, & mo-
3 uetur, quia Legislator *in tit. de religio. & sumpti. funer. ff.* posuit plura priuilegia funeralia, & circa expensas factas in funere, & infirmitate, in qua mortuus est, primo voluit pręcedere omne creditum personale, & de hoc composuit *tex. in l. Celsus, cum duobus sequent. & l. penult. ff. eod. & §. 1. Instit. ad l. Falcid.* circa autem creditum reale, & sic hypothecam in tacita, posuit *l. at si quis, §. si colonus. ff. eod. tit.* circa autem expressam nõ videtur iure cautum, & cum Legislator fecerit mentionem de actione personali, & tacita hypotheca, & tacuerit expressam, dicitur hoc fuisse omissum, & voluisse non præcedere expressam hypothecam anteriorem, sicut de iure credita priuilegiata non præferuntur hypothecis expressis anterioribus, vt habetur *per Glo. & Doctor. in l. assiduis. C. qui potior. in pign. habeant.* 4

Sed in cõtrarium allegabatur *tex. in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. cuius verba sunt (in computatione autem patrimonij damus ei licentiam excipere, & retinere quidquid in funus expendit)* & sic loquitur indistinctè, quod si fecerit impensas funeris, & infirmitatis, quod potest excipere, & retinere, tanquam de expensis necessarijs dicti patrimonij, & postquam Legislator ibi dederit exceptionem, & retentionem, tamquam expensæ necessariæ factæ in patrimonio, sequebatur, quod in dicto patrimonio præferri deberet quibuscumque creditoribus anterioribus, etiam habentibus tacitam, & expressam hypothecam ad tradita per *Fan. de pignor. in 2. par. 4. memb. num. 140. & seq. & post eum Caualc. in d. tract. de vsufruct. mulier. num. 95.* 5

C 3 vers.

vers.tamen videtur adhuc.& in decis.32.num.3. vbi dicit,quod hoc est pium, & æquum,ne cadauera insepulta remaneãt, quia hoc esset admodum impium, vt dixit *Sebastian. Monticul.in §. item seruiana,num.39.vers.sexto est impensa,instit.de actio. Rebuff.in cõment. cõstit.tit.de senten.prouisio. nu.39. tomo 1. & Sebastia. de Medic. de sepult.par.2. q.5. nu.4. Peregrin.de fideicomm.artic.35. num.*40.

Item adducebatur *text. in d.l. pen.ff.de relig.& sumpt. funer.* vbi
6 habetur, quod funeris impensa semper deducitur de hæreditate, & si habentes expressam prius caperent suum creditum, vtique nõ deduceretur; & facit quia ibi dicitur, quod solet pcedere omnes creditores, ergo etiam habentes
7 expresã: dictio enim, semper, importat omni tempore, & omni casu, vt ad hoc notauit *Ioan.Bapt.de Sãcto Blas.in tract.de actio. & eius nat.actio.117. & Surd. decis.255. num.7.* vbi ad hoc allegat etiam *text.in l.etsi quis, §.1. & text. in l. Neratius, ff.eod.tit.* & dicit, quod
8 ex quo fauor funeris cõcernit publicam vtilitatem, non est mirum si hæres, vel creditor pro huiusmodi impẽsa præferatur creditori habenti expressam, & hanc partem sequuti sunt post iura prædicta, quæ ad hoc allegant, *Ripa in tracta.de pest.tit.de remed.præsernat. nu.133. Ioan. Bapt. de S.Blas. vbi supra. Rolan.consl 14. num.24. vol.1. Guttier. in repet. l. nemo potest, num.9.ff.de leg.1. vbi dicit communem. Phanut. in 5.par.de inuẽta.* *hæred.nu.35.36.37. & seq. Ioseph. Ludouic.decis.78. nu.22. post multos relatos,par.2. Surd.post alios infinitos relatos d.dec.255.* vbi refert ita sæpissime fuisse iudicatũ per Senatum. *Caualc.in loco præallegato* mutatus à prima sententia, & *in decis.32.lib.1.* vbi refert ita bis iudicatum. & *in Repert. in verb. creditor. funeris. Ioan.Garsi. de expens.& melior.cap.8. nu.23.*

9 Non obstat regula *tex.in l.*qui prior, nam illa non procedit fauore publicæ vtilitatis. *Surd. d. decis.255.sub nu.18.* vbi ait, quod hæc limitatio est certa quo ad iura personalia, & tacitam hypothecam, & in hoc conueniunt omnes, etiam illi, qui negant præferri expressæ, & volunt, quod etiam in causa dotis procedat prælatio, quando sola extat tacita. *Negusant. 2. membro 5. par. num.* 28. respectu verò expressæ hypothecæ, licet iura hoc non dicant in indiuiduo, tamen exprimunt virtualiter per verba illa *(semper, & omni casu præferri omni credito)* ponderata per Doctores omnes pro hac parte relatos, & præcipuè Surd. qui doctissimè respondet ad omnia obiecta ex aduerso deducta, & præcipuè per *Dominum Vincent. de Franch. in dicta decis.* 51. Et prædictis benè discussis Consistoriũ in causa Baronis Massariæ contra Andræam Iustiniano iudicauit creditorem funeris præferendum habenti expressam, & anteriorem hypothecam die 31. Augusti 1604.

Non

Non omittam dicere, quod
10 prædicta omnia de impensa funeris procedunt etiam in impensa infirmitatis defuncti, ad *text. in l. restituenda, vbi not. Bald. & Salic. C. de petitio. hæred. idem Alex. in d. §. in computatione, in 1. notab. & melius ibi Ias. in 1. notab. Sebastian. Monticul. in tract. de inuen. hæred. num. 137. & melius in §. item Serniana, num. 39. & seq. vers. sexto est impensa in quibusdam casib. instit. de actio. Rebuff. de sent. prouis. num. 65. Rolan. d. consil. 14. nu. 25. vers. Item etiam vol. 1. & in tract. de con confectio. inuenta. par. 3. vers. alia, & quinta. fi. 13. Vinc. de Franc. d. decis. 51. in prin. Nat. consl.* 448. *nu.* 14. *Caualc. d. decis.* 32. *nu.* 4. *cũ seq. & num.* 8. *&* 12. vbi refert hanc esse communem opinionem, & secundum eam fuisse iudicatum. *Surd. d. decis.* 255. vbi hoc idem
11 ampliat in vestibus lugubribus, quia illæ quoque funus respiciũt, vt in vestibus vxoris dixit Asin. quem ipse refert *in l. at si quis. §. Sepulchrum. ff. de religio. nu.* 8. *Simon de Pret. de interpret. vltimar. vol. lib.* 3. *dub.* 5. *interpret.* 3. *fol.* 4. *nu.* 4. *Sebastian. de Medic. in tract. de sepult. in* 2. *par. q.* 5. *num.* 18. vbi idem dixit de vestimentis seruorum, & familiæ, & maximè in hac Vrbe, in qua ex consuetudine tota familia associat funus, secundum Sebast. d. loco.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas decreti defectu solemnitatum semper opponi potest.*

2 *Nullitas decreti admittitur ob lapsum quindenæ. ratio num.* 3.

4 *Nullitas post terminum proponi potest.*

5 *Lapsus termini habet vim sñiæ.*

6 *Nullitas decreti, an proponi possit, si ad eum processum fuerit vigore interlocutoriæ distingue, ut ibi.*

7 *Decretum interpositum uigore sententiæ, an possit dici nullum non reuocata sententia.*

Amplia si fuisset receptum plus debito, num. 8.

9 *Sententia facit de indebito debitũ.*

ARGVMENTVM.

An possit dici de nullitate secundi decreti interpositi vigore sententiæ latæ in causa oppositoria? & quid in interloquutoria? Item quid lapsa quindena.

DECISIO XI.

NON semel vidi in Supremis his Tribunalibus altercatum, quando possit dici de nullitate secundi decreti: multa enim hinc inde excipiuntur, vel ob lapsum quindenæ datæ ad opponendum ex dispositione Rit. in ordine 112. vel quia de medio lata fuerit interlocutoria, siue sententia, & propterea pro decisione, & vera intelligentia prædictorum, distinguẽdum esse censui, aut enim
1 nullitas oritur ex defectu solemnitatum decreti, aut respectu iniustitiæ,

iustitiæ, primo casu semper, & indistinctè dici potest de nullitate decreti ad tradita per *Fel. in c. ex parte ante nu.* 18. *de offi. del. cũ simi.*

Secundo verò dasu quãdo nullitas oritur respectu iniustitiæ, & tunc subdistinguitur, quod aut sumus in casu, quo terminus ad opponendum lapsus fuerit, vt in
2 Regno est quindena iuxta Ritum prædictum, & nullis præsentatis oppositionibus fuit interpositũ, & receptum secundum decretũ, & tunc quia de tali iniustitia, seu falsitate causæ, nec inter partes fuit disputatum, nec per Iudicem
3 fuit cognitũ, poterit dici de nullitate prædicti decreti per doctrinam *Bal. in l. scire oportet, §. penult. ff. de excu. tut.* qui dicit, quod si statutũ dictet, quod elapso termino quis vlterius non audiatur,
4 tamen post terminum semper nullitas proponi potest, & idem dixerunt *Felin. in d. cap. ex parte, il secondo, de offic. deleg. in vlt. fallen. sub num.* 17. *& Dec. ibi fallen.* 20. quod ad quindenam inducunt *Cumi. & Bongior. super dict. Rit.* dicentes, quod lapsa quindena potest dici de nullitate exequutionis, & decreti. Nec obstaret dice-
5 cere, ꝙ lapsus termini habeat vim sententiæ transactę in rem iudicatam. *Bellugh. in Specu. Princip. rub.* 41. *col.* 4. *Mascard. de probat. concl.* 1229. *nu.* 4. nam prædictæ, & aliæ decisiones, quæ ad hoc allegari possent, procedunt in meritis, nõ autem in nullitate, stante doctrina Bal. & aliorum supra relatorũ, & maximè quando de ea non fuit cognitum, neq; discussum, & ita fuit pluries iudicatum, & ego vidi bis iudicari in causa Petri Catalanotto contra Philippum Lanza de mense Octobris 1604.

Secũdus vero casus erit, quã-
6 do lata interloquutoria receptũ fuit secundum decretum, de cuius nullitate agitur, & tunc aut fuit de meritis cognitum per Iudicem, & discussum inter partes, quia fortè exceptiones propositæ admitti potuerint nõ obstãte statuto, vel pacto de non opponendo, & tunc non poterit dici de nullitate; si verò de meritis non fuit cognitum, quia obstabat statutum, vel pactum, & tunc dici poterit de nullitate, ita *Doct. in l. iustè possidet, ff. de acq. possess. Ferdin. Bongior.* magnus Doctor inter nostrates *super d. Ritu* 112. quem ibi etiam sequitur *Marianus Iulianus*, vbi sic obtinuisse testatur pro Paulo de Parisio contra Baronem Careni.

Nec vrget, quod contrarium tenuerint *Soc. in d. l. iustè possidet, col. pen. in fine, uers. ex quo infertur, vbi dicit hoc esse signandum, & notandum, & ibidem Bolognett. sub nu.* 66. *vers. Item infertur ad alium casum, Gugl. de Perno in suo Repertor. in verb. decretum*, nam eorum dicta procederent, qñ in prædicta interloquutoria fuisset plenè cognitũ de meritis, *ita Ang. in l. ius plurib. ff. de iust. & iu. Soc. in d. l. iustè possidet, nu.* 14. *vbi post Cuman. tradidit Alex. n.* 18. *idẽ Alex. in l. si finita, §. Iulianus, n.* 127. *ff. de dam. infect. Bal. in cõs.* 122. *nu.* 9. *vers. tamen*

men aduertendum est lib.3. Ruin. consil.12.num.4.Gabr. cons. 35. num.8. lib.2. Capic. decis.51.num. 6. & optimè Simon de Prat.cons. 120.num. 10.& seq. & ita potest saluari doctrina Bongior. cuius authoritas maxima est in Regno, & secundum prædictam opinionem fuit iudicatum hoc anno contra Ioannem Valdes, & in alijs causis.

7 Aut vero (& erit tertius,& vltimus casus) decretũ processerit vigore sententiæ diffinitiuæ;vt in Regno est causa oppositoria, & tunc quia in ea plenè discutiuntur merita, nõ poterit aliquo modo dici de nullitate decreti, nisi prius reuocata sententia, ita Bongiorn. super d.Rit.112.Bursat.cons. 94.& cons.410.Capic.d.decis.51. num.6.cum alijs supra proximè relatis, Eruditus Marius Mut.sup. cap. Rit.112.num.75.in fin. Bolognett.in d.l.iustè possidet,ff.de acquir.possess. Duen.reg.185.num.2. Mangrel.ad Bar.in l.si non sortem §.si centum,ff.de condi.indebi.Simon de prat.d.cons.120.num.10.& prædicta procedunt etiam si secundum decretum fuisset interpositum plus debito, quia obstat

8 exceptio rei iudicatæ pro tota summa exequutionis, cum de ea fuerit cognitum in processu, ad tex.in l.cum quæritur, ff.de exceptio.rei iudi.Surd.cons.165.nu.11. Honded. cons. 30. num. 50. vol.1. cum simil. per eos adductis, & ra-

9 tio est, quia sententia facit de indebito debitum ad tex.in l.1.C. de condic.indeb.Cephal.cons.507. num.12.volum.4. D.Ioann.Francisc. de Pont.cons.94.nu.4.& seq. & secundum prædicta iudicauit Consistorium de anno 1603.contra Ioannem Palauixino, & ideò fuit missus processus super quo lata fuerat sententia, quod procedat exequutio via restitutionis in integrum ståte paupertate; & per nos fuit reuocata sententia prædicta,& consequenter eodem die iudicauimus decretum esse nullum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna,condemnationes,& bonorum confiscationes sunt fructus iurisdictionis.*

2 *Capitaneus, & Iustitiarius Vrbis Panormi habet commoda pœnarum.*

3 *Capitaneus, & Iudices Vrbis eliguntur quolibet anno per suam Catholicam Maiestatem.*

4 *Pœnæ acquiruntur ei, cuius tempore fuit commissum delictum. contra num.8. amplia num.11.& 13.*

5 *Fisco ius acquiritur statim commisso delicto.*

6 *Obligatio ad pœnam oritur tempore delicti.*

7 *Actio quæsita in officio,eo finito nõ perit.*

9 *Pœnæ fiscales ante condemnationem sunt fructus seminati.*

10 *Ius ad pœnam non acquiritur ante sententiam.*

12 *Sententia conditionalis retrotrahitur, & num.13.*

AR-

ARGVMENTVM.

Pœnæ, condemnationes, & bonorum publicationes, an debeantur ei, cuius tempore fuerat commissum delictum; an vero illi, qui iurisdictionem habet tempore sententiæ.

DECISIO XII.

1 POenæ, condemnationes, & bonorum cõfiscationes sunt fructus iurisdictionis. *Bal. post alios in l. vlt. num. 2.* quẽ ibi communiter sequuntur Docto. *ff. solut. matrimon. & in l. 1. colum. 3. vers. extra nota*, quod nomine fructuum, *C. de fructib. & liti. expens. Roman. consil. 70. in fin. Iacob. de Sancto Georg. in sua inuestitura in verbo, Marchio in Italia, columna vltima. Boerius decisione 180. num. 4. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 25. num. 22. Rimin. Iun. cons. 33. num. 14. volum. 1. Tiraquell. de retract. conuen. §. 5. gloss. 4. num. 18. Surd. cons. 53. num. 1. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 1. quæst. 10. num. 12. & par. 4. quæst. 7. numero 56. cum simil.*

Et in hac Felicissima Vrbe Panormi stante amplissimo Priuilegio meri, & mixti Imperij cum commodis pœnarum sibi concessso per Serenissimos, & Catholicos Reges nostros pœnæ prædi-
2 ctæ, & bonorum publicationes applicantur Spectab. Capitaneo, & Iustitiario eiusdem Vrbis, qui quolibet anno cum alijs tribus Iudicibus causarum Criminalium, & Ciuilium eliguntur per Suam
3 Catholicam Maiestatem. Euenit, quod tempore quo officium prædictum exercebat D. Don Franciscus Maria de Bononia, nunc Magister Rationalis Tribunalis Regij Patrimonij, Regiusque Cõsiliarius, fuit commissum homicidium per quendam nobilem Panormitanum, & ob id captis informationibus bannitus fuit per ipsam Curiam, confecto prius de bonis omnibus delinquentis inuentario pro cautela ipsius fisci, vt consuetum est, & elapso quadrimestre dato per Regiam Pragmat. ad se præsentandum sub pœna confiscationis bonorum, tempore, quo ad officium prædictum ob lapsum anni promotus fuerat Don Fidericus de Moncada, fuit per me tunc Iudicem eiusdem Vrbis cum alijs Dd. collegis decisum, quod bona prædicta fisco incorporẽtur; dubitatũ fuit, ad quẽ ex dictis duobus Capitaneis bona prædicta confiscata pertinerẽt: & pro primo, cuius tempore delictũ
4 commissum fuerat, licet post tempus ipsius cõdemnatio, siue incorporatio sequuta fuerit, dicebatur adesse communem opinionem, relatam *per Tiraqu. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. num. 24.* quam tenuerunt *Cin. Iacob. de Sant. Georg. & Bal. in l. si ff. de iurisd. omn. iud. de communi testatur Alex. in l. diuortio §. si vir in fundo num. 11. ff.*

sol.

sol. matr.& cons.7 num.5.lib.3.& ibi Natt.in addit. Ang. in l.si possessor,§.1.ff. de petitio.hæredi. Afflict. in tit. de regal. §. pœnarum quæst.9. Ioann. de Amic. consil. 110. in fin. Lucan. de priuileg.fisc.4. quæst.48. quæst. princip. Boer. decis.5. num. 20. Guglielm. de Benedict. in cap. Rainutius in verb. cetera bona nu. 38. Soc.Sen.in consil. 100.volum. 1. & consil.70. volum. 4. Cassane. in Consuetud. Burgundiæ in 1.rubr. §.7.gloss. 2. num. 6. vbi refert ita bis fuisse iudicatum. *Riminal.Iun. cons.33.num.11.volum.1. Bertaz. consil. 155.num.1.cum seq.volum. 1.* qui dicit hanc esse communem Doct. sententiam, *& in cons. 458. num. 11. volum. 2. Surd. cons. 57. num. 19.* vbi ait hanc opinionem esse magis communem, & secundum eam vidisse pluries iudicatum in Senatu Casalensi, *& cons. 84.num.6.*vbi ait contrariam opinionem esse communiter damnatam. *Cephal. consil. 397. nu. 100. lib.3. Vincentius de Franch. decis. 76.num. 12.* vbi testatur de communi. *Amade. de Pont. quæst. 38.* vbi dicit hanc esse magis communem opinionem. *Baiard. ad Clar. quæstio. 78. num. 144.* qui refert magis communem, & veriorem. *Asol. in tit. de pen. temere appellan. num. 10. fol. 196. in Consuetu. Pedemont.*

Et ratio huiusmodi conclusionis est, quia statim commisso delicto dicitur acquisitum ius fisco
5 *l.quæcunque actiones ,ff. de actio.& obligat. l. si is qui in puteū, §.si postea, ff. quod vi aut clam. Bart. in l. quod ait lex,§.1.ff.ad l.Iul. de adult.* vbi dixit, quod in delictis initiū spectādum est, vt sciamus ad quē pertineat punitio, & facit, quia
6 tempore delicti orta est obligatio ad pœnam, *l. vlt. C. de senten. pass.* vbi quis ex delicto efficitur seruus pœnæ, *& l.Imperatores,ff.de iur. fisc.* vbi quis delinquendo pœnæ se subdit, *& tex. in l. aufertur, §. fiscus ,ff.de iur. fisc. quem allegat Alber. in l. post contractum colum. 1. de donatio.* vbi ex illo tex. ait, quod continuò, quàm quis delictum cōmisit incipit obligari fisco, quem refert & sequitur *Tiraquell. in loco præallega. num.23.* & propterea cum sit actio quæsi-
7 ta in officio, eo finito non perit ad *tex.notab.ad hoc in l. Prætor, ait §. is etiam, quem ita summat Bald. ff. de edend.*

8 Sed contrariam opinionem, quod huiusmodi pœnę, & incorporationis bonorum exactio non spectat ad primum sed ad secundum, cuius tempore lata fuit sententia tenuerunt *Bal. sibi contrarius in l.fi.C.de fruc. & liti.expens. Imola, & Aretin. in dicto, §.si vir. in fundo. Rebuff. in l.3.C.de suspect. & archa. lib. 10. Socin. Sen. dicto consil. 100. sub num.2. vers.sed his non obstantibus. Guid. Pap. decis. 535.* dicens ita in Gallia seruari *Bertrand. in cons. 214. lib.2. Apostil. ad Alex. in dicto cons.7. lib. 3. litera B.* vbi dicit hanc esse meram veritatem, & probari ratione, quia huiusmodi pœnæ fiscales ante factam condemnationem fructus nedum percepti, sed tantum

tum

tum veluti seminati esse censentur, ideoque non ad illum, cuius
10 tempore delictum commissum fuit spectare debent, cum ante sententiam nullum ius ad pœnam ipsam fiscalem acquisitum fuisse dici potest, *l. ex iudiciorum, ff. de accusat. Bart. in dicta l. aufertur, §. Fiscus. Doctor. & maximè Alexã. in l. rescriptum, ff. de pact.* quam rationem veram esse, licet opinionem damnatam dixit *Surd. in dicto consil.* 84. *num.* 6. & in puncto iuris hanc opinionem esse substẽtabiliorem dixit *Alexander in dicto §. si vir num.* 11. *& post eum Gasp. Valla. in l. Imperium num.* 26. *ff. de iurisdictio. omni. Iudic. Paris de Puteo in tracta. de sindicat. in verb. prouentus. Riminal. in l. hæres quandocunque colum.* 2. *ff. de acquirenda hæreditate. Peregrin. de iur. fisc. lib.* 6. *titu.* 5. *num.* 44. vbi dixit hanc veriorem, idem *Surd. in consil.* 227. *num.* 21. *volum.* 1. & post alios concludit *Molin. de primogen. Hispaniar. cap.* 11. *num.* 20. *lib.* 3.

Retenta tamen prima opinione tamquam magis communi, &
11 in iudicando recepta, illa amplianda veniebat in casu de quo agebatur, quia non solum fuerat cõmissum delictum tempore primi, sed etiam emanata sententia banni, per quã ipso iure elapso quadrimestre facta fuerat condemnatio ad publicationem bonorũ, vnde sententia ipsa banni euenien te conditione, quia infra quadrimestre, non se præsentauit, retro trahitur, & perinde habetur, ac si purè, & simpliciter lata fuisset vt *not. Franc. post glo. Bald. & Abb. in cap. præterea requisiuisti num.* 9. *&* 10. *de appell.* maximè ex illis verbis (*ipso iure*) *Tiraq. de retra. §.* 1. *glo.* 10. *num.* 49. *Cacher. decis.* 145. *numero* 3. & maximè, quia prouisio illa, per quam posteà incorporantur bona, potius declarat, quam aliquid noui inducit, & dicitur exequutio primæ sententiæ vt dixit *Rebuff. in d. l.* 3. *C. de suscep. & archa. num.* 2. *Bertrand. dicto cons.* 214. *in fin. Molin. de primogen. l. cap.* 11. *num.* 22. *qui allegat ad hoc Bald.* dum dixit, quod sufficit, quod causa sit con-
13 clusa cum primo ad hoc, vt pœna ei adijcienda sit, & subdit hoc esse singulariter notãdum; & idem dixit *Affl. de regali. in verb. pœnarum, quem refert & sequitur Peregrin. de iur. fisc. d. lib.* 6. *tit.* 5. *nu.* 44. *in fi. Surd. d. cons.* 57. *num.* 20. quia hoc ipso, quod Iudex pronuntiat maleficium commissum statim succedit pœna iuris ipso iure *l.* 1. *§.* calumniatoribus ibi, *& quamuis nihil de pœna, ff. ad Turpil.* ideoque stante banni sententia prouisio per quam diximus (bona incorporentur) retrahitur ad tempus delicti *l. hæredes palam, §. si quid post iuncta glo. loquente de Iudice, ff. de test. Tiraq. in d. num.* 23. *& Surd. d. cons.* 57. *num.* 19. imò ad tempus cõdemnationis factæ per sententiam banni, licet adhuc bona non sint incorporata, vt dixit *text. in l. si possessor, §.* 1. *ff. de petitio hæredi. & ibi Ang.* vbi ait, quod statutum disponens, quod potestas

stas debeat habere quartam pœnarum, quas redegi fecerit in cõmune; sufficit ad acquirendum pœnam, actionem esse quæsitam, licet adhuc pœna non sit incorporata, quia ista incorporatio trahitur retro, sicut finis trahitur ad principium, quando necessariam habet consequentiam ab eo, vt erat in casu isto *ad tex. in l. 3. §. Scio ff. de minor.* & in hoc fundatur opinio magis communis supra firmata, quia cum talis perceptio pœnæ fiat, habita necessaria consequentia ab initio, anteceditur initium, hoc est tempus commissi delicti, & non tempus incorporationis, & exactionis *ad text. in d.l. 3. & post Ang. sequutus est Soc. Sen. in d. conf. 100. col. 2. in fin.* & secundum prædicta fuit iudicatum de anno 1599. & sententia transiuit in rem iudicatam.

Et idem reperio fuisse aliàs iudicatum in Tribunali Regij patrimonij per doctissimos viros de anno 1598. pro heredibus Ioseph Mollica contra Don Iacobum la Roccha, non obstante consuetudine Ciuitatis Messanæ in contrarium allegata.

SVMMARIVM.

1 *Petens nullitatem contractus debet restituere pretium receptum. Amplia quādo est effectus locupletior. nu. 2. Et quid in rescissione num. 3. et 32. & nu. 30. amplia num. 33.*

Limita stāte oblatione, n. 4. & 34.

5 *Feudataria excedēs annos 14. dicitur maior, & nu. 26. 28.*

6 *Bona minorū alienari possunt, & quid ob æs alienum, nu. 8.*

7 *Bona minorū æquiparantur feudalibus quo ad prohibitionem alienationis.*

9 *Alienatio rerū minoris valet si est sibi vtilis, etiam absque authoritate tutoris, vel curatoris. distingue, num. 10.*

Amplia in bonis Ecclesiæ. num. 13.

& sufficit, quod melioratio sit tēpore contractus. num. 12.

Amplia in bonis fidei commisso subiectis, num. 14.

Amplia in alienatione feudi. nu. 15. Item ex causa necessitatis ibid. item in maioratu, num. 16.

17 *Authoritas patris supplet authoritatem curatoris, etiam stante statuto.*

19 *Pater in bonis feudalibus est legitimus administrator filij, & n. 29.*

20 *Alienatio rerum minoris absque authoritate Iudicis, vel curatoris est nulla.*

21 *Decretum alienandi obtentum à minore absque authoritate tutoris, vel curatoris est nullum, & numero 24.*

23 *Emptor non debet consequi rem & pretium.*

26 *Contractus quando præsumatur dolosus.*

27 *Cap. Carol. 78. de alien. minor. an procedat in Barone.*

31 *(Vendicare) verbum quid operetur.*

35 *Vsuræ debentur, quando emptor est effectus locupletior.*

AR-

ARGVMENTVM.

Nullitas contractus an peti possit à minore non restituto pretio, & quid in rescissione.

DECISIO XIII.



Donna Siluia Barbarino, & Criximanno direxit se in M.R.C. super nullitate cedulæ decreti, & contractus venditionis feudi Bessimæ per eam tunc minorem factæ contra Tullium Trigona emptorem, & obtinuit. Causa deuoluta in Consistorio via appellationis, dicebatur primo, quod non debebat aliter in petitione prædicta audiri, nisi
1 prius restituto ipsius pretio ad *tex in l. si à te, C. de pact. inter emptor. & vendit. & in l. vtere, & l. si prædium, C. de predi. minor. & in l. penult. §. fin. ff. de reb. eor.* quæ conclusio de plano procedit quoties est factus locupletior vt dixit
2 *glo. Bart. Bal. Ang. Salic. & omnes in d. l. prædium*, quos refert, & sequitur *Rimin. Iun. cons. 5. num. 71. & seq. vol. 1. Rolan. cons. 7. num. 3. lib. 3. & cons. 60. n. 32. lib. 4. Ceph. cons. 207. num. 2. lib. 2.* vel etiam
3 quando est petita nullitas, & licèt sit aliqua difficultas, an prædicta iura procedant, quando est petita rescissio cótractus, vel etiam quá do est petita nullitas, nihilominus *text. in d. l. vtere, & in d. l. pen. §. fin.* loquuntur in nullitate, vt declarat *Fabia. de Mont. in tract. de emptio. & venditio. in 2. q. 8. quæst. princip. num. 2. & 3. Peademon. decis. 159. num. 16. & in alia impressione est 160. Soc. cons. 115. in vlt. col. vol. 1. Vrsil. ad Affl. decis. 229. num. 3. Pinel. in l. 2. cap. 1. num. 21. in 3. par. C. de rei vendic.*

Nec obstabat, quod tam in M.R.C. quàm in Consistorio fuerat iudicatum, quod audiatur, quia interloquutoria prędicta erat ipso iure nulla, ex quo lata fuerat cótra expressum casum legis, stante petitione conuenti, quod non audiatur, nisi restituto pretio secundum iura prædicta.

Et dato, quod secundum aliquos deberet audiri, hoc esset stante oblatione pretij fortè in pe-
4 titione facta, & maximè parte opponente, vt dixerunt *Roland. Rimi. & alij in locis præallegatis*, quę cessabat in casu isto cum facta fuerit post sententiam, *ad not. per Tiraq. de retract. tignag. §. 8. gl. 7. nu. 12. post alios Caroc. de oblat. par. 1. quæst. 4. fol. mihi 136. & quæst. 15. num. 17.*

Secúdo dicebatur hic non posse retractari de contractu facto à minore, postquam ista Donna Siluia, tamquam feudataria excedens quatuordecim annos, licèt minus decem & octo, erat maior
5 stante constitutione Regni Minorum iura, & hoc tam in contrahendo, quàm in iudicijs, secundú *Andr. & Affl. ibi. idem And. in c. Imperialem, §. præterea si quis infeu datus col. 1. de probib. feud. alien. per Feder.*

Tertio

Tertio principaliter, quia venditio prædicti feudi facta fuerat ex causa vtilitatis, & necessitatis, & vrgente ære alieno, quo casu
6 non solum bona minorum, verum etiam bona Ecclesię, & bona fideicommisso subiecta, ac etiam feuda in forma stricta cum clausula iuris francorum alienari poterant,
7 quia bona minorum, & feudalia in forma stricta, quo ad prohibitionem alienationis inter se parificantur, *ad tex. in l. lex, C. de admin. tuto. & est glo. notab. in constit. Regni fratribus in verb. sorori suæ circa fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 182. nu. 16.*
8 & quod bona minoris alienari possint ex causa necessitatis, & vtilitatis, etiam absque decreto Iudicis, & solemnibus dixit *glo. in l. cum hi, §. transactionem vers. alienationis, ff. de transact. quam sequitur ibi Bal. Oddofr. Ang. Iacobin. in 1. Lectu. Iacob. Butr. in l. magis puto, ff. de reb. eorum. Ioann. Fab. in §. omne huius instit. de eo quibus. Rom. cons. 416. Dec. cons. 131. col. 2. vers. secundo principaliter respondetur, Barbat. latè cons. 61. col. 2. vers. quamquam ista sint colorata, vol. 3. latè Cepol. in l. fin. num. 26. de vsucap. Iaf. in §. actionum ante num. 24. insti. de actio. optime D. Ioann. Franc. de Pont. cons. 1. num. 84. cum seq.* vbi dicit hanc esse communem opinionem, & eam fundari optimis, & melioribus rationibus, imò allegat *glo. in l. 2. ff. de acceptilatio.*
9 quę dicit, quod semper, quando cōtractus est ad commodum minoris, quod inquam teneat absque tutoris, & iudicis authoritate, & quod minor obligetur, & ibi *Ang. & Imol.* inferunt ad quæstionem de statuto iubente non valere contractus minoris absque consensu propinquorum, & demum tenent, quod valeat si ad commodum fiat, & facit ad hoc pulchra distinctio *Oddofr. in d. §. transactionem*, quod aut vtilitas est in-
10 dubitata, aut damnum certum, aut nec damnum, nec lucrum, aut dubitatur: primo casu valet alienatio sine decreto, secundo nec cum decreto, tertio, & quarto casu cum decreto. Sed quia *Bart. & alij in d. §. transactionem* fuerunt contrarię opinionis, ideò *Ang. ibi quem sequitur D. de Pont. in d. cons. 1. num. 98.* voluit concordare opinionem *Bart. cum opinione glo.* dicens, quod opinio *Bart.* procedat, quando fit alienatio in causam à iure non permissam; secus quando fieret in causam concessam, veluti ob æs alienum, quia venditio in manifestā pupilli vtilitatem fieri potest, ne retorqueatur in odium, quod inductum fuerat in eius fauorem, Secundum quam opinionem iudicauit Consistorium, confirmando sententiam M.R.C. pro Francisca Zara, & Vinei, contra Cæsaream
11 Lomonti die 9. Nouemb. 1602. verum tamen est, quod in causa prædicta res vendita erat damnosa, & periculosa.

Idem dicendum esset de bonis
12 Ecclesiæ, quotiescunque alienatio fieret in eius euidentem vtilitatem.

tatem. *Bal. in d.l. cum hi.§. cum qui in princip. ff. de transact. Zabarel. in clemen. 1. in princip. de reb. Eccles. non alien. Iacob. Mandel. consil. 97. num. 19. Socin. Iun. consil. 28. nu. 10. lib. 2.* qui multos refert. *Affl. in tit. de Vassal. qui contra consti. Lothar. num. 2. vbi allegat Andr. Lucam de Pen. & alios, & dicit dictum Bald. valde notab.* & sufficit,

12 quod melioratio sit tempore contractus, *ad tex. in l. 1. in fin. C. de præd. & reb. nauicular. Gabr. consil. 71. num. 10. cum seq. vol. 2. Menoch. consil. 114. num. 26. in fin. Tiraq. de leg. connub. in fin. in verbo defin. mari. gloss. 6. num. 62. & seq. Capic. decis. 113. num. 5. Felyn. consil. 42. num. 2. & per totum. Roland. consil. 54. num. 23. vol. 2.* qui multa alia similia tradunt, quando valeat alienatio, quæ est vtilis.

13 Item, & ex causa necessitatis, *cap. super. de reb. Eccles. non alienan. Gerard. à Petr. sing. 100.* & ratio est, quia prohibita alienari possunt ex causa necessitatis alienari, *l. alienationis, ff. famil. hercisc. un.*

Idem dicendum esset de bonis

14 fideicommisso subiectis, & alienari prohibitis, quia possunt ex causa vtilitatis alienari. *Bald. Nouel. de dot. par. 7. in 2. & 3. fallen. Mandel. d. consil. 97. num. 18. Soc. Iun. d. consil. 28. num. 8. lib. 2.* qui infinitos allegat, & dicit, quod non obstante prohibitione ex causa vtilitatis potest fieri alienatio, alias præceptum, seu fideicommissum esset factum in detrimentum prohibitorum. *Rimin. Iun. consil.* 381. *num. 75. cum seq. vol. 4. Magon. decis. Luoen. 33. num. 8. cum seq.* quod idem dicunt in causa necessitatis.

15 Postremò idem procedit in alienatione feudi, quæ permittitur ex causa vtilitatis secundum veriorem opinionẽ, quam sequuti sunt *And. in cap. 1. col. 2. vers. additio an meliorando in tit. An illi loqui inter se. fratr. dom. & in cap. Imperialem post num. 13.* vers. itẽ secùs si conditionem domini faceret meliorem, *in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Menoch. post alios consil. num. 134. & 135. vol. 1. Vincent. de Anna in repeti. consti. constitutionem diuæ memoriæ num. 177. cum sequen. vbi optima Glo. in verb. Vicarius Regis. Cumi. in cap. si aliquem, in verb. antiquis,* vbi expressè dixit, quod feudum in forma stricta, & cum clausula iuris francorũ potest alienari, quãdo apparet vtilitas ex alienatione: *Affl. vbi supra num. 2. 3. & 4.* & tantò magis prædicta procederent in casu necessitatis *l. si tibi pecuniam, de pact. Menoch. d. cons. 182. Affl. de prohib. feud. alien. per Feder. num. 16. vers.* de pro ista decisione, *Paris de Pute. de reintegr. feud. num. 21. & 22. fol. 172. Prece. de sub feu. 3. limit.* vbi multa dixit.

16 Et loquendo in bonis maioratus, quę ęquiparantur feudalibus, voluit *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 10. per totum. Cumin. in cap. si aliquem in verb. mortis, num. 137.*

17 Et ideò ex prædictis dicebatur, quod

quod posito, quod in contractu isto non interuenissent sollemnitates requisitę in contractibus minorum secundum iura communia, & municipalia, prout de iure interuenisse præsumuntur; tamē stante vtilitate, & necessitate venditionis prædictæ, contractus iste validus iudicari debebat, & maximè accedente decreto licentię alienandi facto per M.R.C. & authoritate patris, qui supplet au-
17 thoritatem curatoris: nam præsumitur optimum consilium pro filio capere, *l. isti quidem, ff. quod met. caus. Alex. conf. 29. colum. penult. volum. 3.* & statuto requirente *authoritatem Iudicis satisfa-*
18 *ctum esse ait Bald. in l. pactum, quod dotale num. 16. quæst. 21. C. de col lat. Gabr. de statu. conclus. 2. Lamberti. de contract. q. 29. num. 100. Port. in suis Reg. lib. 3. conclus. 5.* & in bonis feudalibus pater est le
19 gitimus administrator filij familias, vt dixit *Ruin. conclus. 24. vol. 1. Vinc. de Franc. decis. 80. à num. 6. vsque ad num. 8.*

Sed ex aduerso pro Donna Siluia dictum fuit, quod contractus iste erat nullus ipso iure, quia feudum prædictum, quod sibi peruenerat ex linea materna, fuerat alienatum per eam tunc minorem
20 absque authoritate iudicis, vel Curatoris iuxta Regni cap. Carolì 78. & absque subhastationibus *ad tex. in l. si Titiæ, ff. de minor. in l. magis puto, §. ne passim ff. de reb. cor. Simoncel. de decret lib. 1. tit. 1. nu. 64. Roland. late, consi. 60. lib. 4. & post alios Sur. cōsi. 8. & cōs. 94. li. 1.*

Nec obstabat licentia prædicta alienandi obtenta per ipsam Donnā Siluiam tunc minorem, absq; authoritate tutoris, vel curatoris, quia erat nulla ipso iure,
21 *ad tex. in l. cum & vos minores, C. si aduert. rem iudic. & in l. contra pupillos, & in l. acta, § fin. ff. de re iudic. late Affl. in cōsti. Minoribus, & in consti. Minorū iura;* & maximè cū in alienatione prędicta non fuerit seruata eius forma, vt dicūt
22 *Doct. in l. diligenter C. mand. Paris. conf. 100. vol. 1.* Licētia enim aliēnandi concessa fuerat, quia venditio facienda erat pro scutis 9000. franchis, & liberis venditrici, & nihilominus alienatio facta fuerat pro scutis septem mille in circa, & sic pro minori summa contenta in ipsa licentia alienādi. Et licet emptor ipse sibi accollauerit soluere quasdā alias summas, tamen vltra, quod non ascēdebant ad summam prædictam ducatorum 9000. illa accollatio nō fuerat facta pro pretio feudi, sicuti fienda erat ex forma ipsius decreti, sed voluntariè in augmentum pretij, prout apparebat ex lectura contractus, & cum pacto quod ipsa accollatio intelligeretur facta pro tempore, in quo emptor ipse non fuisset molestatus à sua pacifica, & quieta possessione, nec contra eum lis aliqua mota fuisset, aliàs secuta aliqua lite, siuè molestia potuisset exequutionem causare de omnibus interusurijs decursis prędictarum summarum accollatarum, etiam decursis & maturatis pro tempore, quo ipse

 ițete.

steterat in possessione ipsius feudi, ex quo pacto ostendebatur, quod accollatio facta non fuerat pro vero pretio; quia si secùs fuisset liberè fieri debebat iuxta formam decreti, & sic pro interusuriis maturatis, tempore quo ipse emptor possidebat rem emptam nõ licuisset petere interusuria maturata, nec prouentus dictorum
23 redituum accollatorum, cum fructus rei venditæ percepisset, ad tradita *per Doctores omnes in L. curabit. ff. de actio. empt. Surdus consil. 101. lib. 1. Cephal. consil. 609. lib. 5.* Item læsio apparebat probata per multos testes non solum enormis, sed etiam enormissima, & vltra dimidiam iusti pretij, attento, quòd tempore contractus feudum erat salmarum 160. & pro qualibet salmata communiter erat pretij vnc. 40. & vltra in dicta venditione fuerant comprehensa hortilitia feudalia, quæ secundum probationem erant pretij vltra vnc. 1000. Item quia per decretum fuerat mãdatum, quòd de eo, quod superesset emi debuissent reditus, quæ emptio non fuerat sequuta, quo casu venditio prædicta redebatur nulla ipso iure. *Simon. de Decret. lib. 1. num. 24. cum sequen. Surd. d. con-*
24 *sil. 49.* maximè, quia dolo initus contractus præsumebatur, vt de communi refert *Cephal. cõs. 405. num. 22. Seraphin. de Priuileg. iuramen. priuileg. 31. num. 17. Honded. consil. 29.* data igitur nullitate decreti, & contractus prædicti defectu læsionis penitus cessabant ea, quę ex aduerso deducebantur circa vtilitatem alienationis prędictæ, etsi penitus vera non sit
25 prædicta conclusio: nam contra eam post infinitos relatos tenuit *Simon. de Decret. tit. 8. inspect. 17. num. 125.* & dixit esse veriorem, & communem *Surd. decis. 178. num. 19. & decis. 287.*

Item nec obstabat dicere, quod ista Domna Siluia tempore alienationis erat maior quatuordecim annis, & per consequens tãquam feudataria stante forma constitutionum Regni dicebatur maior tam in contractibus, quàm in iudiciis, *ad tex. in const. minorum iura, & constit. minoribus*, quia respondebatur, quod prædicta conclu-
26 sio procedebat, quo ad commodum ipsius Baronis, non autem quo ad incommodum, in tãtum, vt talis Baro æquipararetur minori non habenti curatorem, vt dixit *And. in d. consti. minorum iura, vbi etiam Affli. nu. 15. & Gram. nu. 4. cũ seq. Frec. de subfeud. lib. 2. Auct. 39. Odd. Sf. de rest. in integ. q. 15. artic. 9.* post multos ibi relatos, & fortius prædicta procedebãt stante d. c. Regni 78. prohibente minores sine decreto Iudicis, vel curatoris contrahere posse. Nec aliqua difficultas fieri poterat, an
27 prædictum Cap. comprehendat Barones minores, tum quia generaliter loquitur; tum etiam quia ratio ipsius capituli est, ne minores lædantur, quæ per viam comprehensionis etiã contractus Baronum includit, vt latissimè defendit *D. Octauius Corsett. in duob.*

suis

*suis Cõs.*quæ citò Typis dabũtur.

Insuper faciebat, qđ licèt simpliciter Constit. Regni prædicta constituerit feudatarijs legitimã ætatem in decimoquarto anno, nihilominus nõ procederet quo-
28 ad alienationem bonorum stabilium, vt possit sine decreto celebrari, ita *argumento l.1.& l.eos.C. de his qui veni. æta. impetra. tradit Pnul.de Castr.cons.106.lib.3. Dec. cons.39.num.3. & cons.403. Affl. in d.constit.nu.17. Rolan.d.cons.7. nu.17.lib.3. & hanc esse receptiorem, & veriorem sententiam, testatur Octaui.Simoncel.de Decret.lib.3.tit.8.inspect.3.nu.24.& 26.Oddo Sforz.d.artic.9.num.77.cum sequent.*

Nec obstabat authoritas patris, qui interuenerat in cõtractu prædicto secundum Bal. & alios, qm̃ vltra quod prædicti Doct. loquebantur in diuersis terminis, at tamen vera conclusio est, quod vbi pater non habet vsumfructũ,
29 tali casu in dictis bonis non dicitur legitimus administrator, *vt dicam in decis.52.* intantum quod stante statuto requirente authoritatem curatoris, si filius contrahat cum authoritate patris, non dicitur satisfactũ statuto, vt limitando contrariam opinionẽ decidit *Paul.de Cast.in l.si seruus.§.pupillus,nu.5.ff.de verbor.obli.Capic. decis.56.nu.4.& decis.73. nu.10.*

Rursus non obstabant iura illa in principio deducta, ex quibus videbatur deneganda audientia isti Dõnæ Siluiæ in nullitate prędicta non restituto prius per eam pretio recepto: nã dicebatur primo, quod illa iura determinant,
30 quod non possit quis vendicare bona vendita ante factam restitutionem pretij, quod verbum *(vendicare)* non sonat in factum, hoc est, quod non possit cum effectu
31 cõsequi possessionem rerũ alienatarum nisi facta restitutione, qui casus adhuc non poterat habere locũ in causa ista; ita notanter per aperta iura, ponderando illud verbum *(vendicare)* determinat *Decian. resp.32. nu.4.lib.4.*

Secundo dicebatur, quod in nullitate prædicta conclusio non
32 habet locũ, licèt secùs in rescissione, vt post alios Doct. consuluerunt *Natt. cons.631.nu.7. Ceph.d. cons.207. nu.53. Rol.d. cons.7. nu. 4. lib.3. & d. cons.60. nu.34. cum seq. vol.4. Riminald.iun. d.cons.5. nu.71. Decian.in præallega.cõs.32. vol.4.* & ratio est, quia potest quilibet venire contra factũ proprium, vbicunque actus esset nullus, vt latè probat *Canalc.in tract. de tutor.& curat. sub nu.162.* quæ conclusio procedit etiam in con-
33 tractu venditionis redituum, iuxta formam Bullæ, vbi Reg. Prag. denegat omnem audientiam ante factam solutionem, & tamen semper fuit cõcessa audientia circa nullitatem non solutis interusurijs, vt refert *Milan. decis.7. lib.2.* & iudicauit Consistorium post binas interloquutorias M. R. C. pro Dõna Vittoria de Homodeis in anno 1603. item pro Donna Laurea Inbarbara contra D. Isabellã de Bononia die 4. Ian.

eiusdem anni, & amplius in Regno super hoc non vidi disceptari, quando agitur de nullitate. Præterea in causa ista facta fuerat oblatio pretij, quæ sufficere videbatur, vt potuisset audiri secundum *Pedemont. in d. decis. 159. aliàs 160. in fin.* & licet nõ fuerit facta ab initio causæ, tamen sufficiebat factam fuisse in iudicio ap-
34 pellationis, vt dixerunt *Alex. cõs. 17. col. 2. vers. præterea obstat, & cons. 78. in fi. lib. 1.* quem refert & sequitur *Cephal. cons. 112. nu. 20. cum seq. vol. 1.* Et ideò ex prædictis Consistoriũ, facta prius relatione Excellent. Proregi, iudicauit validam interlocutoriam, per quam bis fuerat concessa audientia, & declarauit contractum nullum, condemnando dictũ de Trigona ad restitutioné dicti feudi, vnà cũ fructib. perceptis, & qui percipi poterant à die initorum cõtractuum vsq; ad integram, & effectiuá restitutioné ipsius feudi, solutis prius pecunijs legitimè
35 solutis vnà cũ vsuris, quas dicta Donna Siluia præstitura esset, vel ex ipsis locupletior effecta fuisset, *ad not. per tex. in l. si prædium, §. semper, C. de præd. & alijs reb. minor.* quæ compensari debuissent cum fructibus prædictis in liquidatione facienda die 9. Martij 1598. existentibus Iudicibus D. Vincẽtio Ferrarotto Regio Consiliario meritissimo, ac Doctissimo Viro; necnon & Mario Mastrillo genitore meo. Et quia fuerant præsentatæ literæ viæ recognoscendi obtentę à Sua Catholica Maiestate, non fuit aliter publicata sententia; sed vnà cum votis, iustificationibus, & processu transmitti debebat ad supremum Consilium; licèt posteà ob lapsum semestri temporis fuisset publicata in iudicio, & per partes concordata.

SVMMARIVM.

1. *Baro succedens ex pacto, & prouidentia Principis rescindere potest obligationes factas per antecessores.*
2. *Baro molestari dubitans pro subiugationibus factis super feudo, potest principaliter declarari facere ad illa non teneri.*
3. *Pacta prædecessorum non ligant successorem in feudo.*
   Amplia in filio, num. 4.
5. *Pacta personalia nõ sequuntur rẽ. Item in pacto de non opponendo, num. 6. & 9.*
7. *Feudatario mortuo omnes obligationes pereunt. ratio num. 8.*
10. *Cap. Volentes, procedit forma non repugnante.*
11. *Regia Pragmatica de Censibus priuilegiat executionem.*
12. *Pragm. cur prohibet exceptiones opponi.*
13. *Exceptio, cui prohibetur, non prohibetur actio.*
14. *Prohibito vno, prohibetur & id per quod peruenitur ad illud.*
15. *Verba Prag. (Tanquam res iudicatas) nõ impediunt prouocationẽ.*
16. *Pactum de non opponendo, an contineat pactũ de non preueniendo,*

17 *Tertius auditur in rescissione contractus non restituto pretio.*

18 *Petitio quando resoluatur in vim exceptionis. intellige nu. 10. 20. & 21.*

21 *Exceptio rei iudicatæ in vno cathameno non obstat in alio.*

23 *Exceptio, quod subiugatio non afficit feudum, an admittatur in prima instantia.*

ARGVMENTVM.

Baro, an audiatur nondum facta solutione censuum decursorum, si prætendat censum non afficere Baroniam?

DECISIO XIV.



N hoc articulo, an Baro, qui successit ex pacto, & prouidētia Principis possit audiri nondū facta solutione, si prætendat declarari facere subiugationes factas per eius antecessores non afficere Baroniam, etsi *Milan. in decis. 7. lib. 2.* in puncto teneat denegandum audientiam, & ita referat fuisse decisum in M. R. C. tamen Consistorium non semel contrarium iudicauit concedendo audientiam, ita quod non impediatur executio, & præcipuè pro Barone Berrabaidæ die 17. Decembris 1600. Quia huiusmodi petitio debitam habet formam con-
1 cludentem, ex eo, quod Baro succedit ex pacto, & prouidentia in feudo ad rescissionem, seu declarationem, obligationes per alios factas non afficere feuda, *ad text. in l. dissolutè. C. de condit. sin. caus. & probant tex. Glo. & Doct. in l. si contendat. ff. de fideiussor. & text. melior in l. si pater tuus, in fine. C. qui. ben. cede. poss. Gloss. in l. Aurelius, §. centum, in verb. consequi. ff. de liber. lega.* per quæ iura proba-
2 tur posse per aliquem peti principaliter pronunciari se non teneri, & dixit etiam *Bart. & Alexan. num. 22. in l. si finita, §. eleganter. ff. de damno infect.* idem *Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, n. 18. ff. pro Soci. Gerard. sing. 91. Marsil. sing. 180. Capic. decis. 18. Bart. Blarer. in Repet. l. diffamari, cap. 11. C. de inge. & manumiss. num. 17. & seq. & ibi etiã Contard. amplia. 108. & seq.* vbi hanc testatur esse communem opinionem, & pluribus rationibus confirmat *Cartar. decis. Genuen. 10. num. 2. & 3.* vbi ampliat etiam quod nulla lis moueatur aduersus reum. *Bart. in d. §. arbitrorum. Alex. in d. §. eleganter. num. 24. cum alijs per eum relatis*, & prædicta iura ad hoc adducit *Bald. in cons. 187. num. 1. lib. 1. & Anchar. licèt prædicta non allegēt in clement. 1. de re iudic. num. 8.* vbi quærit, an sicut Iudicis officio petitur declarari sententia nulla, idem sit in contractibus, & aliis dispositionibus? & concludit, quod sic, declarando sibi, qua actione hoc competat.

Item dicebatur, quod pacta predecessoris non ligant successo-
3 rem in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, in quo filij veniunt

etiam non hæredes patris, nec fi-
4 lius tenetur ad ea, quæ pater, vel auus fecit, nisi fuerit primus acquisitor. *Andr. de Isern. in c. 1. nu. 18. vers. Item in feudo paterno. Qui successo. tenean. & in c. 1. an agna. nu. 2. & 3. & in c. 1. §. quid ergo, nu. 5. de inuestitu. de re alien. fact. Loffred. in cõs.* 1. *nu.* 124. & passim voluerunt feudistæ omnes: nam pa-
5 cta sunt personalia, nõ sequuntur rem *ad tex. in l.* 1. *§. si hæres, ff. ad*
6 *Trebell.* & in pacto de non opponendo dixit *Ferdinan. Bongiorn. in causa reluitionis Terræ Calatafimi, lib. 2. cons. feudal.* quia mortuo feu-
7 datario omnes obligationes pereunt, sicut quando feudum domino est apertum. *Affl. in c. Imperialem, nu.* 33. *de probib. feu. alien.*
8 *per Federic.* quot enim sunt personæ, tot sunt concessiones. *And. in cap. 1. de eo, qui sib. & hæredi. sui. vers.* hoc est regulare, vbi quod conditione existente videtur nunquam illius fuisse Baroniam, & in
9 terminis Reg. prag. vt pactum de non opponendo non transeat in tertiũ dixit *D. Petr. de Gregor. super Bulla, q.* 10. *n.* 14. vbi in addit. præsentem posui conclusionem.

10 Nec cap. Volentes resistit, nam procedit forma non repugnante, vt latè dixerunt *ibi Doct. & præcipuè Blas. de S. Angelo, Christof. de Benedict. Io. de Ansalone, Gualter. de Paterniò. & alij ibidem, Ferdin. Bongiorn. in suo repertor. feud. in verb. Cap. Volentes, & in consil. facto in causa Tortoreti lib. 1. feud. Pern. in cõs.* 7. Accedebat pdictis,
11 quod Regia Pragmatica nõ priuilegiat simpliciter annuos redditus, sed executionẽ annuorũ redituũ, & eorũ cõsequutionem, vt 2
patet ibi *(planè circa exequutiones vigore contractus huiusmodi facien das, exceptiones aduersus eas quomodolibet opponendas certũ, & determinatum modum dare volentes)* ex quibus verbis patet, quod forma tribuitur circa exequutionem vt ibi *(sancimus huiusmodi censualium cõtractus paratã executionem habere)* quod respicit executionem instrumentorum, & ibi *(quæ quidem executio nullo falsitatis, &c.)* quæ respiciũt modum circa exceptiones opponendas, vt dixit *Bongiorn. in lib. 2. Allodial. alleg.* 1. *&* 2. & cæteri scribentes ad ipsam Bullam.

Nec obstãt modo adducta *per Milan.* & primò, quod subiugatio subsistit super Baronia, & contractus non est nullus, & opus est reuocatione, quo casu, qui detinet tenetur ex forma pragmaticæ: nam etsi prædicta vera sint, non potest ex hoc induci, quod Baro non possit principaliter petere, quod declaretur subiugationes non afficere, prout contrariũ tam de iure communi, quam ex dispositione Regiæ Pragmaticæ supra probatum est; ergo est casus omissus habens diuersam ra-
12 tionem: nam ideò pragmatica prohibet exceptiones, quia exceptio est præiudicialis, actio vero non; & ratio rationis est, quia exceptio est summaria, & retardaret executionem, actio est ordinaria, & nõ retardat, vt dixit *Bal. in l.* 1.

l.1.num.3.C.ne lic.terti.prouoc.& Aret. conſ.75. & iſto caſu ſtante diuerſitate rationis, cui prohibe-
13 tur exceptio, non prohibetur actio, vt declarant *Dec.& Cagnol. in l. inuitus, §. & cui damus, ff. de reg.iur. & Imol.in c. debitores, nu. 3.de iureiur.* qui affirmat nõ procedere regulam, cui datur actio, datur exceptio, & è conuerſo ſi ſubeſt aliqua cauſa, quæ ſuadet denegare exceptionem, & non actionem; & pariter ſi agens per indirectũ perueniat ad id, quod eſt prohibitum, ſi habet aliquam æquitatem, vel iuſtam cauſam.
14 Nec obſtat, quod prohibito vno, prohibetur & id per quod peruenitur ad illud. *Bald. in rubr. C.qui admitt.* quẽ ad hoc allegat *Pariſ.ad Bar.in l.oratio. ff. de ſponſal.* nam ita demum prohibetur quis per indirectum peruenire ad id, quod prohibetur, quando eadem eſt ratio. *Alex.conſ.194.nu. 14.lib.2.* Sed diuerſa eſt ratio actionis, & exceptionis: ergo denegata exceptione, non denegatur actio, cũ ſubſiſtat cauſa magis repellẽs exceptionẽ, quã actionem.

Nec verba conſiderata per *Milan. nu.23.* obſtant, ſed prædicta confirmare videntur, dum dicit,
15 quod illa verba in pragmatica *(tamquam res iudicatas nulla prouocatione ſuſpenſas executionẽ habere)* ſignificant, quod idem ſit, quod res iudicata, aduerſus quã non admittuntur exceptiones in eius executione, ac etiam illa verba, *(quæ quidem executio nullo nullitatis obiectu retardari poſſit)* nam prædicta verba non negant prouocationem, & remediũ aduerſus ſententiam, nec obiectum nullitatis, quando poteſt obijci principaliter, & excipiendo, ſed prohibent ſuſpẽſionem per prouocationem, & retardationem executionis fortè cauſatæ, & ob id Conſiſtorium addidit illa verba *(ita quod non impediatur executio)* vt dictum eſt ſupra in principio.

16 Minus reſiſtit, quod obſtabat pactum de nõ opponendo, quod continebat pactum de non præueniendo adiectũ in contractu ſubiugatorio, quod pactum etſi ſit perſonale, tamen tranſit cõtra tertium, dum detinet; hinc eius bona vendũtur ad diſcurſum ex forma Pragmaticæ: nam reſponſum fuit, quod hoc de iure non eſt verum, vt ſupra probatũ fuit, quantum ad Pragmaticam, nec etiam probatur, quod tranſit iſtud pactum, ſed tantũ executio permittitur, & contra tertium eo modo, quo contra principalem permitteretur, & fit executio cum omnibus pactis in cõtractu inhærentibus, quia hoc permittit Pragmatica; ſed quod pactum de non opponendo, quod continet pactum de non præueniendo tranſeat, hoc de iure non probatur, nec ex verbis Pragmaticæ, & in caſu iſto non agebatur de impedienda executione, nec minus, quod non fieret executio cum omnibus pactis in contractu adiectis, ſed petebatur id, quod Pragmatica non prohibet, etſi voluiſ-

set, prohibuisset, prout fecit ibi *(non audiatur appellans, recurrens, vel appellans)* & hoc est quid diuersum, separatum, & omissum à Pragmatica, videlicet, agere ad rescindendum contractum, per viam principalis petitionis.

Item non obstabat, quod dictum fuit, quod quando contractus est nullus, auditur quis etiã stante pacto de non opponendo, & iuraméto; secus in rescissione, quia prius soluere debet, vt dictum est in decis. praeceden. nam hæc procedunt inter contrahentes, secùs verò quo ad tertiũ, quia
17 auditur etiam in rescissione, ex quo ei nõ obstat pactum de non opponendo, nec iuramẽtum, nec Pragmatica, vt dictum est.

Postremò non obstabat, quod
18 causata executione petitio resoluitur in vim exceptionis, & ideò incipit obstare Pragmatica, & sic in illo iudicio, quod stat in vim exceptionis non deberet procedi, & consequenter non deberet audiri, vt post *Aret. dicit Dec. in cap. in præsentia, not. 3. & 4. de probat. Socin. consil. 94. nu. 6. vol. 3. Vinc. de Franch. decis. 385. & Milan. d. decis. 7. nu. 36.* nam respondebatur, quod argumentũ prædictum procederet si fuisset propo
19 sita petitio, iuxta terminos *l. diffamari. C. de ingen. & manumis.* videlicet, quòd agat, aut perpetuũ imponatur silentiũ, quia tũc proposita petitione, resoluitur in vim exceptionis; secus q̃n proponitur aliquid pronunciari super aliquo iure, tũc in istis terminis, *l. si contendat* non resoluitur petitio in vim exceptionis, sed dicitur præuẽta iurisdictio, & coram hoc Iudice causa agitatur, etiam quod reus duos habeat Iudices, & tamen si resolueretur in vim exceptionis, nec daretur præuentio, & posset conueniri coram eo, vbi proposuit actionem actor, & ibi traheretur causa, quod negat *Soc. in cons. 41. nu. 4. & 5. lib. 1. & in cap. proposuisti, de for. comp. faciendo differentiam inter terminos, l. si contendat*, & terminos *l. diffamari*, & ita sentit expressè *Vincen. de Franch. d. decis. 385. nu. 2.* vbi sequitur doctrinam *Soci. & tamen per Milan.* allegatur in contrarium, quod est mirandum.

Item respondebatur, quod tũc proposita actione per actorem, re
20 soluitur petitio rei in vim petitionis, q̃n vnus libellus sufficit p̃ vtroque, & quia secũdus libellus est præiudicialis ad primũ, debet in primo supersederi, & sufficit reo, quod sibi sit consultum per viam exceptionis: sed si reus per viam agendi contrario libello intendit aliquid consequi, quod sub defensione, & exceptione nõ includebatur, & tunc indistinctè admittitur cõtrarius libellus, ita in his terminis declarat *Franc. in c. dilecto, nu. 53. de appell. & Præpos. nu. 48.* sed sic est, quod reus excipiendo nõ consequitur exceptionẽ, & absolutionem pro futuris cathamenis, quinimò ex
21 ceptio rei iudicatę in vno cathameno non obstat in alio, vt per *Imo. cons. 130. Io. Aloys. de Sept. & ali;*

alijs super Bulla. ergo admittenda erat petitio per quam reus satis plus consequitur, quam includeretur in exceptione, quia non sumus in terminis, quo petitio resoluitur, sed durat.

Hinc dicebat D. aduocatus in causa Don Ioseph de Neapoli nunc meritissimus Regius Consiliarius, quod quando petitio continet diuersam rem, tunc non re-
22 soluitur in vim exceptionis, vt sunt termini *l. inter me & te, ff. de excep. rei iudic. vbi Doct.* omnes, & declarat *Bald. notabiliter in d. cons.* 187. *lib.* 1. vbi subtiliter tractat materiam, an si quis excipit, possit interim agere, & *nu.* 5. subdit, aliqn̄ reus vult sibi aliquid adiudicari, vel fieri, & non potest consequi per solum exceptionis obiectum, & tunc non prohibetur excipiendo intentionem actoris negare ad actorem repellendum, & nihilominus interim agere ad pleniorem effectum consequendum, & maximè quod anti-
23 qui Doct. nostri exceptionem istā per Barones factam admittebant in prima instantia, & ita inuenio allegasse, & obtinuisse *Bongior. in lib. 2. allodial. alleg.* 4. & adnotarūt super Bulla multi Doct. quos remissiuè cumulaui *ad Petr. de Greg. super Bulla.* 5. *num.* 154. & consequenter non videbatur deneganda audientia illi, qui etiam excipiendo admitteretur, & secundum prædicta quotidie iudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, qui non possidet non tenetur soluere canones.*
Idem in censuario, num. 2. *Limita si eius culpa desijt possidere, nu.* 3.
Et quando hoc erit, num. 4. 5. *Limita num.* 6.
7 *Dominium vtile, quando consolidatur cum directo.*
8 *Retractus non habet locum re perempta.*
9 *Retractus an habeat locum, si vsusfructus vendatur proprietario.*
10 *Retractus an habeat locum, si feudum renuntietur domino, pretio recepto.*
11 *Ius emphyteuticum non extinguitur, si dominium ad proprietariū peruenerit reuocabiliter.*
12 *Proprietas reuiuiscit, facta redemptione.*
13 *Hypotheca reuiuiscit, si resoluitur distractio facta creditori. Intellige num.* 14.
15 *Onus est pars pretij.*
16 *Persona loquentis an comprahendatur sub dispositione.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuta, an teneatur ad Canones decursos tempore quo proprietarius ex adiudicatione rem emphyteuticā possidebat?

DECISIO XV.

1 Emphyteuta, qui nō possidet, & p eo tēpore, quo possessionē nō habuit, nō tenetur Can. soluere per doctrinā *Bald. in l. solemnibus, C. de rei vēdic. Bar. in l. inter quos, §. dāni ātē fi. ff. de damn.*

damn. infect. Clar. in §. Emphyteu
sis, quæst.8. vers. sed quæro, num.5.
Corbol. de iur. emphyt. in tit. de
caus. priuat. ob non solut. cano. lim.
22. decis. Perus. 35. num. 8. Capic.
decis. 14. num. 21. Ludou. decis Lu
cens. 9. num. 23. & de censuario,
2 qui recognouit, scribit *Roman.*
cons. 417. in princip. Tiraq. in l. si
vnquam in verb. susceperit liberos
num. 106. C. de reuoc. don. & de
retract. ligno. §. 6. glo. 1. num. 8. &
§. 12. glo. 1. num. 10. in fin. opti-
mè *Couar. variar. resol. c. 7. num.*
5. & seq. & licet secundum præ-
dictos ista conclusio non proce-
3 deret, quando emphyteuta, vel
censuarius sua culpa defectu, vel
dolo desineret possidere, prout
4 quando contractum iuratum nõ
adimpleuerit, & promissa non
obseruarit, vel debitum non exol
uerit, vt latè *Mascard. concl. 531.*
num. 24. 38. & 119. Menoch. post
alios relatos præsumpt. 3. num. 63.
cum seq. vel quando ob non solu-
tum Canonem passus fuerit adiu-
5 dicationem rei emphyteuticæ, se-
cundum *Alex. cons. 11. maximè*
ad fin. lib. 5. quem refert & sequi-
tur *Corbol. in d. tit. limit. 22. num.*
211. & lim. 24. num. 2. vbi alios
cumulat, tamen hoc locum habe-
re posset, quando adiudicatio fie-
6 ret tertiæ personæ, non autem,
quando ex adiudicatione res em-
phyteutica perueniret ad ipsum-
met proprietarium, & directum
dominũ, prout erat casus de quo
agebatur, quia tunc ius emphy-
teuticum est pœnitus extinctum,
& procedit, siuè ex causa necessa-
ria, siuè ex causa voluntaria, siuè
iure dominij, siue iure creditoris
ad ipsum peruenisset, nam conso-
7 lidatur vtile dominium cum dire
cto, sicuti quãdo vsusfructus ven-
ditur proprietario, *ad tex. in §. fi.*
institu. de vsufru. Item sicut quan-
do dominus seruitutis acquirit
rem *ad text. in l. si tibi homo, §. fin.*
de leg. 1. & in puncto decidit *Bal.*
in cons. 300. num. 5. lib. 4. quem
refert, & sequitur in proposito
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 3.
num. 2. vbi ex hoc infert, quod
non potest habere locum retra-
8 ctus re perempta, & iterum *Ti-*
raq. d. §. 1. glo. 7. num. 59. in quæ-
9 stione, an retractus habeat locum
si vsusfructus vendatur proprieta-
rio, post Ferron. ibi per eum rela
tum, & iterum *Tiraq. d. §. 1. glo.*
14. num. 111. in quæstione an re
10 tractus habeat locum, si feudum,
vel emphyteusis per emphyteu-
tam, vel feudatarium renuntietur
domino, pretio accepto, & alle-
gat *Bald. & Mansuet. quidquid di*
cat Bero. accurate intellectus cons.
84. num. 47. vers. nec obstat, &
cons. 204. num. 44. in fin. lib. 1. ad
not. per Doct. in l. Neque pignus, ff.
de reg. iur.

Nec obstabat dicere, quod in
casu isto res emphyteutica, & eius
dominium peruenerat ad propri
tarium reuocabiliter stante facul
tate redimendi infra quadrime-
stre iuxta formam Ritus, quo ca-
su ius emphyteuticum non pote-
rat dici extinctum vt declarant
11 *Dec. Cagnol. & Manier. in d. l. ne-*
que pignus, Crauett. cons. 445. nu-

mero

mero 42. 43. & 44. Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. glo. 1. num. 10. cum seq. & de retract. lignag. §. 20. glo. 1. num. 4. & 5. Ceph. cons. 408. num. 44. & seq. Marcabrum. diffusè in cons. 29. à num. 19. vsque ad fin, & maximè à num. 121. & seq. Corbol. in tit. de iur. priuat. ob non solu. cano. ampl. 34. num. 3. & alijs dixi in decis. 39. quia facta redēptione, & reuocato dominio, ipsa proprietas, & ius emphyteu-
12 ticum reuiuiscit secundum prædictos, & alios quos cumulat *Surd. in decis. 51. & decis. 266.* & est communis limitatio ad illam reg. neque pignus, sicut dicitur in re pignorata, quæ si distrahitur creditori, vel venditur, quamuis per illam venditionem videatur
13 resoluta hypotheca, si deinde resoluitur venditio, vel ex natura contractus, vel ex eademmet conuentione, seu lege, vel aliquo iure, tamen res distracta reincidit in eandem hypothecam prout erat ante venditionem, & distractionem rei pignoratæ *ad text. in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypo. solui. vbi Doct. Milan. decis. 9. sub num. 44. cum seq. lib. 2. Salic. in l. sicut, §. superuacuum, ff. eod. Vincen. de Franc. post Fan, & alios latè decis. 64. num. 6. cum seq.*

Nam respondebatur, quod ta-
14 lis reuiuiscentia operatur de cętero, & ab inde in antea post factam redēptionē, secùs vero quo ad cēsus, qui medio tempore cucurrerunt, vel currere poterant, dum redemtio non fuit facta, sed emphyteusis erat consolidata, extincta, & demortua, aut verius dormiuit, de quibus in casu isto agebatur; & ratio est, quia lex voluit, quod reuocato dominio pignus reuiuiscat, ne creditor remaneret in damno, & cum iactura, sed semper haberet recompensationem æquiualentem, prout est quando proprietarius possidet rem emphyteuticam, quia licèt non consequatur Canones, tamen percipit fructus ipsius rei emphyteuticæ, prout hic factum fuerat, quia proprietarius de bonis adiudicatis perceperat fructus, qui vltra dimidiam superabant ius canonis, vt in facto probatum erat, & tamen res emphyteutica solet plus reddere emolumenti, quam canones ipsi, cum res detur ad meliorandum, & meliorata efficiatur vtilior.

Accedebat prędictis, quod adiudicatio ista facta fuerat expressè cum oneribus proprietariorū, & vtilium dominorum, si & quatenus de iure deberentur, & onus
15 istud est pars pretij *ad text. in l. fundi partem, ff. de contraben. emptio.* & maximè quia res adiudicata erat valoris scutorum duorum millium, & distracta fuerat pro scutis quadraginta, & sic videbatur sibi ipsi soluisse ex accollatione oneris emphyteutici sibi debiti, & clausula illa (*si & quatenus*) nihil operatur, quando onus esset debitum, quia purificatur, & comprehenditur, conditione ipsa purificata.

16 Nec obstabat dicere, quod persona loquentis non comprehendatur

datur in generali sermone, & dispositione *ad tex. in l. inquisitio, C. de solut. cap. quisquis de præben. Gozad. conf. 70. num. 14. & cõs. 101. num. 20. Ruin. conf. 137. nu. 13. vol. 2.* quia respondebatur, quod hoc locum haberet, quãdo dispositio procederet gratuitò, secùs autem si ex titulo oneroso. *Cin. Alber. & Salic. in d. l. inquisitio. Bar. in l. 1. ff. de Senator. Gabr. de verbor. significat. conclus. 9. numero 5.*

Et secundum prædicta ego iudicaui solus ex commissione Excellentiæ Suæ de mense Nouembris. 1598. pro Vincentio Mirabella, contra Hieronymum Cangelosi, vti Iudex Vrbis, & fuit de mense Martij sequentis confirmata interloquutoria prædicta, & impositum perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedit dilationem debitoribus. Amplia in debitis iuratis stante consuetudine. num. 2.*
3 *Princeps non potest tollere iuramẽtum, sed tãtum debilitare eius vires ad tempus.*
4 *Dilatione pendente, an currat interesse. Et quid in dilatione concessa à creditore. num. 5.*
6 *Mora vbi non datur, ibi nec vsuræ competunt.*
7 *Interesse quantiplurimi, quãdo currat.*
8 *Interesse quantiplurimi currit vsque ad sententiam, & eius exequutionem. num. 9.*
10 *Pecunia non parit pecuniam.*
11 *Petrum subrogatur loco rei venditæ.*
12 *Interesse non potest peti post causatam exequutionem.*

ARGVMENTVM.

Dilatione pendente à Principe concessa, an currant vsuræ?

DECISIO XVI.

1 PRinceps cõcedere potest debitoribus dilationem ad soluendum, vt est *tex. expressus in l. 2. & l. vniuersa, C. de prec. Imperat. offeren. & tex. in cap. vniuersa 25. q. 2. Cuchus in d. l. 2. num. 14. Rebuff. de liter. dilat. & annal. in prin. Lancello. Corrad. in templ. omni. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. de Imperatore, vers. debitoribus dilationem indulget, num. 1. Muscatel. in pract. ciuil. par. 4. in gl. fi. in verb. petendo, num. 3. Surd. de alim. tit. 8. priui. 70. num. 1. Petr. Antoni. de Petr. Menoch. cõs. 144. num. 12. volum. 3. Thes. decis. 186. nu. 13. D. Caro. de Grassa in suo delictis. tract. de exceptio. except. 32. num. 12. & dixi in meo Commenta. ad Indult. cap. 46. num. 1.* vbi eam ampliaui etiam in debitis iuratis stante consuetudine in Re-
2 gno recepta, de qua etiam testatur *idem de Graff. in loco praalleg. num. 17. & 20. Boer. decis. 296. num. 5.* vbi testatur de consuetudine Aquitaniæ, *Dec. conf. 352. in fine,*

fine; subdens, quod de hoc non est dubitandum in terris concedentium istas dilationes, *Carouit. super Rit.287.nu.9.* vbi ait, quod ita seruatur in Regno Neapolitano, & de Consuetudine totius Italiæ. refert *Cu bus d.n.14.Cagno.in l.2 C.de pact.inte.empt.et vedit. Surd. cons.299.n.15.lib.2.* Et prædicta consuetudo videtur cōfirmari ex
3 eo, quia licèt Princeps non possit tollere iuramentum, aut super eo dispensare, tamen potest differre, & debilitare ad tempus vires eius & tunc valet eius cōcessio, & prouisio, secundum *Fel.in cap.constitutus,n.8.vers.Considera secūdo de rescrip. Alex.cons.38.vol.3. Muscat. in loco præallega.num.14.& Surd. d.cons.299.n.17.& in dicto ca.46.* varias ad hoc adduxi ampliationes, & limitationes. Fuit tamen in Consistorio dubitatum, an pendēte tali dilatione currat interesse,
4 *& Salic. omnium melius in l.quoties,num.3.C. de prec. Impera.offeren.* formauit hanc quęstionem, & distinguit, quod aut hoc est expressum in dilatione, & currunt vsurę; aut verò non est expressum, & tunc aut ante currebant vsuræ, aut non, si currebant, & tunc adhuc currere intra dilationem, ne Principis rescriptum taliter inter pretetur, quod dispendium afferat creditori in iure iam quæsito; vbi autem prius cucurrissent vsuræ, hec nunc inciperent, quia ex morą non possunt incipere deberi, quæ non potest committi stante dilatione prędicta, & ad hoc *Salic.ipse allegat tex.in l.fin.C. de v-sur.rei in dic.idem dixit Paul.de Castr.in d.l.quoties,nu.3.* vbi se refert ad prædictam distinctionem, & quod hæc sit vera distinctio (reiecta distin. *Alber.quē sequitur Boer. in decis.296.ante nu.6.*) dixit *Vrsil. ad Affl.in decis.5.nu.4.Marc. Anton.Cucbius in tract.de morato. præscrip. num.148. tract. tom.17. Cagnol.in d.l.2.num.144.C.de pact.inter empto.& vendi. Lancellot.Corrad.in templ.omni.iudic. in verb.debitoribus dilationem indulget, q.23. num.10.fol.mihi 87.quos omnes sequutus fui in d.cap.46.ad Indul.nu.22.* quidquid in dilatione concessa per creditorem in contrarium 5
dixerint *Caualca.decis.2.nu.27.& seq.par.2.& decis.22.num.5.par.4.* post multos alios per eum relatos. *D.Ioann.Franc.de Pont.cons.2. nu.120.cum seq.* quam ego veram esse sententiā arbitror ex eo, quod
6 vbi non datur mora, ibi dari non possunt vsuræ, vt dixerunt *Iacob. de Rauen.Din.Cin.& Alberic. in d. l.quoties,& post infinitos relatos Caualc.in locis præallegatis*, & faciunt notata per *Surd. in decis.260.& 262.* Et propterea dicebatur pro parte Donnæ Margaritæ del Carreto actricis, quod habebat distinctionem *Salic.* pro se: nam interesse pro quo fuerat ad eius instantiam causata exequutio inceperat currere ante dilationem conuento ab Excellentissimo Prorege ob consignationem frumentorum, non factam in oneratorio publico iuxta formam contra-
7 ctus; & licet sit interesse quantiplurimi, tamen semper creuerat

3 tem-

à tempore moræ citra vsq; ad sententiam, prout dixit *Bart. in l. vinū nu. 3. Dec. num. 4. & Cagnol. num. 35. ff. si cert. petat. glo. in l. in hac, ff. de condit. tributa. Rota Ianuen. decis. 144. nu. 5. & est melior gl. in l. 1. in verbo. agitur, ff. de actio. empt. & in l. exempto, §. fin. in verb. satis autem, eod. titu.* vbi habetur, quod si ex eo, quod fuit in mora tradendi ante litem contestatam interest

8 mea in quinque, quod totum hoc interesse peti potest, & facit *text. in l. si sterilis, §. cum per venditorem ff. de actio. empt. ibi (nec enim fit maior obligatio, quod tardius agitur, &c.)* & lucrum, & interesse replicatur contra morosum, vt dixit *Bursat. cons. 68. num. 42. Cagnol. in l. vnica, num. 45. & 46. C. de senten. qua pro eo.* nam interesse eatenus currit, quatenus durat mora. *Sur. decis. 262. n. 7.* & dicitur crescere non solum vsque ad sententiam,

9 sed etiam post, vsque ad eius exequutionem, quando interesse debetur iure actionis, vt dixit *Barto. in l. 3. §. in hac, nu. 8. 9. & 17. ff. com moda. Paris. cons. 87. nu. 19. & 20. lib. 4. Capic. decis. 19. num. 9. & Bolognett. in d. l. vinum, ff. si cert. petat.* nam contra morosum attendi debet maius pretium etiam si modico tempore durauerit, vel fuerit carastiæ. *Alex. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. Dec. in d. l. vinum, num. 4. Cagnol. ibidem num. 36. Rot. Ianue. d. decis. 144. num. 6. & 7.* & maximè quia interesse prædictum de quo in præsenti causa agebatur fuerat taxatum per Regiam Pragm.

His discussis Consistoriū determinauit distinctiorem Salic. esse veram, & ob id iudicauit exequutionem procedere debere de mense Iunij 1603. Sed ego non interueni in decisione prædictæ causæ, quia eram absens ab Vrbe missus per Regnum ab Excellentissimo Prorege pro seruitio Regio, nam etsi prædicta vera esse existimauerim, tamen ex alio contrarium sentiebam, quia in facto constabat, quod ista Donna Margarita interesse prædictum quanti plurimi, quod debebatur ratione frumentorum non consignatorum liquidauerat ad vntias 1026. & sic voluit fieri creditrix in pecunia, cuius vigore exequutionem exercuerat in dicta summa contra Baronem conuentum, quo casu videbatur illud non deberi, quia pe

10 cunia non parit pecuniam, *l. rogasti, §. si tibi, ff. de reb. credi. & ibi Doct.*

Nec obstabat id quod ex aduerso dictum fuerat, quod isto ca

11 su petendo pretium videtur petere rem ipsam tamquam eius loco subrogatā, *ad text. vbi notāt Doct. in l. iure, ff de condit. furti. Soc. in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. peta. Cagnol. in l. vinum, num. 30. ff. eod. optimè Paul. Castr. in l. 1. num. 2. vers. solue emptor, C. de actio. empt.* nam respōdebatur, quod prædicti Doct. tractant materiam satis diuersam à terminis prædictis, videlicet an creditor rei possit petere pretium, an vero rem ipsam; & pro ratione dubitandi dicunt supradicta, sed postea contrarium con-

concludunt vt per *Cagnol.* in prædicto loco, vers. sed hoc à veritate alienum est; Item non dicunt, quod videtur petere rē; sed quod videatur; & sic non propriè, sed fictione legis, qa in effectu est petitio pecuniæ, quæ non parit pecuniam; & ratio est, quia ex forma contractus istud interesse quā tiplurimi non debetur, nisi pro vnica tantum vice, pro qua ista Dōna Margarita exequutionem exercuerat in pecunia; quod secùs esset dicendum, quando exequutio fuisset causata in frumentis: nam tunc illud interesse maioris valoris deberetur vsque ad diem effectiuæ solutionis, *ad not. per Rot. Ianuen. d. decis.* 144. & alios ex aduerso allegatos. Sed in casu proposito vna semel, quod prædictū creditum fuit petitum in pecunia, & mutato genere ad speciem, quod exinde fuit solutum sublato suo principali, interesse tāquā accessorium nullo iure deberi poterat, ad tradita *per Rot. Ianuen. in decis.61. num.1.* & maximè quia post causatam exequutionem in-
12 teresse peti non poterat, vt dixit *Bart. in d.l.3. §. in hac ff. commod. Dec. in l. vinum, vbi Bolognet latè & præsertim num.66. cum seq. Roder. Xuar. in l. post rem iudicatam vers. quæritur, fol. mihi 725. qui post Bart. & alios* loquitur interesse quantiplurimi, quod venit iure actionis ex contractu, & instrumento, & concludit, quod æstimatio quantiplurimi currit vsq; ad exequutionem contractus, & taxatio facta per Regiā Pragmaticam non obstabat, quia facta fuerat pro debitoribus in frumentis, non autem in pecunia. Postremo accedebat in causa prædicta, quod ista D. Margarita habuerat pro dicta consignatione frumentorum nō facta interesse valde excessiuum, quia frumenta, quæ ipsa dederat conuento ad renouandum, ob eorum malam qualitatem fuerant vendita ad tarenos triginta duos pro qualibet salma, & tamen liquidatæ fuerant posteà ad tarenos sexaginta quatuor; Audiui, quod posteà conuentus iste fuit per Iudices delegatos absolutus, prout in M. R. C. contrario imperio iudicatum fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Dominus rei an possit cogi ad vendendum tempore necessitatis, maxime soluto pretio, num.8.*

Amplia in Clerico, & Ecclesia num.2.

Item in Episcopo, num.3.

Item si res venditioni fuisset exposita, num.4. Item stante priuilegio, num.5.

6 *Ciues de vniuersitate, quando pro ea testificari possint? Quid in probanda consuetudine pro vniuersitate, num.7.*

9 *Iustum pretium, an dicatur constitutum à magistratibus, num.13.14.*

Quid in frumento extero, num.10. & 11.12. & 31.

15 *Pretium loci destinati, quando attendum, & num.16. & 17.*

Contra

Contra num. 18.20.23.51.

19 *Res tanti valet, quanti vendi potest.*

21 *Violentia aequiparatur mora.*

22 *Protestatio quando fieri debeat à domino rei.*

24 *Ciuitas non potest statuere pretiū. Quid stante necessitate. num. 26. 32.33.*

25 *Decretata, quando sit conformis petitioni.*

27 *Necessitas dicitur, si consistat in re, & pecunia.*

28 *Forensis non potest cogi ad vendendum, etiam stante priuilegio. numero 29.*

Limita num. 34.

30 *Pretium tempore necessitatis non debet restringi.*

35 *Clerici tempore necessitatis an teneantur vendere pretio statuto per Pragm.*

36 *Princeps statuere potest pretium non subdito ratione rei sitae in eius territorio. Limita num. 37. 39.41.42.*

38 *Princeps in mari non habet nisi iurisdictionem.*

40 *Forensis per transitum non tenetur soluere gabellam.*

43 *Pretium constitutum per bannum, an possit reuocari respectu forensium.*

44 *Officialis an possit acquirere praemium promissum capienti bannitum.*

45 *Appellatione frumentorum venit omne bladum.*

46 *Pretium in emptione, & venditione potest subsequi, & potest certificari arbitrio Iudicis, num. 47.*

48 *Venditor ex tractatu, & commissione data ad emendum an teneatur ad interesse.*

49 *Pretium oblatum debet solui ab eo, qui petit praelationem, nisi constiterit de fraude, num. 50. & referuntur plures casus.*

ARGVMENTVM.

Venditor an cogatur inuitus vendere rem suam tempore necessitatis? & quid stante statuto & an procedat in forense? pretium iustum an dicatur quanti res valebat in loco destinato?

DECISIO XVII.



IN anno 1591. tempore quo per totam Italiam maxima vigebat frumētorum penuria, cum Messanam binae naues granis onustae, maxima ventorum tempestate praeuentiappulissent, de mandato D D. Iuratorum per vim captae, & exoneratae fuerunt, dictisque, granis 1 congregato consilio in scutis octo singula salma pretium fuit cōstitutum, de quo maximè conquerentes D D. Luchini mercatores Bononienses, & domini dictorum germanorum petierunt coram Iudicibus Curiae Straticotialis ipsius Ciuitatis Syndicum, & Iuratos praedictos dicto nomine condemnandos esse ad pretium quātiplurimi vendi potuissent grana praedicta iuxta locum destinatum,

tum,vnà cum damnis oĩbus, & in teresse ob retardatam solutionẽ, à quorum petitione fuit Ciuitas prædicta per d. Curiam absoluta, inde per Curiam appellationis in totum condemnata, & demum per M. R. C. condemnata ad soluendum pretium dictorum granorum, seu siliginum ablatorum ad rationem scutorũ quindecim singula salma. Causa deuoluta ad Tribunal consistorij via appellationis ab vtraque parte dicebatur pro Syndico, & Iuratis prædictis, quod data penuria licitum ipsis fuerat pro ciuium subuentione victualiã quæcunque capere, illudque ad vendendum cogere possessores quoscunque, ad tex.
1 vbi notant commu. Doct. *in l. 1. C. de Episcop. audien. cap. 1. de emptio. & vendit. de communi testatur Affl. in proœ. const. q. 3. num. 8. late Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 14. num. 3. post Bar. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfec. vrb. Rol. consi. 62. vol. 2. de Graff. in decis. aur. casu. conscien. lib. 2. cap. 112. num. 4. & 5. Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæst. 77. num. 6. Viui. lib. 3. com. opin. 26. num. 4.* & ita communiter dixerũt limitari *tex. in l. nec emere, C. de iur. deliber.* vbi habetur, quod nemo cogitur inuitus ad vendendum, quæ dispositio nedum laicos compræhendit,
2 sed etiam clericos quauis dignitate fungentes, imo Ecclesiam ipsã, vt in clerico loquitur *Vincen. de Franc. deci. 9. Viu. dec. 28.* in Episcopo respondet *Menoch. consi. 137.*
3 in Ecclesia determinat *Ioannes de Plat. in l. 1. C. vt nemini lice. li. 10. Francisc. Mart. decis. 542. parte 1. Anton. de Nigr. super Cap. Regni Neapol. in rub. de nõ emend. victual.*
4 *nu. 8.* Imò vbi res venditioni fuisset exposita (prout esse in casu isto dicebatur) cessante etiam inopia capi posset, & ad vendendum cogi posse rei dominũ, tradit *Ias. in d. l. nec emere, nu. 3. vers. sexto singulariter, C. de iur. deliber. Natt. cons. 11. & cõs. 435. nu. 20. Cappel. Tholosan. & ibi Aufre. decis. 446. latè Surd. de alim. tit. 7. priuileg. 94. nu. 5. & seq. Marti. Viui. & Couarr. in locis prceallegatis, & est glo. notab. in l. non enim, quam ibi notant Din. & Bar. ff. rer. amota.* nec à vendendo animum rethrahere potuisset rei dominus, vbi venditioni illã exposuisset, quãuis semel *Surd. cõs. 205. post Bart. in d. l. non enim, & Dec. in l. rogasti, ff. si cert. petat.* & maximè prædicta procedere videbantur in casu isto, in quo Messana ciuitas potuerat grana hęc capere ex speciali priuilegio à Dominis
5 Regibus eidem concesso in anno 1507. cõfirmato ab Inuictissimo olim Rege nostro Philippo II. *ita Ias. in d. l. nec emere, nu. 4. C. de iur. deliber. Bart. in l. si venditor, §. si cõstat, per illũ tex. ff. cõmu. prædior. & in l. Antiochensiũ, ff. de priuil. credi. & probat tex. in l. si emptione, §. omniũ, ff. de cõtrahen. emptio. Surd. post alios de alim. d. tit. 7. q. 94. n. 4.* quo priuilegio vsam fuisse Messanam data penuria deponebant nonnulli testes in processũ producti, qui,
6 licèt ciues essẽt Messanę ciuitatis, tamẽ quia interesse pertinebat ad

omnes in vniuerso, nō ad omnes, vt singulos, ideò plenè probabant vt dixit *glo. in l. in tantum, §. vniuersitatis, vbi Bart. & Doct. ff. quod cuiusque vniue. nomi.* & ex multis distinctionem hanc ex: rnat *Farinac. de opposit. contra person. testi. q. 60. Illat. 17. Mascard. de probat. conclus. 295. num. 14. & conclu. 318. & 1414. Surd. conf. 28. num. 41. Couar. pract. q. cap. 14.* & in probanda cōsuetudine ad fauo
7 rem vniuersitatis post *Felyn. Curt. Tiraq. & alios dixerunt Mascar. d. lib. 3. conclus. 1357. num. 60. Farinac. d. quæst. 60. illat. 17. num. 494.*
8 & maximè soluto iusto pretio, vt dictum est *ad tex. in l. si quis sepulchrū, in princi. ff. de relig. & sump. fune. Couarr. variar. resol. lib. 2. cap. 3. num. 5. & lib. 3. cap. 14. Suar. in Thes. recep. senten. verb. vendere, nu. 13. Aufrer. d. decis. 446. Menoch. conf. 137. num. 18. Surd. conf. 52. num. 48. post Salic. & alios in tracta. de alim. tit. 8. quæst. 94.* qui iustum pretium illud esse dicunt,
9 quod à magistratibus fuerat constitutum, vt in casu isto factum fuerat, & vltra prædictos dixerūt *Franc. Marti. d. decis. 542. Franc. Auiles in cap. 17. Prætorum, in verb. rationabiles pretios, nu. 1.* vbi latè *Anton. Sola super decret. subaud. tit. de censib. glo. 1. nu. 6. par. 3. Virgin. Boccac. de interdict. cap. 17. num. 203.* subdens frumentum exterū tanti vendi debere, quanti
10 ab administratore Ciuitatis statuitur esse vendendum, respicien do expensas, & labores apportan tium frumentum prædictū, prout etiam considerat *Couarr. d. num. 5. Fabia. de Mont. de emptio. & venditio. q. 3. princip. num. 39. Natt. conf. 11. num. 9.* quamuis minus esset, quanti res valeret. *Rip. de remed. ad conserua. vbert. num. 187. & 195. Viui. de magis communi li. 3. d. opin. 26.* quia data penuria
11 vilius pretium statui potest. *Barr. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offi. Præf. Vrb. in l. annonam, ff. de extraord. crimi. Natt. d. conf. 11. num. 12. Roland. d. conf. 80. num. 14. lib. 3. Ias. in d. l. nec emere, num. 3. C. de iur. de lib. Tiraq. in d. præf. num. 28. Couarr. d. cap. 3. nume. 5. Vincen. de Franch. d. decis. 9. Marti. decis. 450. num. 15. Minad. in constit. in aliquibus, num. 62. Decian. tract. crimin. tom. 2. cap. 22. num. 24.* in tan
12 tum quòd domini istorum frumē torum non potuerant excedere pretium statutum ab vniuersitate. *Aufrer. d. decis. 446. Surd. d. q.*
13 *94. num. 5.* Nec iustum rei pretium dici poterat quantum ab alio offeratur, vt dixit *Roland. in conf. 71. volu. 3. Gail. obserua. 56. lib. 2. & est glo. notab. in l. 2. C. de rescind. venditio.* vbi cum disputatur de decepto in pretio rei, nō attenditur quātum alii offerant, sed quanti iusto pretio res valet: nec similiter iustum dici poterat
14 quanti exteris res vendi potuisset, secundum *Menoch. Surd. Aufrer. & alios supra citatos Doct.* Item nec attendendum esse diceba
15 tur pretiū loci destinati, quia venditio aliqua in casu isto nō præcesserat, quo in casu fortè cōtrariū ꝓcederet. Accedebat his quia priuilegium

legium concessum Messanensibus non abstringebat venditores ad vendendum iure prælationis, prout dicitur in vicino, seu consanguineo, sed præcisè obligabat ad vendendum; & eo casu iustum dicitur pretium commune, & quanti res in loco communiter vendi
16 poterit, non autem id quod ab alijs fuerit oblatum, secundum distinctionem *Cuman. Castrens. Ang. & Iaf. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obli. Rip. in l. 1. in fin. ff. de priuileg. credit. quam sequnti sunt Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. numer. 3. & 4. Amad. de Pont. de laudim. quæstio. 13. col. 2. in fin. Iacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb. & cum pacto de non alienando, num. 36. Surd. consil. 205. in fin. Bursat. consf. 99. num. 16. Gabr. consf. 147. num. 2. Canalca. decis. 27. num. 63. verf. & isto casu, par. 3. Menoch. d. consf. 137. & in addit. ad Iaf. in l. inuitum, C. de contrahend. emptio. Couarr. d. cap. 14. num. 6. verf. quarto præmissa. Mexia de taxa panis, conclus. 5. num.*
17 113. & demum loci destinati pretium attendendum non esse, quia hoc esset petere lucrum incertum, & maximè stante distantia loci, quia multa poterant accidere antequam ad locum destinatum accessissent, *ad text. in l. quemadmodum, §. plane, ff. ad l. Aquil. vbi Doctores l. iactum retis, ff. de actio. empti. Natt. consil. 450. post alios refert de magis comm. Riminal. Iun. consil. 52. num. 42. consil. 815. num. 5. & 34. Bursat. consf. 68. Tiraq. de l. connub. gl. 1. n. 35.*

Sed in contrarium pro DD. Luchinis dictum fuit, præsupposito pro vero in facto, quod vigente in solitissima frumentorum penuria per totam Italiam, & præcisè in Ciuitate Bononiæ, precibus Illustrissimi Bononiensis Vicelegati, ac dominorum annonæ præfectorum, D. Vincentium de Luchinis mandasse per eius literas D. Bartholomæo, & Io. Baptistæ eius fratribus mercatorib. Colonię Agrippinæ, & Antuerpiæ, vt totam illã frumentorum, & siliginum quantitatem, (quæ per eos extrahi posset) emerent, & ad portum Codighoris, vel Volani transmitterẽt, nulla grauissimi pretij, & expensarum habita ratione, animo, & intentione ea apportandi in Ciuitatem Bononiæ, & hoc præcipuè intuitu pietatis erga patriam, quod que hoc à dictis fratribus formiter fuerit exequutum, & oneratæ naues prædictæ, quæ in trãsitu maris Adriatici vi ventorum, ac tempestatis, Messanensium vi fuerint translatæ in Farum dictæ Ciuitatis, ibique vt dictum fuit de mandato ipsiusmet Ciuitatis detentæ, & in eis positis custodijs hominũ armatorum, & velis ablatis dictæ siligines fuerunt exoneratæ ab hominibus electis dictæ Ciuitatis, & hoc reluctantibus patronis dictorum vassellorum; videbatur determinandum iustum, & verum pre-
18 tium dictarum siliginum esse iuxta locum designatæ consignationis, *vt dixit Ang. in l. fi. ff. de cond. triticar. & Alex. in l. vinum. 6. ff. si cert. peta.* qui ponit quęstionem de

vino in Marchia vendito, quod Ferrariæ dari debebat, si agatur ad rescissionem contractus remedio *l.2.C. de rescind. vendit.* quod attendi debeat æstimatio vini in loco Ferrariæ, vbi dari debebat, & author huius opinionis fuit *Cin. in d.l. vinum*, referens ita iudicatum, quem ibi sequuti fuere *Albe ric. in princip. Dec. nu.11. Iaf. nu.11. & Bologn. n.34.* quam esse communiter approbatã refert *ibi Cagnol. nu.7. in 4. notab. Oldrad. conf.168. Bald. consil. 395. numero 8. lib.2. Rot. Genuen. decis.117. idem Bolognett. in l. vnica, num.121. vers. quæritur, C. de senten. quæ pro eo*, & ex Theologis *Sotus lib.4. sentent. distinct.15. quæst.6. Gaetan. 2.2. quæstio.78. ar.2. Nauarr. in suo manual. cap.23. & in tracta. de vsur. nu.46.* & hanc esse communem sententiam omnium Theologorum testatur *Petr. Aragon. in tract. de iusti. & iur. quæst.77. art.1.* & ratio est, quia res, siue frumentum dicitur eius loci, ad quem destinatum est, vt tradit *text. in cap. in præsentia, §. porro, vbi Gemin. de præben. in 6. Crauett. consi.934. nu.14. lib.5. Alexand. consil.129. n.8. lib.7. Dec. consi.372. num.20.* & tanti res valere
19 dicitur quanti vẽdi potest, *ad tex. in l. si seruus. la 2. in fin. princip. ff. de condit. furti. & text. in l.2. & 3. C. si prop. publi. Alexand. in l.1. §. si hæres, num.2. ff. ad Trebellian. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss. 18. nu.4. & 7. Couarr. dicto cap.14. num.6. Surd. late consil.205. Mexia super pragma. taxæ panis in quinta conclus. dicto num.113. Boccac. in tracta. possessorij, cap.18. num.201. à Sola in constitut. Pedemont. tit. de feud. nu.4.* Et tantò fortiùs in casu isto, quia res deuenerat ad actum proximum, quo casu est habenda
20 ratio, ac si fuissent frumenta exonerata in loco destinato, secundũ *Bart. in l. inter cætera, §. fin. in vlt. cap. suæ distinctionis, ibi* (opus erat cœptum) *ff. de leg.1. Alexan. consi. 7. numero 6. libro 3. Rot. Genuen. decis.25. num. 8.* quæ loquitur in mercatore, qui extraxerat vinum animo extrahendi Venetias, *Salic. in d.l. vnica, numero 37. C. de sentẽt. quæ pro eo.* Et faciebat, quia violẽ
21 tia æquiparatur moræ, *ad textum in l. meritò, ff. de vi, et vi arma. Bart. in l. quod te, numero 11. ff. si cert. peta. Afflict. decisione 150. numero 4.* & mora fuit formalis, stantibus interpellationibus & protestationibus magistrorum nauium, *l. mora, ff. de vsur. cum simili.* quæ pro
22 testationes sufficiebant, licèt non fuerint factæ à dominis, *l. si quis solutionis mora, ff. de vsur. vbi Bald. Alex. Odofred. Angel. & Iaf. ibi nu. 5.* & consequenter data mora pretium dictarum siliginum esse deberet iuxta locum destinatum *ad*
23 *text. in l.3. §. si per venditores, ff. de actio. empt. & ibi Bartol. & Alberic. num.5. Doct. omnes in d. l. vinum, ff. si cert. peta.* & maximè prædicta omnia procedebãt, qa ostẽdebantur in processu plures sententiæ Tribunalis Reg. patrimonij, in quibus Messanenses, & aliæ personæ fuerant condemnati ad pretium loci destinati. Et ad contraria, in quibus re vera cõsistebat

tota

tota difficultas huius causæ, dictum fuit, quod licèt verum sit in casu publicæ necessitatis posse aliquem cogi ad vendendum, & tantò fortius in casu isto stante dicto speciali priuilegio Regis Ferdinādi, tamen non poterat aliquo mo-
24 do Ciuitas prædicta statuere pretium prædictum; tum quia hoc in decretata ipsius priuilegij non erat concessum, cum de pluribus facta fuerit petitio & responsio
25 circa aliquas tantum, vt dixit *Abb. in cap. 2. de treu. & pace, & ibi Doct. Alexand. consil. 136. num. 4. lib. 2. Paris. consi. 23. num. 119. li. 1.* cum etiam de iure *ad text. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, ff. ad legem Iul. de Canno. ibi (Item rescripserunt ius non esse ordini cuiuscunque Ciuitatis pretium grani, quod in*
26 *uehitur, statuere)* qui tex. procedit etiam data necessitate, vt in principio dictarum legum apparebat ibi *(Decuriones non teneri ad vendendum vilius, quam annona exigit, & ibi (quò annona carior fiat)* vnde dum subsequebatur *text. in d. §. item rescripserunt)* intelligendus erit iuxta terminos præcedentes; & sic data necessitate, quæ non solum consistere debet in victuali-
27 bus, sed etiam in pecunia, vt dixit *Couarr. d. cap. 3. sub numer. 5. in fin. lib. 3. limitando doctrinam Bart. in d. §. cura carnis, latè Boccat. de inter dict. cap. 18. num. 104. tom. 3. par. 1. Puteus decis. 82. num. 2. lib. 2. Item text. in d. l. 1. §. cura carnis, Bar. &* alij ex aduerso allegati procedebant iuxta terminos illius legis, nempe in victualibus, quæ sunt in foro, & exposita venditioni, vel saltem nata in territorio, vbi erāt vendenda, in quo casu posset procedere dispositio, *text. in d. §. cura carnis*, secus in victualibus, & fru-
28 mentis, quæ de foris apportarentur, & alibi essent nata, & vendenda, vt respondet, *gloss. in d. l. 1. §. cura carnis, in verb. suarum*, in vltima solutione, quæ approbatur etiam *à Bar. ibi* dum dixit, quod vltima solutio *glo. est bona. Ang. in l. si pendentes, §. quid si cloacarij, ff. de vsufruct. & in cons. 206. num. 1. Andr. de Isern. in proœm. constitut. in princ. vers. Itē quia in rebus ciuium; Petra-sanct. singul. vltim. numer. 30. inter sing. diuersor. Gomez. variarum resolut. tit. de emptio. & vendit. nu. 51. vers. secundus casus est. Natt. consil. 11. num. 2. 11. 12. & cons. 63. num. 6. Roland. consil. 1. nume. 77. lib. 2. Mōtan. de administr. vniuersi. prag. 2. num. 59. & num. 71.* & in terminis dixerunt idem *Ang. cons. 3 [illegible] nu. 1. 3. & 4. Bruner. in com[illegible] lut. in verbo, Princeps potest [illegible] fol. 158. Cephal. consil. 451. numero 326. & sequent. & numer. 292. lib. 4. Iacob. de Graff. decisione aurea, titulo de emptio. & venditione, ca. 113. numero 4. lib. 2. Franciscus Auiles in dicto capit. 17. Prætorum, numer. 14. Decia. tract. crim. lib. 2. cap. 35.*
29 *nu. 5.* Et in priuilegio, quod non comprǣhendat frumenta alibi nata, *Bald. in cons. 458. nume. 2. lib. 2. Bertazo. consil. 54. nu. 8.* & ratio est, quia si frumentis, quæ de foris apportarētur, taxa hīc oneretur, vbi deberet oriri abundantia; sequeretur penuria contra oēs leges, quæ

 voluit,

volunt, quod tempore necessitatis alliciantur exteri ad vehenda cibaria modis omnibus, de quibus per *Rip. in tract. de post. cap. 4. num. 135. cum seq.* nam tempore necessitatis aduertendum est,
30 ne pretium restringatur, præsertim in forensibus, aliàs induceretur annonæ penuria, vt in puncto dixerunt *Fulgos. in d.l. si pendentes, §. conducti cloacarij, ff. de vsufr. Couarr. d. cap. 14. sub num. 3. Iacob. de Graff. decis. aurea, cap. 57. nu. 9. & 10. lib. 2. Bimi. cons. 115. num. 38. lib. 2. Scacc. de iudic. causa. crim. cap. 68. num. 9.* nam etiam quia pecuniam paratam detineri debere de publico ait *Bocac. de possess. d. cap. 18. num. 206. to. 3.*
31 *par. 1.* est verum, quod pretium iustũ taxari poterit, vt dixit *Bart. in d. §. item rescripserunt, Andr. de Isern. in prohem. constit. col. 1. vers. pretium non erit vilius, sed iustum. Franc. Mart. decis. 542. nu. 8. par. 1. Roland. cons. 71. num. 10. lib. 3. Guil. obserua. 56. nu. 8. lib. 2.* quod in casu isto attendendum esse iuxta locum destinatum dicebatur ex conclusione supraposita; & ma
32 ximè in casu, quo Ciuitas ipsa vult emere. *Salic. in l. 1. sub num. 2. C. de Episcop. audien. Lup. in l. curabit, §. 8. num. 169. & seq. de vsur. Mascard. de probat. concl. 1396. num. 40.* nam tunc ad iudicem spectabit. *Bar. in l. & si equo,*
33 *in fin. ff. de leg. 1. optime Roland. d. cons. 71. num. 14. lib. 3.* Item & alia melior ratio adducebatur, cur ciues teneantur ad vendendum victualia Ciuitati, non autem forenses, in casu publicæ necessitatis, quia hoc redundabat in eorum præsumptam vtilitatem: nam si hi vendere non cogerentur euidentissimũ damnum eis redderetur, quæ ratio in nõ subdito nullo modo adaptari poterat, vt à contrario sensu notatur; licèt forenses,
34 qui portarent mercaturas in aliquam Ciuitatem negotiationis causa cogi possent ad vendendũ tempore penuriæ, quia in illo loco videntur quasi contrahere. *Rebuff. in l. omnis, C. de aquaduct. lib. 11. Summa Siluest. in verb. emptio. num. 9. Boccac. in suo possess. d. cap. 18. num. 203.* in quibus terminis loquebãtur Doct. ex aduers. alleg. & præsertim Mexia de taxa panis.

Nec obstabat id, quod ex aduerso dictũ fuerat, quòd clerici quã-
35 uis nõ subditi tempore necessitatis teneantur vendere pretio viliori, secundum *Vincent. de Franch. d. decis. 9. Menoch. d. cons. 137. Molin. in tit. de contrac. disp. 364. Surd. cons. 301. volu. 3. cum alijs,* quia respondebatur, quod clerici sunt ciues, & in materia differenti compræhenduntur semper sub statuto, & quando leges tendunt ad pacem reipublicæ, teneantur his obedire; quibus rationibus moti fuerunt prædicti Doct. & ita respondet *Vulpell. de liberta. Ecclesiast. par. 2. num. 21.* qui est in fine libri, qui nouissimè est impressus de proposit. *D. Iacob. de Graff. decis. aurea, cap. 57. num. 14. lib. 2.* & licèt ratione rei sitæ in territorio, quia grana prædicta capta fuerant in portu Ciuitatis prædictæ,

possit

4 vt dixit Innoc. in cap. in literis, vbi Doct. communiter de restitutione spoliat. Felyn. in cap. cum olim, de maior. & obedi. vbi ait, quod præstatio
5 tio vocis est fructus canonicatus, & alios allegat Decian. respon. 8. num. 228. qui loquitur in fortioribus terminis, Petr. à Biax. in suo tract. electio. cap. 28. par. 1. vbi pro indubitato hoc firmat, Nicolaus Mil. in suo reperto. in verb. Canonicus cui collata est præbenda, vbi post alios dicit, quod licet Canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit, quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit
6 vocandus, ex quo eligere est fructus possessionis, non autem proprietatis; & in puncto, quod Baro, etsi non habeat titulum, sed habeat realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in par-
7 lamento, dixit D. Marchio Ioann. Franc. de Pont. in cons. 31. num. 17. & 19. subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sentẽtia cõtra possidentem, non retractentur
8 voces datæ, præsentationes factæ & similia, tamquã fructus ad possessorem legitimè spectantes, & allegat eundem Innocent. in cap. Cumana, colum. fin. de electio. vbi dum tradit, quod ad dominum spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi, quando nullus alius est in possessione; vel si sit quis in possessione, tamen mala fide, vnde dũ quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & facit suum possessor, ad text. in cap. consultationibus, extra de iur. patr. vbi Abb. & Butr. & idem dixerunt post multos quos allegant Thom. Zerol. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 55. num. 80. & seq. Menoch. consil. 90. à numero 116. cum seq. lib. 1.

Item faciebat, quia Domina Ba-
9 ronissa, seu verius eius procurator aliàs intrauerat in alio parlamento facto, ibique vocem dederat, & sic erat in possessione huius fructus vocis dandæ, vt considerat D. de Pont. d. conf. 31. nu. 20. & ideò tantum esset dicere, quòd D. Baronissa non intret in dicto parlamento, & suam vocem donet, quantum esset tollere suam possessionem, in qua ad præsens reperiebatur, quod de iure subsistere non poterat.

Nec obstabat, quod ratione inuestituræ non captæ poterat impediri ingressus in d. parlamento; nam dictum fuit, quod si agatur
10 de inuestitura capienda pro acquisitione dictæ Baroniæ ob emptionem factam à Don Fiderico de Moncada, olim Barone, & non tenebatur stãte dispositione Cap. Volentes, per quod omnia feuda effecta sunt alienabilia, & duo tantũ alternatiuè sibi Rex reseruauit, vel infra mensem præferri in dicta venditione, vel sibi decimam partem pretii deberi, vnde facta semel per Excell. suam, & Tribunal Regij Patrimonij electione de decima, & pro ea data dilatione ad soluendum infra sex menses relaxata tertia parte, & facta postmodum resolutione expeditis

volunt, quod tempore necessita-
tis alliciantur exteri ad vehenda
cibaria modis omnibus, de qui-
bus per *Rip. in tract. de post. cap.*
4. *num.* 135. *cum seq.* nam tempo
re necessitatis aduertendum est,
30 ne pretium restringatur, præser-
tim in forensibus, aliàs inducere-
tur annonæ penuria, vt in puncto
dixerunt *Fulgos. in d.l. si penden-
tes, §. conducti cloacarij, ff. de vsu-
fr. Couarr. d. cap.* 14. *sub num.* 3. *Ia-
cob. de Graff. decis. aurea, cap.* 57.
nu. 9. *&* 10. *lib.* 2. *Bimi. cons.* 115.
num. 38. *lib.* 2. *Scacc. de indic. cau-
sa. crim. cap.* 68. *num.* 9. nam etiam
quia pecuniam paratam detineri
debere de publico ait *Bocac. de
possess. d. cap.* 18. *num.* 206. *to.* 3.
31 *par.* 1. est verum, quod pretium
iustũ taxari poterit, vt dixit *Bart.
in d. §. item rescripserunt, Andr. de
Isern. in prohem. constit. col.* 1. *vers.
pretium non erit vilius, sed iustum.
Franc. Mart. decis.* 542. *nu.* 8. *par.*
1. *Roland. cons.* 71. *num.* 10. *lib.* 3.
[illegible] obseruat. 56. *nu.* 8. *lib.* 2. quod
[illegible] isto attendendum esse iux
ta locum destinatum dicebatur
ex conclusione suprapositâ; & ma
32 ximè in casu, quo Ciuitas ipsa
vult emere. *Salic. in l.* 1. *sub num.*
2. *C. de Episcop. audien. Lup. in l.
curabit, §.* 8. *num.* 169. *& seq. de
vsur. Mascard. de probat. concl.*
1396. *num.* 40. nam tunc ad iudi-
cem spectabit. *Bar. in l. & si equo,*
33 *in fin. ff. de leg.* 1. *optime Roland. d.
cons.* 71. *num.* 14. *lib.* 3. Item & alia
melior ratio adducebatur, cur
ciues teneantur ad vendendum vi-
ctualia Ciuitati, non autem foren
ses, in casu publicæ necessitatis,
quia hoc redundabat in eorum
præsumptam vtilitatem: nam si hi
vendere non cogerentur euiden-
tissimũ damnum eis redderetur,
quæ ratio in nõ subdito nullo mo
do adaptari poterat, vt à contra-
rio sensu notatur; licèt forenses,
34 qui portarent mercaturas in ali-
quam Ciuitatem negotiationis
causa cogi possent ad vendendũ
tempore penuriæ, quia in illo lo-
co videntur quasi contrahere. *Re
buff. in l. omnis, C. de aquaduct. lib.*
11. *Summa Siluest. in verb. emptio.
num.* 9. *Boccac. in suo possess. d. cap.*
18. *num.* 203. in quibus terminis
loquebãtur Doct. ex aduers. alleg.
& præsertim Mexia de taxa panis.

Nec obstabat id, quod ex aduer
so dictũ fuerat, quòd clerici quã-
35 uis nõ subditi tempore necessita
tis teneantur vendere pretio vi-
liori, secundum *Vincent. de Fran-
ch. d. decis.* 9. *Menoch. d. cons.* 137.
Molin. in tit. de contrac. disp. 364.
Surd. cons. 301. *volu.* 3. *cum alijs,*
quia respondebatur, quod cleri-
ci sunt ciues, & in materia diffe-
renti comprænhenduntur semper
sub statuto, & quando leges ten-
dunt ad pacem reipublicæ, tenen-
tur his obedire; quibus rationi-
bus moti fuerunt prædicti Doct.
& ita respondet *Vulpell. de liberta.
Ecclesiast. par.* 2. *num.* 21. qui est in
fine libri, qui nouissimè est impres
sus de proposit. *D. Iacob. de Graff.
decis. aurea, cap.* 57. *num.* 14. *lib.* 2.
& licèt ratione rei sitæ in territo-
rio, quia grana prædicta capta fue
rant in portu Ciuitatis prædictæ,
possit

4 vt dixit *Innoc. in cap. in literis, vbi Doct. communiter de restitutione spoliat. Felyn. in cap. cum olim, de maior. & obedi.* vbi ait, quod præsta-
5 tio vocis est fructus canonicatus, & alios allegat *Decian. respon. 8. num. 228.* qui loquitur in fortioribus terminis, *Petr. à Biax. in suo tract. electio. cap. 28. par. 1.* vbi pro indubitato hoc firmat, *Nicolaus Mil. in suo reperto. in verb.* Canonicus cui collata est præbenda, vbi post alios dicit, quod licet Canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit, quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit
6 vocandus, ex quo eligere est fructus possessionis, non autem proprietatis; & in puncto, quod Baro, etsi non habeat titulum, sed habeat realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in par-
7 lamento, dixit *D. Marchio Ioann. Franc. de Pont in conf. 31. num. 17. & 19.* subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sentētiā cōtra possidentem, non retractentur
8 voces datæ, præsentationes factæ & similia, tamquā fructus ad possessorem legitimè spectantes, & allegat eundem *Innocent. in cap. Cumana, colum. fin. de electio.* vbi dum tradit, quod ad dominum spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi, quando nullus alius est in possessione; vel si sit quis in possessione, tamen mala fide, vnde dū quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & facit suum possessor, *ad text. in cap. consultationibus, extra de iur. patr.* vbi *Abb. & Butr.* & idem dixerunt post multos quos allegant *Thom. Zerol. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 55. num. 80. & seq. Menoch. consil. 90. à numero 116. cum seq. lib. 1.*

Item faciebat, quia Domina Ba-
9 ronissa, seu verius eius procurator aliàs intrauerat in alio parlamento facto, ibique vocem dederat, & sic erat in possessione huius fructus vocis dandæ, vt considerat *D. de Pont. d. conf. 31. nu. 20.* & ideò tantum esset dicere, quòd D. Baronissa non intret in dicto parlamento, & suam vocem donet, quantum esset tollere suam possessionem, in qua ad præsens reperiebatur, quod de iure subsistere non poterat.

Nec obstabat, quod ratione inuestituræ non captæ poterat impediri ingressus in d. parlamento; nam dictum fuit, quod si agatur
10 de inuestitura capienda pro acquisitione dictæ Baroniæ ob emptionem factam à Don Fiderico de Moncada, olim Barone, & non tenebatur stāte dispositione Cap. Volentes, per quod omnia feuda effecta sunt alienabilia, & duo tantū alternatiuè sibi Rex reseruauit, vel infra mensem præferri in dicta venditione, vel sibi decimam partem pretii deberi, vnde facta semel per Excell. suam, & Tribunal Regij Patrimonij electione de decima, & pro ea data dilatione ad soluendum infra sex menses relaxata tertia parte, & facta postmodum resolutione expeditis

volunt, quod tempore necessita-
tis alliciantur exteri ad vehenda
cibaria modis omnibus, de qui-
bus per *Rip. in tract. de pest. cap.*
4. num. 135. cum seq. nam tempo
re necessitatis aduertendum est,
30 ne pretium restringatur, præser-
tim in forensibus, aliàs inducere-
tur annonæ penuria, vt in puncto
dixerunt *Fulgos. in d. l. si penden-*
tes, §. conducti cloacarij, ff. de vsu-
fr. Couarr. d. cap. 14. sub num. 3. Ia-
cob. de Graff. decis. aurea, cap. 57.
nu. 9. & 10. lib. 2. Bimi. cons. 115.
num. 38. lib. 2. Scacc. de indic. cau-
sa. crim. cap. 68. num. 9. nam etiam
quia pecuniam paratam detineri
debere de publico ait *Bocac. de*
possess. d. cap. 18. num. 206. to. 3.
31 *par. 1.* est verum, quod pretium
iustū taxari poterit, vt dixit *Bart.*
in d. §. item rescripserunt, Andr. de
Isern. in probem. constit. col. 1. vers.
pretium non erit vilius, sed iustum.
Franc. Mart. decis. 542. nu. 8. par.
1. Roland. cons. 71. num. 10. lib. 3.
[illegible] *obserua. 56. nu. 8. lib. 2.* quod
[illegible] isto attendendum esse iux
ta locum destinatum dicebatur
ex conclusione suprapo sita; & ma
32 ximè in casu, quo Ciuitas ipsa
vult emere. *Salic. in l. 1. sub num.*
2. C. de Episcop. audien. Lup. in l.
curabit, §. 8. num. 169. & seq. de
vsur. Mascard. de probat. concl.
1396. num. 40. nam tunc ad iudi-
cem spectabit. *Bar. in l. & si equo,*
33 *in fin. ff. de leg. 1. optime Roland. d.*
cons. 71. num. 14. lib. 3. Item & alia
melior ratio adducebatur, cur
ciues tenentur ad vendendum vi-
ctualia Ciuitati, non autem foren
ses, in casu publicæ necessitatis,
quia hoc redundabat in eorum
præsumptam vtilitatem: nam si hi
vendere non cogerentur euiden-
tissimū damnum eis redderetur,
quæ ratio in nō subdito nullo mo
do adaptari poterat, vt à contra-
rio sensu notatur; licèt forenses,
34 qui portarent mercaturas in ali-
quam Ciuitatem negotiationis
causa cogi possent ad vendendū
tempore penuriæ, quia in illo lo-
co videntur quasi contrahere. *Re*
buff. in l. omnis, C. de aqueduct. lib.
11. Summa Siluest. in verb. emptio.
num. 9. Boccac. in suo possess. d. cap.
18. num. 203. in quibus terminis
loquebātur Doct. ex aduers. alleg.
& præsertim Mexia de taxa panis.

Nec obstabat id, quod ex aduer
so dictū fuerat, quòd clerici quā-
35 uis nō subditi tempore necessita
tis teneantur vendere pretio vi-
liori, secundum *Vincent. de Fran-*
ch. d. decis. 9. Menoch. d. cons. 137.
Molin. in tit. de contrac. disp. 364.
Surd. cons. 301. volu. 3. cum alijs,
quia respondebatur, quod cleri-
ci sunt ciues, & in materia diffe-
renti comprænhenduntur semper
sub statuto, & quando leges ten-
dunt ad pacem reipublicæ, tenen-
tur his obedire; quibus rationi-
bus moti fuerunt prædicti Doct.
& ita respondet *Vulpell. de liberta.*
Ecclesiast. par. 2. num. 21. qui est in
fine libri, qui nouissimè est impres
sus de proposit. *D. Iacob. de Graff.*
decis. aurea, cap. 57. num. 14. lib. 2.
& licèt ratione rei sitæ in territo-
rio, quia grana prædicta capta fue
rant in portu Ciuitatis prædictæ,
possit

4 vt dixit *Innoc. in cap. in literis, vbi Doct. communiter de restitutione spoliat. Felyn. in cap. cum olim, de maior. & obedi.* vbi ait, quod præstatio
5 vocis est fructus canonicatus, & alios allegat *Decian. respon. 8. num. 228.* qui loquitur in fortioribus terminis, *Petr. à Biax. in suo tract. electio. cap. 28. par. 1.* vbi pro indubitato hoc firmat, *Nicolaus Mil. in suo reperto. in verb.* Canonicus cui collata est præbenda, vbi post alios dicit, quod licet Canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit, quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit
6 vocandus, ex quo eligere est fructus possessionis, non autem proprietatis; & in puncto, quod Baro, etsi non habeat titulum, sed habeat realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in par-
7 lamento, dixit *D. Marchio Ioann. Franc. de Pont. in consi. 31. num. 17. & 19.* subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sentẽtia cõtra possidentem, non retractentur
8 voces datæ, præsentationes factæ & similia, tamquã fructus ad possessorem legitimè spectantes, & allegat eundem *Innocent. in cap. Cumana, colum. fin. de electio.* vbi dum tradit, quod ad Dominum spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi, quando nullus alius est in possessione; vel si sit quis in possessione, tamen mala fide, vnde dũ quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & facit suum possessor, *ad text. in cap. consultationibus, extra de iur. patr. vbi Abb. & Butr.* & idem dixerunt post multos quos allegant *Thom. Zerol. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 55. num. 80. & seq. Menoch. consil. 90. à numero 116. cum seq. lib. 1.*

Item faciebat, quia Domina Ba-
9 ronissa, seu verius eius procurator aliàs intrauerat in alio parlamento facto, ibique vocem dederat, & sic erat in possessione huius fructus vocis dandæ, vt considerat *D. de Pont. d. consi. 31. nu. 20.* & ideò tantum esset dicere, quòd D. Baronissa non intret in dicto parlamento, & suam vocem donet, quantum esset tollere suam possessionem, in qua ad præsens reperiebatur, quod de iure subsistere non poterat.

Nec obstabat, quod ratione inuestituræ non captæ poterat impediri ingressus in d. parlamento; nam dictum fuit, quod si agatur
10 de inuestitura capienda pro acquisitione dictæ Baroniæ ob emptionem factam à Don Fiderico de Moncada, olim Barone, & non tenebatur stãte dispositione Cap. Volentes, per quod omnia feuda effecta sunt alienabilia, & duo tantũ alternatiuè sibi Rex reseruauit, vel infra mensem præferri in dicta venditione, vel sibi decimam partem pretii deberi, vnde facta semel per Excell. suam, & Tribunal Regij Patrimonij electione de decima, & pro ea data dilatione ad soluendum infra sex menses relaxata tertia parte, & facta postmodum resolutione expeditis

volunt, quod tempore necessitatis alliciantur exteri ad vehenda cibaria modis omnibus, de quibus per *Rip. in tract. de post. cap. 4. num. 135. cum seq.* nam tempore necessitatis aduertendum est,
30 ne pretium restringatur, præsertim in forensibus, aliàs induceretur annonæ penuria, vt in puncto dixerunt *Fulgos. in d.l. si pendentes, §. conducti cloacarij, ff. de vsufr. Couarr. d. cap. 14. sub num. 3. Iacob. de Graff. decis. aurea, cap. 57. nu. 9. & 10. lib. 2. Bimi. cons. 115. num. 38. lib. 2. Scacc. de iudic. causa. crim. cap. 68. num. 9.* nam etiam quia pecuniam paratam detineri debere de publico ait *Bocac. de possess. d. cap. 18. num. 206. to. 3.*
31 *par. 1.* est verum, quod pretium iustũ taxari poterit, vt dixit *Bart. in d. §. item rescripserunt, Andr. de Isern. in prohem. constit. col. 1. vers. pretium non erit vilius, sed iustum. Franc. Mart. decis. 542. nu. 8. par. 1. Roland. cons. 71. num. 10. lib. 3. Guil. obserua. 56. nu. 8. lib. 2.* quod in casu isto attendendum esse iuxta locum destinatum dicebatur ex conclusione suprapositа; & ma
32 ximè in casu, quo Ciuitas ipsa vult emere. *Salic. in l. 1. sub num. 2. C. de Episcop. audien. Lup. in l. curabit, §. 8. num. 169. & seq. de vsur. Mascard. de probat. concl. 1396. num. 40.* nam tunc ad iudicem spectabit. *Bar. in l. & si equo,*
33 *in fin. ff. de leg. 1. optime Roland. d. cons. 71. num. 14. lib. 3.* Item & alia melior ratio adducebatur, cur ciues teneantur ad vendendum victualia Ciuitati, non autem forenses, in casu publicæ necessitatis, quia hoc redundabat in eorum præsumptam vtilitatem: nam si hi vendere non cogerentur euidentissimũ damnum eis redderetur, quæ ratio in nõ subdito nullo modo adaptari poterat, vt à contrario sensu notatur; licèt forenses,
34 qui portarent mercaturas in aliquam Ciuitatem negotiationis causa cogi possent ad vendendũ tempore penuriæ, quia in illo loco videntur quasi contrahere. *Rebuff. in l. omnis, C. de aquæduct. lib. 11. Summa Siluest. in verb. emptio. num. 9. Boccac. in suo possess. d. cap. 18. num. 203.* in quibus terminis loquebãtur Doct. ex aduers. alleg. & presertim Mexia de taxa panis.

Nec obstabat id, quod ex aduerso dictũ fuerat, quòd clerici quã-
35 uis nõ subditi tempore necessitatis teneantur vendere pretio viliori, secundum *Vincent. de Franch. d. decis. 9. Menoch. d. cons. 137. Molin. in tit. de contrac. disp. 364. Surd. cons. 301. volu. 3. cum alijs,* quia respondebatur, quod clerici sunt ciues, & in materia differenti compræhenduntur semper sub statuto, & quando leges tendunt ad pacem reipublicæ, tenentur his obedire; quibus rationibus moti fuerunt prædicti Doct. & ita respondet *Vulpell. de liberta. Ecclesiast. par. 2. num. 21.* qui est in fine libri, qui nouissimè est impressus de proposit. *D. Iacob. de Graff. decis. aurea, cap. 57. num. 14. lib. 2.* & licèt ratione rei sitæ in territorio, quia grana prædicta capta fuerant in portu Ciuitatis prædictæ, possit

4 vt dixit *Innoc. in cap. in literis, vbi Doct. communiter de restitutione spoliat. Felyn. in cap. cum olim, de maior. & obedi.* vbi ait, quod præsta-
5 tio vocis est fructus canonicatus, & alios allegat *Decian. respon. 8. num. 228.* qui loquitur in fortioribus terminis, *Petr. à Biax. in suo tract. electio. cap. 28. par. 1.* vbi pro indubitato hoc firmat, *Nicolaus Mil. in suo reperto. in verb.* Canonicus cui collata est præbenda, vbi post alios dicit, quod licet Canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit, quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit
6 vocandus, ex quo eligere est fructus possessionis, non autem proprietatis; & in puncto, quod Baro, etsi non habeat titulum, sed habeat realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in par-
7 lamento, dixit *D. Marchio Ioann. Franc. de Pont. in consil. 31. num. 17. & 19.* subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sententiã cõtra possidentem, non retractentur
8 voces datæ, præsentationes factæ & similia, tamquã fructus ad possessorem legitimè spectantes, & allegat eundem *Innocent. in cap. Cumana, colum. fin. de electio.* vbi dum tradit, quod ad dominum spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi, quando nullus alius est in possessione; vel si sit quis in possessione, tamen mala fide, vnde dũ quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & facit suum possessor, *ad text. in cap. consultationibus, extra de iur. patr. vbi Abb. & Butr.* & idem dixerunt post multos quos allegant *Thom. Zerol. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 55. num. 80. & seq. Menoch. consil. 90. à numero 116. cum seq. lib. 1.*

Item faciebat, quia Domina Ba-
9 ronissa, seu verius eius procurator aliàs intrauerat in alio parlamento facto, ibique vocem dederat, & sic erat in possessione huius fructus vocis dandæ, vt considerat *D. de Pont. d. consil. 31. nu. 20.* & ideò tantum esset dicere, quòd D. Baronissa non intret in dicto parlamento, & suam vocem donet, quantum esset tollere suam possessionem, in qua ad præsens reperiebatur, quod de iure subsistere non poterat.

Nec obstabat, quod ratione inuestituræ non captæ poterat impediri ingressus in d. parlamento; nam dictum fuit, quod si agatur
10 de inuestitura capienda pro acquisitione dictæ Baroniæ ob emptionem factam à Don Fiderico de Moncada, olim Barone, & non tenebatur stãte dispositione Cap. Volentes, per quod omnia feuda effecta sunt alienabilia, & duo tantũ alternatiuè sibi Rex reseruauit, vel infra mensem præferri in dicta venditione, vel sibi decimam partem pretii deberi, vnde facta semel per Excell. suam, & Tribunal Regij Patrimonij electione de decima, & pro ea data dilatione ad soluendum infra sex menses relaxata tertia parte, & facta postmodum resolutione expeditis

vino in Marchia vendito, quod Ferrariæ dari debebat, si agatur ad rescissionem contractus remedio *l.2.C. de rescind. vendit.* quod attendi debeat æstimatio vini in loco Ferrariæ, vbi dari debebat, & author huius opinionis fuit *Cin. in d.l. vinum*, referens ita iudicatum, quem ibi sequuti fuere *Alberic. in princip. Dec. nu.* 11. *Iaf. nu.* 11. *& Bologn. n.* 34. quam esse communiter approbatã refert *ibi Cagnol. nu.7. in 4. notab. Oldrad. conf.* 168. *Bald. consil.* 395. *numero* 8. *lib.2. Rot. Genuen. decis.* 117. *idem Bolognett. in l. vnica, num.* 121. *vers. quæritur, C. de senten. quæ pro eo*, & ex Theologis *Sotus lib.4. sentent. distinct.* 15. *quæst.6. Gaetan.2.2. quæstio.78. ar.2. Nauarr. in suo manual. cap.23. & in tracta. de vsur. nu.* 46. & hanc esse communem sententiam omnium Theologorum testatur *Petr. Aragon. in tract. de iusti. & iur. quæst.77. art.1.* & ratio est, quia res, siue frumentum dicitur eius loci, ad quem destinatum est, vt tradit *text. in cap. in præsentia, §. porro, vbi Gemin. de præben. in 6. Crauett. conf.* 934. *nu.* 14. *lib.5. Alexand. consil.* 129. *n.8. lib.7. Dec. consi.* 372. *num.* 20. & tanti res valere
19 dicitur quanti vẽdi potest, *ad tex. in l. si seruus. la 2. in fin. princip. ff. de condit. furti. & text. in l.2. & 3. C. si prop. publi. Alexand. in l.1. §. si hæres, num.2. ff. ad Trebellian. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss.* 18. *nu.4. & 7. Couarr. dicto cap.* 14. *num.6. Surd. late consil.* 205. *Mexia super pragma. taxæ panis in quinta conclus. dicto num.* 113. *Boccac. in tracta. possessorij, cap.* 18. *num.* 201. *à Sola in constitut. Pedemont. tit. de feud. nu.*4. Et tantò fortiùs in casu isto, quia res deuenerat ad actum proximum, quo casu est habenda
20 ratio, ac si fuissent frumenta exonerata in loco destinato, secundũ *Bart. in l. inter cætera, §. fin. in vlt. cap. suæ distinctionis, ibi (* opus erat cœptum*) ff. de leg.1. Alexan. consi. 7. numero 6. libro 3. Rot. Genuen. decis.* 25. *num.* 8. quæ loquitur in mercatore, qui extraxerat vinum animo extrahendi Venetias, *Salic. in d.l. vnica, numero* 37. *C. de sentẽt. quæ pro eo.* Et faciebat, quia violẽ
21 tia æquiparatur moræ, *ad textum in l. meritò, ff. de vi, et vi arma. Bart. in l. quod te, numero* 11. *ff. si cert. peta. Afflict. decisione* 150. *numero* 4. & mora fuit formalis, stantibus interpellationibus & protestationibus magistrorum nauium, *l. mora, ff. de vsur. cum simili.* quæ pro
22 testationes sufficiebant, licèt non fuerint factæ à dominis, *l. si quis solutionis mora, ff. de vsur. vbi Bald, Alex. Odofred. Angel. & Iaf. ibi nu.* 5. & consequenter data mora pretium dictarum siliginum esse deberet iuxta locum destinatum *ad*
23 *text. in l.3. §. si per venditores, ff. de actio. empt. & ibi Bartol. & Alberic. num.5. Doct. omnes in d. l. vinum, ff. si cert. peta.* & maximè prædicta omnia procedebãt, qa ostẽdebantur in processu plures sententiæ Tribunalis Reg. patrimonij, in quibus Messanenses, & aliæ personæ fuerant condemnati ad pretium loci destinati. Et ad contraria, in quibus re vera cõsistebat

tota

tota difficultas huius causæ, dictum fuit, quod licèt verum sit in casu publicæ necessitatis posse aliquem cogi ad vendendum, & tantò fortius in casu isto stante dicto speciali priuilegio Regis Ferdinandi, tamen non poterat aliquo mo-
24 do Ciuitas prædicta statuere pretium prædictum; tum quia hoc in decretata ipsius priuilegij non erat concessum, cùm de pluribus facta fuerit petitio & responsio
25 circa aliquas tantum, vt dixit *Abb. in cap. 2. de treu. & pace, & ibi Doct. Alexand. consil. 136. num. 4. lib. 2. Paris. cons. 23. num. 119. li. 1.* cum etiam de iure *ad text. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, ff. ad legem Iul. de Canno. ibi (Item rescripserunt ius non esse ordini cuiuscunque Ciuitatis pretium grani, quod in*
26 *uehitur, statuere)* qui tex. procedit etiam data necessitate, vt in principio dictarum legum apparebat ibi *(Decuriones non teneri ad vendendum vilius, quam annona exigit, & ibi (quò annona carior fiat)* vnde dum subsequebatur *text. in d. §. item rescripserunt)* intelligendus erit iuxta terminos præcedentes, & sic data necessitate, quæ non solum consistere debet in victuali-
27 bus, sed etiam in pecunia, vt dixit *Couarr. d. cap. 3. sub numer. 5. in fin. lib. 3, limitando doctrinam Bart. in d. §. cura carnis, latè Boccat. de inter dict. cap. 18. num. 104. tom. 3. par. 1. Puteus decis. 82. num. 2. lib. 2. Item text. in d. l. 1 §. cura carnis, Bar. &* alij ex aduerso allegati procedebant iuxta terminos illius legis, nempe in victualibus, quæ sunt in foro, & exposita venditioni, vel saltem nata in territorio, vbi erãt vendenda, in quo casu posset procedere dispositio, *text. in d. §. cura carnis*, secus in victualibus, & fru-
28 mentis, quæ de foris apportarentur, & alibi essent nata, & vendenda, vt respondet, *gloss. in d. l. 1. §. cura carnis, in verb. suarum,* in vltima solutione, quæ approbatur etiam *à Bar. ibi* dum dixit, quod vltima solutio *glo. est bona. Ang. in l. si pendentes, §. quid si cloacarij, ff. de vsufruct. & in cons. 206. num. 1. Andr. de Isern. in proœm. constitut. in princ. vers. Itẽ quia in rebus ciuium, Petrasanct. singul. vltim. numer. 30. inter sing. diuersor. Gomez. variarum reso lut. tit. de emptio. & vendit. nu. 51. vers. secundus casus est. Natt. consil. 11. num. 2. 11. 12. & cons. 63. num. 6. Roland. consil. 1. numer. 77. lib. 2. Mõtan. de administr. vniuersi. prag. 2. num. 59. & num. 71.* & in terminis dixerunt idem *Ang. cons. 351. nu. 1. 3. & 4. Bruner. in compen. resolut. in verbo, Princeps potest agere, fol. 158. Cephal. consil. 451. numero 326. & sequent. & numer. 292. lib. 4. Iacob. de Graff. decisione aurea, titulo de emptio. & venditione, ca. 113. numero 4. lib. 2. Franciscus Auiles in dicto capit. 17. Prætorum, numer. 14. Decia. tract. crimi. lib. 2. cap. 35.*
29 *nu. 5.* Et in priuilegio, quod non compræhendat frumenta alibi nata, *Bald. in cons. 458. nume. 2. lib. 2. Bertazo. cons. 54. nu. 8.* & ratio est, quia si frumentis, quæ de foris apportarẽtur, taxa imponeretur, vbi deberet oriri abundantia, sequeretur penuria contra oẽs leges, quæ

4 vt dixit *Innoc. in cap. in literis, vbi Doct. communiter de restitutione spoliat. Felyn. in cap. cum olim, de maior. & obedi.* vbi ait, quod præsta-
5 tio vocis est fructus canonicatus, & alios allegat *Decian. respon. 8. num. 228.* qui loquitur in fortioribus terminis, *Petr. à Biax. in suo tract. electio. cap. 28. par. 1.* vbi pro indubitato hoc firmat, *Nicolaus Mil. in suo reperto. in verb.* Canonicus cui collata est præbenda, vbi post alios dixit, quod licet Canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit, quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit
6 vocandus, ex quo eligere est fructus possessionis, non autem proprietatis; & in puncto, quod Baro, etsi non habeat titulum, sed habeat realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in par-
7 lamento, dixit *D. Marchio Ioann. Franc. de Pont. in cons. 31. num. 17. & 19.* subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sententia contra possidentem, non retractentur
8 voces datæ, præsentationes factæ & similia, tamquã fructus ad possessorem legitimè spectantes, & algat eundem *Innocent. in cap. Cumana, colum. fin. de electio.* vbi dum tradit, quod ad dominum spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi, quando nullus alius est in possessione; vel si sit quis in possessione, tamen mala fide, vnde dũ quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & facit suum possessor, *ad text. in cap. consultationibus, extra de iur. patr. vbi Abb. & Butr.* & idem dixerunt post multos quos allegant *Thom. Zerol. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 55. num. 80. & seq. Menoch. consil. 90. à numero 116. cum seq. lib. 1.*

Item faciebat, quia Domina Ba-
9 ronissa, seu verius eius procurator aliàs intrauerat in alio parlamento facto, ibique vocem dederat, & sic erat in possessione huius fructus vocis dandæ, vt considerat *D. de Pont. d. cons. 31. nu. 20.* & ideò tantum esset dicere, quòd D. Baronissa non intret in dicto parlamento, & suam vocem donet, quantum esset tollere suam possessionem, in qua ad præsens reperiebatur, quod de iure subsistere non poterat.

Nec obstabat, quod ratione inuestituræ non captæ poterat impediri ingressus in d. parlamento; nam dictum fuit, quod si agatur
10 de inuestitura capienda pro acquisitione dictæ Baroniæ ob emptionem factam à Don Fiderico de Moncada, olim Barone, & non tenebatur stãte dispositione Cap. Volentes, per quod omnia feuda effecta sunt alienabilia, & duo tantũ alternatiuè sibi Rex reseruauit, vel infra mensem præferri in dicta venditione, vel sibi decimam partem pretii deberi, vnde facta semel per Excell. suam, & Tribunal Regij Patrimonij electione de decima, & pro ea data dilatione ad soluendum infra sex menses relaxata tertia parte, & facta postmodum resolutione expeditis

tis literis in forma, vēditio habuit
suam perfectionem, & assensum ip
sum Regium per verba dicti capi
tuli ibi (*Quod si infra mensem nō ele
gerimus emere, talis venditio sit fir-
ma & valida, nunquam per Maie-
statem nostram infringenda*) ex qui-
bus verbis plenè Regius cōsensus
ostenditur, in tātum, quod empto
res non tenentur, nec petere, nec
recipere inuestituram stante præ-
11 dicto consensu, nec iurare fidelita
tem, vt dixit *And. in c. 1. §. si mino-
ri, si de feu. fue. contro. Ant. Capic. in
inuest. feuda. verb. feudorum inuesti-
turæ, vers. emptores, & vers. inuesti-
tura in Regno Siciliæ, vbi alleg. An-
dr. in c. 1. col. 2. quo tempo. miles, &
in c. 1. col. 2. quib. mod. feud. constit.
& in c. fin. col. 2. verb. inuestitura, de
feud. cognit. & in c. 1. col. 1. de Cap.
Corrad. & in Rub. quid sit inuestitu.
& in ca. 1. qui. praced. deb. an inues.
an fid. Cannet. in c. Volentes, ver. At
non est omittendum, nu. 9. fol. mihi*
12 189. vbi ait, quod decima solui-
tur ob licētiam præstitam, & reco
gnitionē dominij, *& in eod. c. vers.
sed præstat quærere, nu. 10. fol. 196.*
13 & ratio est, quia inuestitus dici-
tur vasallus, qui de voluntate do-
mini possidet feudum. *Paris de Pu
teo de reintegrat. feudor. cap. quæro
de vtili quæstione, num. 18. fol. mihi*
24. in antiquis, & de hoc in Regno
nunquam fuit dubitatum.

Quo verò ad inuestituram, quę
recipi debuerat ob recognitionē
noui domini stante morte Catho-
lici, ac Inuictissimi Philippi Secun
di Regis nostri, dicebatur, quod
non defecerat pro Domina Baro-
14 nissa, quin eam recepisset, cum
infra annū eam petierit, & sibi fue-
rat denegata per Excellentissimū
Proregem ad instantiam Regij Fi-
sci, & Syndici dictæ Terræ, asseren
tium hoc sibi inferre præiudicium
in prætenso demanio, & iure præ-
lationis, vnde pluries fuerat de
hoc protestata per quamplurimas
supplicationes porrectas, tā Prin-
cipi, quàm in Tribunali Regij pa-
trimonij, & propterea nil poterat
imputari Dominę Baronissę, quod
inuestituram non recepisset, adeò
quod hodie legitimè impediri po
tuisset ingressus in Parlamento, &
ibi dare vocem suam; sufficiebat
enim quod eam petierit infra an-
num, vt dixit *glo. in c. 1. in glos. in §.
vers. quid ergo. per quos fiat inuestit.
Andr. in constit. Edictorum, col. 2. &
melius in d. cap. 1. §. fin. per quos fiat
inuest.* vbi ait hoc etiam procede-
re, si non dixerit velle iurare fide-
litatem. sequitur *Capic. in prealle.
loco. Paul. de Castr. consil. 85. incip.
quæstio ista vertitur. col. vlt. lib. 2.
Dec. cons. 130. Guid. Pap. decis. 166.
167. & seq. Gabell. milleloq. 516.
incip. vasallus, vbi alios allegat. Te-
pat. de feud. caduc. fol. mihi 97. Do.
Io. Bapt. Cost. in suo subtiliss. tract. de
iur. & fact. ignor. Cent. 1. distin. 38.
nu. 9. Bero. cons. 77. nu. 34. cum seq.
lib. 1.* vbi assignat rationem, quia
esset in facultate domini, qui de-
negaret, & negligeret concedere
inuestituram, quod feudo priuare
tur vasallus, qui nō esset in mora.
*Surd. post alios, decis. 22. num. 24. &
25. Clar. in §. feudum, q. 49. num. 3.*
Intantum, quod sicut vasallus non
petens

36 possit Princeps, vel Ciuitas, stante priuilegio concesso, ius non subditi auferre, & potuerit taxa prædicta fieri secundũ *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, sub num. 24. vers. sed quantum ad propositum, extra de cõstit. Iacob. de Graff. d. decis. aurea, ca. 113. nu. 4. lib. 2.* qui omnia fundamenta Decij ad verbum transplãtauit ipso tacito; tamen dicebatur dictum Dec. non procedere ratione rei repertę in mari, cuius vsus
37 & transitus est omnibus cõmunis,
38 & princeps in ipsis non habeat nisi iurisdictionem in puniẽdis delictis in mari commissis, *§. 1. inst. de rer. diuis. Suarez Alleg. 17. num. 9. Peregr. de iur. fisci, lib. 1. tit. 1. num. 17. cum seq.* Item nec procedere
39 in rebus mobilibus, quæ non sunt mansura in loco, sed alibi destinata, vt hic erat, secundum *Bartol. & Doct. in l. fin. C. vbi in rem actio. Abb. in cap. fin. num. 43. de for. compe.* vbi de communi testatur, *Imol. in cap. 1. de empt. & vendit.* vbi de sic transeunte, qui non tenetur sol
40 uere gabellam. *Doct. in l. si ex toto, ff. de leg. 1. Afflict. in tit. quæ sint regal. c. 1. nu. 30. Bald. cons. 198. nu. 5. li. 2. Ias. in l. cętera, §. sed & si quis ad opus, nu. 22. ff. de leg. 1. Anto. Basel. in annot. ad statuta Parmæ, tit. de Blado nõ extra. fol. 194. in prin. Strach. de mercat. par. 4. nu. 49.* Itẽ quia
41 dictę naues per vim captæ fuerũt & ductę in portũ, quo casu nõ procedit prædicta conclusio secundũ *Bart. in tract. de represal. q. 10. 7. q. princip. nu. 16.* & in bãnito per vim
42 capto voluit *Rolan. cons. 60. nu. 9. lib. 2. Clar. in §. final. q. 96. vers. sed quid. Cartar. de exequut. sent. cap. bãnit. cap. fi. num. 263.* vbi plures cumulat, & in specie dixit *Abb. in cap. quod clericis, nu. 34. de foro compet. Cremen. sing. 82. Decian. tract. crimin. par. 1. cap. 35. nu. 24. lib. 2.* & demum dato, quod prædicta cessarent, negari non poterat quin si auferatur res non subditi, soluendum erit iustum pretium, vt latè concludit *Roland. in d. cons. 60.* Accedebat in casu isto, quod antequam caperentur frumenta, emanata fuerant edicta de mandato D. Iuratorum, quibus dabatur libera facultas accedendi Messanã, & liberè vendendi eorum frumenta, pretio sibi beneuiso, intantum, quod non poterat postea taxari
43 pretium, stante securitate pręstita, neque talis facultas reuocari poterat respectu forensium. *Natt. cons. 431. nu. 19. Affl. decis. 361. num. 9 & 10. Ceph. in d. cons. 451. nu. 328. Abb. in cap. nouit. nu. 25. post Inno. & alios de iudic. Dec. ibi num. 86. & 88.* vbi allegat *Roman. Castrens. & alios,* & dicit etiam ex causa reuocari non posse. Item nec obstabat, quod beneficium prædictum fuerat concessum liberè accidẽtibus, nõ autem coactè, *ad text. in l. si quis in graui, §. vlt. ff. ad Syllania.* cum
44 sua materia, vbi pręmium concessum capienti bannitum non debetur officiali, qui ex officio est obligatũs capere bannitum. *Roland. cons. 67. num. 17. lib. 2. & alij,* quia ex ratione expressa in edicto, vt necessitati prospiceretur, & abundantia sequatur, cessare videbantur prędicta, cum ita necessi-

tati subueniatur,& abundantia sequatur per apportantes liberè,vel coactè,& ob id comprehendatur sub ratione statuti,ad not.*per Hode.consi.34.num.31.cum seq.* & faciūt dicta per *Ignac.in d.§.vlt.num. 11. Bald.cons.394.nu.2.vers.praeterea, lib.1.* Item faciebat diuersa ratio in officiali, quàm in coacte vendente rem suam, qui semper debet habere pretium suum, *ad tex.in d.l.non enim,ff.rer.amot.*

Rursus non obstabat,quod bānimenta loquebantur de frumento, & non de alio blado,quia respondebatur, quod appellatione
45 frumentorum venit omne bladum.*glo.in l.non deberi,ff.ad municip.* & in partibus Flandriae siligines,de quibus agebatur, appellantur frumenta alba, vt tradit *Alciat.& Rebuff.in l.frugem,§.frumentum,ff.de verbor.signific.*

Vlterius dictum fuit non obstare,quod in casu isto nulla praecesserat venditio: nam in facto contrarium constabat ex testimonio Ioseph de Saladinis nobilis Bononiensis, & aliorum duorum testiū eius dictum coadiuuantium; & quod frumenta praedicta erant destinata Bononiam, apparebat ex fide,& testibus productis in processu, & de pretio constituto alijs frumentis exonerandis in portu Ligurni ad rationem scutorum decem, & octo auri in auro pro qualibet salma, ostendebatur ex fide Senatus Bononiensis,& ex testibus Florentiae, & Ferrariae examinatis:in tantum,quod licèt pretium certum à principio non interuenerit, tamen poterat subsequi,& declarari posteà *ad tex.in l.haec venditio,§.1.ff.de contrahend.emptio.& ibi Alberi.& Fulgos.* Itē quia poterat certificari arbitrio
47 iudicis. *l.quamuis,ff.de solut.Marcabrun.cons.91.num.16. Menoch.lib.3.praesumpt.122.num.83. Bimius cons.45.num.1.& 2.vol.1. Mascard.conclus.1225.nu.17. Surd.cons.225.num.8.& 9.Bertaz.in tract.clausul.30.glo.1.num.12.* Praeterea posito,quod non adesset venditio, tamen negari non poterat,quin ex tractatu cum cōmissione, ac mandato acceptato de emendis d. frumentis, abstringantur dicti de Luchini ad tradē-
48 dum,& ea consignandum, etiam quod fuissent empta nomine proprio, & teneatur ad interesse.*Rot. Genuen.decis.67.num.1.2.& 3.decis.68.& decis.127.num.8.& Castren.in l.si ita quis,§.Seia cauit,ff.de verborum oblig. Strach.de manda.num.51. Surd.decis.304.per totam*, & è conuerso dicta Ciuitas Bononiae ad illas recipiendum, *l.inter causas,§.quod seruus,ff.mā. Rot.Genuen.decis.274.num.2.Paris.consil.47.lib.1.*

Demum non obstabat distinctio tradita per Cum.Rip.&alios quia licet casus iste non sit casus praelationis,in quo tantumdem debeat solui,quantum ab alio fuerit
49 oblatum, vt in materia retractus de agnato tradit latissimè *Tiraq.de retract.sang.§.1.gl.18.num.4.cum sequen.* vbi in specie,*num.10. reprobat Rip.* distinctionem, eandemque improbat, *Ludoui.Messi.*

in d.

in d. §. conclus. prag. taxæ panis, nu. 121. Menoch. d. cons. 137. lib. 2. Surd. d. cons. 205. num. 28. lib. 2. & similiter. Item in emphyteuta dixerũt Doct. omnes *in l. fin. C. de iur. emphyt. & ibi Ias. num. 22. & 24.* nisi 50 constiterit de fraude, vt non semel in retractu sanguinis, & congrui iudicaui; Item in domino, qui vult præferri venditioni fructuum factę per colonum, vt tradunt *Tiraquel. Menoch. & Surd. in locis præallegatis. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 3. & lib. 3. ca. 14. Boccac. dicto cap. 17. num. 198. cum seq. tom. 3. par. 2. tract. Frecc. de subfeu. autho. 38. idem Surd. decis. 139.* Idem in domino, qui vult præferri in venditione feudi facta à Vasallo de iure communi loquendo Doct. *in cap. 1. §. sed & res. per quos fiat inuest.* & in Regno habemus dispositionem Cap. Volẽtes, attamen idem dicendum erat in secundo casu distinctionis, & sic quando rẽ suam quis cogitur vendere alibi, quã destinauerat, quia in casu de quo agebatur venditor non habebat rem venalem, nec cogi poterat quia exterus, vt supra latè ostensum fuit, & frumenta erant alibi nata, & per transitũ reperta in Faro; & vi ablata fuerant, quo fit vt attendendum sit 51 pretiũ loci destinati, vt dixit *Specul. in tit. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, il 2. num. 30. in addit. final. Bald. in l. 2. colum. fin. nu. 31. C. de resc. ind. vendit. Salic. in l. dudum, num. 5. vers. in contrarium est veritas, C. de contrahend. emptio. Aluar. in d. cap. 1. §. sed & res. per quos fiat inuesti: Guid. Pap. singul. 780. Imol. in d. l. qui Romæ, §. cohæredes, num. 14. vers. item adde. Alexander ibidem nu. 11. Aret. post num. 12. quasi in fin. vers. quærit etiam hic ang. Soc. num. 25. ff. de verbor. obligat.* cum alijs supra relatis *num. 15. cum seq.* & licet in cõtrarium allegentur *Ang. Cum. Castr. & Ias. in d. §. cohæredes, Rip. & alij.* Nihilominus bene perpensis eorum dictis, multi non loquebantur in casu isto, sed in rebus venalibus, vel in venditore coacto, & obligato vendere à statuto, seu testatore, prout Menoch. & cæteri, vel in ciue, vt supradictum fuit, & latissimè deduxerunt DD. de Rota Bononiensi in eorum consilijs super hac causa editis, & propterea facta longa discussione in Consistorio cum duobus alijs Iudicibus adiunctis, nẽpè Illu. Don Modesto Gambacurta tunc Pręside Regij Patrimonij, & Don Baldassare de Amescua Excellentissimi Proregis Consultore, fuit iudicatum attendendũ esse pretium destinatum ad rationem scutorum quatuordecim singula salma francorum, & immunium à Gabella ad dictam summã per Tribunal arbitratum, attentis multis considerationibus in causa deductis, ac etiam ad soluendum interesse ad rationem de decem pro centenario in casu retardatæ solutionis infra dies viginti à die sententiæ numerandos 7. Iulij 1599.

SVM-

petens inuestituram infra annum perderet dictũ feudum, ita & do-
15 minus eam denegans priuari deberet proprietate, vt dixit idem *Andr. in praall. loco*, cum infinitis adductis per *Liparul.* ibi in apostilla, & esse communem conclusionem dixit *Clar. in d. q. 49.*

Nec obstaret si diceretur, quod in hoc Rex habeat iustam causam
16 ex prætensione demanij, & prælationis, quia non per hoc potest impedire inuestituram, vt dixit *Andr. & feudistæ omnes in cap. Imperialem, §. insuper si filius, de prohib. feud. alien. per Federic. & sequitur D. Marchio de Pont. consf. 62. num. 13.* vbi dixit, quod si dominus prętendat inualiditatem titulorum, vel aliud dominium concernens, hoc non impedit expeditionem inuestituræ, sed prius illa est expedienda, demum de hoc tractãdũ.
17 Nec est verũ regulariter, quod sine inuestitura Baro non possit ingredi in parlamento: nam hoc fortasse sibi locum vendicaret, si Baro infra annum eam non peteret; vel felloniam commisisset; sed in eo, qui esset promptus recipere inuestituram, & eam petat intra annũ, & sibi fuerit denegata, ex quo Rex, vel vniuersitas velit preferri, hoc in iure cautum non reperitur, & maximè in casu de quo agebatur, vbi super hoc iure compilatus adhuc nõ erat processus, sed tãtũ facta petitio, quę an sit vanissima prætensio scripsi latius in fine harum decisionum. Nec Frecc. ex aduerso allegatus aliquid dixit contra prædicta, sed tãtum, quod
18 subfeudatarij, quia non sunt inuestiti à Rege, non habent vocem in parlamento, & ex hoc nõ poterat inferri, quod sit necessaria inuestitura ad hoc, vt Baro intret in parlamento, id etenim nõ dixit *Frec.* nec alius, quem ego viderim. Imò si hoc esset verum, sequeretur absurdum, quod Baro qui habet annũ ad petendum inuestituram, hoc medio tempore non posset ingredi in parlamento, si fortè fieret, & ob id arctaretur ad capiendum eam ante tempus sibi concessum, & daretur correctio iurium. Et secundum prædicta fuit iudicatum per Ill. Marchionem Io. Baptistã Celestre Præsidem Tribunalis Regij Patrimonij, & Don Antonium de Quintanaduegna tunc Consultorem Excellentissimi Proregis, nunc meritissimum Regentem in Supremo Italico Consilio, Iudices in causa datos de mense Iunij, 1604.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio aufert iurisdictionem iudicis à quo.*
2 *Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.*
3 *Electo vno remedio, censetur alteri renuntiatum. Intellige num. 18. & 19.*
4 *Re non integra, Iudex non reuocat inuita parte.*
5 *Causa si semel intrauit in aulam Principis, non potest ab ea amplius exire; quid in Consistorio. num. 20.*

6 Appel-

6 *Appellatione tentata potest rediri ad Iudicem à quo. Idem in reuisione, num. 7. & 13. ratio nu. 15. amplia num. 8. 11. 12. 14.*

Quid in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, num. 9. amplia in Regno, num. 10.

16 *Reuisionis remedium dicitur ordinarium, quando non competit appellatio.*

17 *Contrarium Imperium pinguius prouidet, quàm reuisio in Regno.*

ARGVMENTVM.

An petita reuisione in Consistorio, competat contrarium imperium in M. R. C.

DECISIO XIX.



NOn semel vidi dubitatum, an tentata reuisione in Cōsistorio interloquutoriæ latę per M. R. C. possit iterū rediri ad ipsam M. R. C. remedio contrarij imperij? & pro parte negatiua fa-
1 ciebat, quia appellatio inuenta fuit ad auferendum iurisdictionē à manibus Iudicis à quo, vt post Panorm. in rub. extra de appel. arguit *Rip. in l. quod iussit, sub nu. 18. vers. ista declaratio mihi, ff. de re iud.* ergo non debet operari contrariū effectum, scilicet, vt firmet iurisdictionem Iudicis à quo, *ad tex. in l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Item quia vbi competit remediū
2 ordinarium cessare debet extraordinarium, *l. causa, la 2. ff. de minor. Roland. cons. 59. num. 2. lib. 1.* & ele-
3 cto vno remedio, censetur renunciatum alteri remedio, & maximè
4 quando res non esset integra, vt puta quia scripturæ decisæ essent introductæ coram superiore ad quem, vel per partem succumbentem fuisset consentitum, vel expresè ei acquiescendo, vel tacitè, vel fuisset lis contestata super appellatione, vel executioni demandata, vt dixit *glo. communiter receptain l. 1. §. fin. ff. de præto. stipu. Rip. in d. l. quod iussit, nu. 33. & 35. vers. sexto limita, & ibidem Alex. nu. 16. & Rebuff. nu. 52. Philipp. Franch. in c. cum cessante, num. 10. de appellat. Paris. consil. 107. num. 103. libro 3. Bero. consil. 7. num. 10. libro primo.* vbi ait, quod re nō integra, & quādo ius tertio sit quæsitum, Iudex non reuocat inuita parte, idem *Bero. cons. 19. num. 22. & 23. & consi. 107. num. 3. lib. 3. & consil. 91. nu. 15. eod. lib. 3. Magon. decis. Floren. 131. num. 4.*

Et demum prædicta confirmari videbantur, quia causa auocata à Principe, & quæ semel intrauit in eius aulam, amplius exire non potest sine eius commissione, & mandato. *Magon. in decis. Florent. 90. Pet. de Grego. in tract. de indic. cau. feudal. q. 46. & 47. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 67. num. 30.*

Sed in cōtrarium adducebatur tex. quem Doct. omnes allegant in cap. cum cessante, extra de appell. ibi (non obstante si à tali commi-natione fuerit appellatum) per quem *text. ita firmat Bartol. in d. l. quod iussit, num. 12. Ias. nu. 5. & 36.*

Rip.

*Rip.ibidem num.*14.25.*& *35.*Rot. decis.*49.*in titu. de appell. num.*3.*in nouis, Deci.in d.c.ap.cum cessante, in* 8.*notab.& Franch.in* 6.*notab.Monter.de la Cueua decis.Arag.*3.*nu.*5. & ex nostratibus idem tenuit Doctissimus Octa.Corset.suo tempore nemini secundus, tàm in iudicando, quàm consulendo, in allegationibus per eum factis in causa vniuersitatis Sancti Petri, contra Baronem eiusdem Terræ, vbi testatur ita pluries fuisse decisum in M.R.C. ipsumq; obtinuisse, & dicit esse expeditissimum, & licet *Bar.Ias.& Rip.* loquantur in appellatione, tamen à pari procedit cū
7 reuisione, nisi in casibus vbi expresse repetiuntur differentiati, vt dixit *Roland.à Val. consil.*94.*nume.*4.*vol.*1. *Aluar.Velasc.decis.Lusitan.*51.*per totam. Petr.de Gregor. Tholos.in tract.de appel.rub.de reuisio.ca.*9.*lib.*1. quinimò appellatio est tanquam genus, & comprehendit sub se species, id est, reuisionē, supplicationem, & similia. *Oldrad. cons.*12.*sub rub.de appel.* & cum ex vtroque remedio inducatur suspēsio iurisdictionis iudicis à quo, & deuolutio ad iudicem ad quem, & militet eadem ratio, idem ius esse debet, *ad tex.in l.illud, ff.ad leg.Aquil.* & in tantum conclusio prædi
8 cta vera est, vt reuocet, & annullet processum factum medio tempore ab alio iudice, vt tradit post alios *Nicol.Boer.decis.*256. *quem refert, & sequitur Lancellot.de attenta.part.*2.*cap.*12.*limit.*1.*nume.*16. & procedit etiam in interloquu-
9 toria habente vim diffinitiuæ: nā si est appellatum, potest contrario imperio reuocari, quia appellatio dat robur reuocationi. *Lancellot. vbi supra, num.* 18. & maximè in
10 M. R. C. vel Consistorio, vbi ex præeminentia idem statutum est in omnibus interloquutoriis indifferenter, & in hoc illis æquiparantur. Idem erit si appellationi iu-
11 dex detulisset dicendo (*admittatur si & quatenus) Lancellott. vbi supra, num.*43. vel si fuisset inhibi-
12 tum. *Lancellot. num.* 21. & similiter quando interloquutoria fuis-
13 set exequutioni missa, quando reuocatio fieret de non facto, sed cū causæ cognitione, vt dixit *Paris.in d.cons.*107.*nume.*105.*lib.*3.*Bero. consil.*16.*num.*23.*vol.*3.*Lancellot. de attenta. vbi supra, nume.* 23. vel
14 vbicunque executio fieret cum causa, secundum *glo.in d.§.fin.ff. de prætor.stipul.* quam omnes sequuntur, vt refert *Alex.in d.l.quod iussit, num.*24. *Rip. nume.*33. & ex multis firmat *Monter.d.decis.*3.*nume.*5.*cum seq.* & hoc ea ratione,
15 quia quo ad iudicem nunquam dicitur talem interloquutoriā fecisse transitum in rem iudicatam.

Nec obstare videbatur, quod vbi competit remedium reuisionis cesset remedium extraordinarium contrarij Imperij: nam vbi denegatur appellatio, remedium
16 reuisionis dicitur extraordinarium, vt post *Abb.Marant. et alios dixit Cumi. super Rit.cap.*43. *num.* 2.*&* 3. Item remedium contrarij
17 Imperij pinguius prouidet, quia potest audiri in reuocatione interloquutoriæ non seruato rigo-

re

restatuti, & Ritus, etiam non exequuta interloquutoria, & sic cessat dispositio *tex. in l. causæ, la 2. ff. de minor. Vinc. de Franch. deci. 248. num. 4. lib. 2. Sfort. de restit. in integ. quæst. 17. art. 2. num. 33.* vbi etiam
18 de communi testatur, & licet electa vna via censeatur alteri renunciatum, tamen si plura competunt remedia, electo vno non dicitur alteri renunciatum, sed cumulatiuè concurrere. *Pau. de Cast. in l. qui legati, num. 3. C. vt in poss. Neguf. de pignor. memb. 3. num. 27. 8. part. Bart. in l. consentaneum, C. quom. & quan. iud.* & licèt contrarium aliqui dicant, quod electa vna via, censeatur alteri renunciatum, tamen prima opinio est verior, de qua testatur *Pau. de Cast. vbi supra. Asin. de exequut. §. 2. cap. 3.* Item
19 regula prædicta procedit, vt electa via iuris, non possit quis redire ad viam facti, & extraiudicialem non præmissa protestatione; non autem prohibetur redire ad aliam viam iuris. *Bald. in l. 2. q. 11. C. de seruit. & aq. Ias. in l. 2. C. de iu. emphyt. Alex. cons. 131.* nec termini illi adducti de aula Principis po-
20 terant adaptari in Consistorio S. R. C. quod quidem Tribunal, & si sit supremum, & subrogatum in locum præfecti prætorio, vt dixit *Petr. de Gregor.* tamen, vt aliàs dixi ad eum in addit. non habet liberum arbitrium, & aliud est causam pendere in aula Principis, & pendere in Consistorio S. R. C. vt dixi in apostilla. Et propterea in facti contingentia diuersimodè meo tempore determinatum fuit; nam quotiescunq; res non erat integra, vt supradictum est, vel quia scripturæ fuissent introductæ, nunquam admisi audientiam in contrario Imperio. Sed re integra, puta si tantum reuisio fuisset perita, & sic tantummodo contumacia inculata ad prosequendum reuisionem, eo casu fuit concessa audiētia; & idem iudicauit M. R. C. pro donna Belladamma Spinello, & cons. contra D. Delicam Sabia; & pro Hieronyma de Gerardis cōtra Philippum de Oria, in qua causa etiam concurrebat, quod in reuisione non fuerat admissa per interloquutoriam Consistorij.

Item in prægm. de contumacijs n. 11 vers. ... et ... glossa ...

SVMMARIVM.

1 *Tutoris fideiussor debet principaliter citari in iudicio redditionis computi.*
2 *Sententia lata contra tutorem non nocet fideiussori; & quid in fideiussore iudicij, num. 3.*
4 *Fideiussores tutoris dicuntur fideiussores contractus.*
5 *Fideiussio iudicialis, quæ sit.*

ARGVMENTVM.

Fideiussor tutoris, an debeat principaliter citari in iudicio redditionis computi tutelæ contra tutorem.

DECISIO XX.



1 Fideiussor tutoris, seu curatoris debet principaliter citari, & cū eo iudicium; & omnia

nia acta compilari, & agitari, in tantum quod omnes scripturæ, processus, & sententia, quę fierent contra solum tutorem, licet valida censeantur, non tamen nocerent, nec in aliquo præiudicarent ipsi fideiussori, sed de nouo ordi-
2 nariè processus deberet compilari contra ipsum fideiussorem, *ad text. in l. à sententia, in princip. vbi not. Bar. ff. de appell. l. grege, §. si à debitore, ff. de pigno. l. præsenti, §. adiicientes, C. de his qui ad Eccles. confug. gloss. in cap. 1. in verbo, prægrauetur, de iniur. & damn. dato, in 6. Bald. in l. 2. col. penult. C. de eden. & in l. fi. §. & cum antiquitas, C. de vsur. rei iudic. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 348. Petr. Ancbara. lib. 2. quæst. 19. Alex. in l. sæpe, nume. 17. ff. de re iudic. & in cons. 131. num. 7. volu. 2. vbi testatur de communi. Rochagal. in l. ex duobus reis stipulandi, num. 3. qui etiam testatur de communi, ff. de duob. reis. Mynsing. obser ua. centu. 96.* vbi hanc esse crebriorem, & receptiorem sententiam ait. *Natt. in consil. 345. volu. 2. Siluan. cons. 84. colum. 1. Gabr. consil. 43. sub num. 32. 33. 34. & 35. vers. hoc stâte de duobus quęri pôt, vol. 1. Mazzol. cons. 51. nu. 1. Surd. cons. 114. num. 19.* & hæc est magis cõmunis opinio, quam refert, & multis Iuribus, rationibus, & authoritatibus comprobat latissimè *Bursat. cons. 203. per totum, vol. 2.* secũdum quam non semel vidi iudicatum; Nec obstaret si diceretur pręDicta procedere in fideiussorib. cõ
3 tractus, non autẽ Iudicij, & quod fideiussores tutelæ, seu curatię sũt fideiussores iudicij, non autẽ contractus: Nam dictum fuit, quod *Bursat. in loco præallegato* idem tenet in fideiussore iudicij, nisi comparuisset, & constituisset se aduersarium in iudicio comparendo: tamen in casu proposito veritas est in cõtrariũ, quia tales fideius-
4 sores, qui solent intercedere pro tutore, vel curatore ad reddendũ iustum, & legale computum, dicũtur fideiussores cõtractus, seu quasi, vt dixerunt *Natt. & Silua. in locis præallegatis*: & licet ipsi rationem non reddant, tamen est clarissimà, quia illa dicitur fideiussio iu-
5 dicialis, quæ præstatur pro his, quæ in iudicio versantur, vel ab eo dependent, vel quomodolibet emergunt pro assecuratione iudicij, & partis, quarum aliquæ præstantur ab actore, aliquæ vero à reo, vt inquit *Maran. in suo spec. par. 6. in 8. memb. in tit. de satisd.* vbi enumerat omnes fideiussiones iudiciales, inter quas non reperitur ista, quæ præstatur per tutorem, vel curatorem, cum ipsa non sit iudicialis, vt dictum est, sed cõtractus, vel quasi. Nec vrgebat, q̃d talis fideiussio præstetur penes acta Curiæ, quia etiam fideiussio, & satisdatio conuentionalis, seu ex cõtractu, vel quasi, pôt præstari tã in iudicio, q̃ extra, & nihilominus cõuẽtionalis dicitur, vt dixit *Maran. in loco præallegato, nu. 21. ver. decima species satisdationis, fol. mihi 106.* & secũdum prædicta in dicauit Consistorium pro Ioanne Philippo de Boscari, contra Ioannem Baptistam de Martino.

F SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex venditoribus stante pacto de redimendo potest totam rem recuperare.*
Amplia in vēditione iudiciali, nu.2.
Contra num.3. Intellige, num.4.
5 *Dominium probari debet in actione rei vendicatoria.*
6 *Venditor cum pacto de retrouendendo facto deposito non acquirit dominium ipso iure, & num.8.*
Contra nu.7. limita in termino ad redimendum à Ritu cōcess. nu.9.

ARGVMENTVM.

Vnus ex venditoribus, an possit depositando pretium recuperare totam rem venditam.

DECISIO XXI.



FActa adiudicatione p V. I. D. Benedictū de Porcarijs de quodā territorio à posse hæredum Elisabettæ Spatafora, comparuerunt, licèt post multos an-
1 nos, aliqui ex dictis hæredibus, & facto deposito de summa pro qua processerat liberatio, dicebāt Angelicam, & Benedictum de Porcarijs possessores dicti territorij cōdemnari debere ad eius restitutionem, non obstante, quod depositū prædictū non fuerit factū ab omnibus hæredibus, *ad not. per Doct. in l.4. §. Cato, & in l. stipulationes non diuiduntur. vbi Ias. ff. de verbo. oblig. Bur. decis.251. Anton. Rube. cons.90. Foller. super Bulla in verb. instrumento gratia, nu.39. & in terminis Tiraq. de retract. conuentio. §.1. glo.6. nu.33. vbi nu.34. ponit Doct. tenentes contrariā opinionē, & nu.37.* cōcludit, quod vnus ex venditoribus, vel vnus ex hæredibus venditoris totū pretium offerendo cogere potest emptorē ad sibi retrouendendū totā rem, & secundū hāc opinionē testatur fuisse iudicatum in Curia Parisiēsi, & sequutus est *Ioseph. Ludou. decis.112. nu.11.* vbi testatur hanc esse magis cōmunem opinionē, & maiori calculo scribentiū approbatam sententiam, ante eum latissimè quæstionem examinando determinat *Ronchagal. in l. eandem, à nu.63. vsq; ad nu.122.* & maximè in venditione iudiciali facta nul-
2 la præcedente æstimatione stante pacto ad discursum, quæ dicitur indiuidua, & nullo pacto pro parte resolui poterat, *ad not. per Bar. in l. si quis aliam, ff. de solut. & in l. cui vsusfructus, ff. de vsufruct. leg. Ioseph. Ludou. d. decis.112. num.5.*

Sed ex aduerso dictum fuit, quod licèt supradicta opinio sit
3 cōmunis, tamen verior est in contrarium, nisi vnus ex vēditoribus habeat ius cessum, vel in mādatis ab alijs, vt dixit *Paul. de Castr. in d.l. si quis aliam, ff. de solut. Bald. in l.2. C. de pact. int. empto. & vendi. Alciat. in l.4. §. Cato, ff. de verbor. obligat. Nouell. reg.175. Ronchagal. in d.l. eamdē, nu.114. Ludou. d. decis.112. nu.11.* dum præsupponit vnum ex venditoribus posse cogi facere alios ad redimendum eorū

por-

portiones, vel ad sibi cedendum iura, ne ius suum deterius reddatur; & dato, quod cõmunis procedere deberet, tamen necessarium
4 esset ei, qui offerendo totũ pretiũ petit admitti ad recuperationẽ, totius præstare cautionẽ de restituẽdo alteri portionẽ, & de seruando indemnem emptorẽ, qui restituit. *Rub.d.conf.90. in fin. Petr.de Moncad. in addit.ad Gozadin. in l.2.C. de pact. int.empt. & vend. Cagnol. ibidem q.13. in fine*, quæ tamen in casu isto non interuenerant.

Accedebat, quod isti conuenti possessores erant alij cohæredes illius Elisabettæ, in quos perueneerat territorium prædictũ, stante solutione pecuniariã debitarum facta illi quondam Benedicto Porcario, cui fuerat adiudicatum ab eorum manibus, & sic actio ista intentata per actores nõ poterat dici nisi reuendicatoria, quia terminus mensium quatuor iam erat e-
5 lapsus; in tantum, quòd videbatur obstare extremum dominij in actione prædicta necessariũ, quod non poterat dici fundatum ex deposito prædicto non sequuta tra-
6 ditione, seu retrodatione, *l. traditionibus, C. de pact.* & licèt in pacto de retrouendendo sint hinc inde opiniones, & aliqui teneant, quod statim facto deposito, & oblatione, dominiũ sit retrotrãsla-
7 tum, quãdo pactum est conceptũ verbis directis, vel obliquis, & ab illo die fructus pertineant ad recẽptorem; vt ex *Tiraq. Bero. Gozad. Authar. Roland. Couarr. Caualcã. & alijs scribit Caroz. de depos. par.*
8 *1.q.91.fol.124.* Alij verò contrarium affirment, & dicant commũ dẽ, quando verbis obliquis est cõceptum, secundum *Bart.in l.si prędium, per illũ text. C. de ædil. edict. Alex.conf.10.& cõs.51.nu.5.lib. 1.* adeò vt nec vtile. *Cur. sen. conf. 12.* vbi ait diabolicum esse aliter iudicare. *Ias. in l. ab emptione, nu. 8.ff. de pact. Cagnol. in l.2. nu. 81. C.de pact. int. empto. & vẽdit. Crauett.conf.17.nu.7. Cott. memorab. in verb. Pactum. Cepha. conf. 460. nu.28. Lup.in d. l.1.C. de pact. int. empt.in præfatio. nu. 7. Becc. conf. 106. Roland. conf.69. lib. 3. Gabr. conf.66.lib.1. Tiraquell. de retract. cõuen. §.1.gloss.7.n.12.* qui ambas opiniones recenset, & videtur tenere hanc secũdam, quam expressè sequutus est *in l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu.17. de reuocan. donat. Pancirol. conf.144. & 146.* & ideo requirebatur actus retrosimilis, *ad not. in l. ab emptione, ff. de pact. Pedemon. decis. 52. Surd. conf. 136.nu. 25. & seq.* tamen in causa ista cessare videbantur prædicta, stante facultate redimendi
9 concessa à statuto debitori infra quadrimestre tempus, quo casu pactum de retrouẽdẽdo, nõ retro transfert dominium. His discussis Consistorium determinauit primam opinionem veriorem, & cõmunem esse in tantum, quòd recte potuisset fieri reluitio ab vno ex hæredibus, vel venditoribus, præstito tamen prius de restituendo reliquas portiones cohæredibus, vel venditoribus, & de seruãdo indemnem ipsum emptorem.

Et propterea, quia in casu de quo agebatur isti de Porcatio cõuenti possidebant portionem sibi competentem, non fuit aliter necessaria præstatio prædicta, sed iudicatum fuit depositum factū stare debere, quo ad portiones actoribus tantum competẽtes, confirmando sententiam M.R.C. de mense Augusti. 1599.

SVMMARIVM.

1 *Probibitum fieri in Ecclesia censetur prohibitum in atrio Ecclesiæ.*

2 *Statutum puniens aggredientem aliquẽ in domo, habet locū in ostio, vel porticu domus. Contra, nu. 8.*

Amplia si insultatus esset intra clausuram ostij, num. 4. & 9.

3 *Appellatione domus continetur ostium domus.*

5 *Cimiterium iudicatur ad instar Ecclesiæ.*

6 *Statuti verba verè, & propriè intelligẽda sũt, maximẽ in pœnalibus.*

7 *Ostium licet sit de Ecclesia, tamen non est in Ecclesia.*

ARGVMENTVM.

Statutum puniens delinquentẽ in Ecclesia, an procedat si delictum sit commissum in ostio Ecclesiæ?

DECISIO XXII.



Llustrissimus, ac Excellentissimus Do. Dux Maquedæ olim vigilãtissimus Prorex in Regno Siciliæ inter alias multas, & notabiles ordinationes factas statuto expresso mandauit, quod percutientes aliquẽ cum armis in Ecclesia, absq; effusione sanguinis vltra pœnas iuris cõmunis puniantur pœna obtrũcationis manus, vel deportationis; cũ effusione verò sanguinis pœna mortis naturalis: fuit dubitatũ si pœna prædicta irrogari potuisset percutiẽti aliquẽ in ostio ecclesiæ, absq; tamen effusione sanguinis, & pro accusatore allegatus fuit *text. in c. sicut antiquitus, cap. si quis in atrio, & cap. quisquis, 17. q. 4. c. nulla, & ibi glo. 12. q. 1. l. cætera, §. hoc Senatuscon sultũ, ff. de leg. 1.* vbi prohibitum

1 fieri in Ecclesia censetur etiã prohibitũ fieri in atrio, vel porticu Ecclesiæ, vel circũcirca per quadraginta passus, & dixit *Bart. post Cin. in l. præsenti, C. de his qui ad Eccles. confug. & in l. meminisse, ff. de offi. procons.* quod quemadmodũ quis non potest capi in Ecclesia, ita etiam, nec in ostio ipsius; &

2 quòd si statutũ puniat aliquẽ aggrediẽtẽ in domo sua, si assalierit illũ in ostio, vel ante ostiũ, vel in porticu, eadem pœna erit puniendus, sequitur *Specul. in tit. de iniur. §. 1. verf. pone in statuto. Bal. in l. si ita, §. item ait, ff. naut. caup. & stabu. & in rubr. ff. solut. matr. m. Iaf. in d. l. cætera, §. hoc Senatus consultum, num. 8. & 11. ff. de leg. 1. An. bar. cons. 160. sub num. 4. Alber. in d. l. præsẽti, & in 2. par. statutorũ, q. 208. vbi ait ita cõmuniter teneri, & seruari, & de cõmuni testatur Ang. ad Ang. de malef. in verb.* fecit

fecit insultum, post num. 3. Clar. in §. fin. quæst. 82. statuto 10. incip. statutum puniens, & ibi Baiard. nume.
3 111. & ratio est, quia appellatione domus continetur ostium, & alia omnia, quæ sunt ædibus affixa, l. si aquæductum, ff. de contraben. empt.
4 maximè quando insultatus est intra clausuram ostij, secundũ Bart. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de cloac. & Ias. in d. §. hoc Senatusconsultum, nu. 11. quos omnes Doct. sequuntur, vt dixit Bero. in cons. 177. sub num. 20. vol. 3. Et prædicta tantò fortius confirmari videbantur in casu de quo agebatur, quia insultans erat in cimiterio ipsius Ecclesiæ, & cimiterium iudicatur ad
5 instar Ecclesiæ, quia est locus Sacer. ad tex. in cap. decet. §. ad hoc, de immuni. eccles. lib. 6. & ita committitur sacrilegium in Ecclesia, quẽadmodum in cimiterio, cap. quisquis. 17. q. 4. & interdicta ecclesia, interdictum est etiam cimiteriũ, cap. si Ciuitas. de sent. excom. lib. 6. Abb. c. cum Ecclesia. de immuni. Eccles. & polluta Ecclesia dicitur pollutum cimiterium, quia cimiterium est de Ecclesia, cap. 1. de consecrat. Eccles. vel alta. Vinc. de Frãc. qui multa ad hoc deduxit decis. 402. numero 3. & facit notata per Farinac. in titulo de carcer. & carcera. quæstio. 28. num. 61. Remig. de immunit. Eccles. amplia. 8. in tract. nou. volum. 13. par. 1. fol. 92.

Contrarium tamen fuit me referente Excellentissimo Proregi iudicatum, quod in casu prædicto non erat locus pœnæ à statuto impositæ, sed alia extraordinaria,
6 quia verba statuti verè, & propriè sunt intelligenda, cum sit pœnale, & odiosum, cap. odia. cap. in pœnis, de re iudic. in 6. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. cum similibus.

Et ille, qui in ostio Ecclesiæ insultauit in materia pœnali, & odiosa, non dicitur in Ecclesia insultasse, quoniam licèt ostium sit de Ecclesia, non tamen est in Ecclesia,
7 ad text. in l. 1. §. in publico flumine, ff. de flumin. & quod statutum pu-
8 niens insultantem in domo non compræhendat illum, qui insultauit aliquem in ostio domus, dixit Bartolus in dicto §. hoc interdictũ, & post multos ibi Alex. in addi. & in dicta l. 1. §. in publico, idem Alex. & communiter alij Doct. post Bar. in d. l. cætera, §. hoc Senatus, ff. de legat. 1. Bal. in l. Gallus, §. ille casus, in vlt. col. ff. de liber. & posthum. & in l. data opera, 8. col. vers. quintũ prædicamentum, C. qui accusa. non poss. Alexan. in l. plerique, post eumdem Bar. ff. de in ius vocan. & ibi Ias. & facit: nam ille qui est in ostio Ecclesiæ nõ est in Ecclesia, nec extra Ecclesiã, sed partim extra, & partim intus, vt dixit gl. sing. in cap. cum Sanctam, in ver. vir ergo. de pœniten. dist. 2. & in odiosis, & pœnalibus casus mixtus nõ continetur sub simplicibus. Bart. & alij in l. 2. ff. de verbor. obligat. Bero. d. consil. 177. num. 22. & maximè si statutũ
9 vtatur illa dictione (in) qua denotat intra, & comprehendit locum interiorem, & non exteriorem domus, vel Ecclesiæ, secundũ Bar. in d. l. Gallus, §. ille casus, ff. de lib. & posthum. per tex. in d. §. in pub. flumine.

ne. Sali. in l. si quis in hoc genus, C. de Episcop. & cler. Bero. in d. cons. 177. vol. 3. per totum, qui latissimè hanc firmat conclusionem; & in materia Sacrilegij dixit *Vin. de Fran. in d. decis. 402.*

Nec obstabant decisiones in cõtrarium allegatæ, quia procederent secundum dictum Bart. quando delictum fuiss:t commissum intra clausuram Ecclesiæ, vt dixit *Vincent. de Franch. in prædicta decis. & licet Alber.* dicat opinionẽ contrarium esse communem, tamen subdit, quod de stricto Iuris rigore statutum non posset extendi ad Ostium, & quod hęc opinio est verior; Item Doct. qui loquuntur de immunitate Ecclesiæ, vt fuit *Bart. & alij in d. l. præsenti*, procedunt *in fauorabilibus, secus in pœnalibus, secundùm Bero. & Franc. in locis prædictis*, qui omnibus obiectis subtilissimè respondent; & eodem modo cessabant ea, quæ dicta fuerunt de cimiterio, quia à pari procedunt cum Ostio, & porticu Ecclesiæ, vt dixit *Remig. in loco supra allegato*, & propterea inquisitus fuit condemnatus ad remigandũ per annos tres, quæ sententia fuit cõfirmata per M. R. C. causarum criminalium, & ita exequutum de mense Ianuarij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Contrarium Imperium competit semel tãtum. Contra ex magis communi num. 5.*

Et intellige bis vltra primam sententiam, numero 8.

2 *Iudex semel tantum potest interpretari suam sententiam.*

3 *Interloquutor. a geminata non potest ab eodem Iudice reuocari.*

4 *Interloquutoria geminata, quoad Iudicem transit in rem iudicatam.*

6 *Appellatio bis competit à sententia diffinitiua.*

7 *Iudex appellationis succedit in locum Iudicis principalis.*

ARGVMENTVM.

Contrarium Imperium, an competat bis pro vtraque parte.

DECISIO XXIII.



RTICVLVS iste pluries fuit in Consistorio disputatus, cùm Doc. *in l. quod iussit, vbi est propria materia, ff. de re iudicata*, diuersimodè de eo loquuti fuerint. *Rainald. enim Petr. de Bux. Fulgos. & Ias.* voluerunt non competere, nisi
1 semel vltra primam vicem, quia etiam in casibus permissis variatio nunquam censetur concessa, nisi semel, *l. si quis iusiurandum, C. de reb. credi. Bald. in authen. habita. 9. colum. in 3. quæst. in fin. C. ne fil. pro patr.* & facit, quia Iudex nõ po-
2 test nisi semel suam sentẽtiã interpretari. *Bald. in l. 2. C. de sen. ex breuecit. Imol. in l. ab executore, in princip. ff. de appell. Angel. & Cuman. in d. l. quod iussit*, ergo multò minus poterat eam in totum reuocare.

Surd.

Surd.conf.288.num.5. & idem voluit Rip.ibid. num.38. verf. contrarium tamen, & in num.26. vbi ait, quod si interloquutoria sit ab eo
3 dem Iudice geminata, non potest amplius reuocari, & alleg. Papor. in capit. cum cessante. de appella. & Iaf.in d.l. quod iussit, num. 46. qui ita intellexit, glo. in clemen. fin. in verb. super eo. de appell. idem Iaf. in l. et si post tres, ff. si quis cautio. Fel. in cap. si cautio. colum.9. de fid. instr. Rub. Alex.conf.147. nu.18. Menoch.conf.785.nu.6.lib.8. Rot. Lucen. sub Camil.Lepid. & alijs decif.134.
4 in tantum, quod interloquutoria geminata, etiam quoad Iudicem transit in rem iudicatam. Contard. in l. diffamari, nu.138. post Hippo. & Cappell.Tholosa. C. de ingen. & manumif.

In contrarium tamen est magis
5 cōmunis opinio, quod tale remedium cōpetebat bis, vt dixit Bart. post Din.in d.l. quod iussit. num.17.
6 sicuti bis potest à diffinitiua appellari, l. 1. C. ne lic. tert. prouo. l. fideicōmissa, §. si quis decem, ff. de leg.3. l. 1. §. si cui, ff. vt leg. nom. caue. quā dicit esse ęquam, & post eum communem esse. testatur. Rip. in loco praallegato, sub num. 38. & magis cōmunem Iaf. ibidem nu.46. Dost. omnes Canoni. & pracipuè Prapof. nu.58. verf. 10. est q. in d. cap. cum cessante, de appell. Butr. in cap. fraternitatis. de frig. & malefic. per glo. in verb. fornicatio. Salic. in l. post sententiā, C. de sentent. & interloq. omni. Iudi. Rebuff. in d.l. quod iussit, nu.47. & ibidem Alexand. num.25. quam
7 confirmat, quia Iudex appellationis dicitur succedere in locum iudicis principalis, l. cum apud Sempronium, in fin. ff. Iudic. folu. gloff. in cap. fin. in verb. vltra decennium, de appellat. lib. 6. ergo sicut Iudex adi tus per appellationem non potest vltra bis mediante appellatione reuocare sententiam, ita nō debet hoc posse Iudex causæ principalis, idem Alex. in l. quidquid adstringendæ, num. 9. ff. de verborum oblig. vbi ait, quod cū Bar. transeut communiter Doct. ibi. Surd. conf. 167.nu.12. & conf.288.nu.15. Rimin.Iun.conf.654.num.5. Bimi. cōf. 70.num.21. vbi testatur de magis communi, & conf.38. nu. 32. quā
8 conclusionem intellige bis vltra primam sententiam, vt notanter declarauit Bero.in conf.19.nu.29. vol.3. vbi tunc dicit ipse habere locum dicta per Doct. præallegatos, quando interloquutoria fuit bis confirmata, vel reuocata, & secundum hāc opinionem fuit iudicatum in causa Vniuersitatis Sancti Perij cum Barone eiusdem terræ, & pro Hieronyma de Gerardis contra Philippum de Oria, & in pluribus alijs causis.

SVMMARIVM.

1 Exceptio peremptoria non admittitur in exequutione sententiæ. Amplia si exceptio fuerit opposita, & discussa, & à Iudice reiecta 2. nu.2. Intellige num. 7.
3 Exceptio inuentarij opponi potest in exequutione sententiæ. Amplia num. 6.

4 *Exceptio inuentarij non impugnat sententiam, sed modificat.*

Limita, num. 5.

ARGVMENTVM.

Exceptio inuentarij, an possit opponi in exequutione sententiæ.

DECISIO XXIIII.



Llustriss. D. Ducissa Bisbonæ fuit condénata vti hæres quondam D. Ioannis de Luna olim Ducis super bonis allodialibus, vel eorum pretio ad soluendum legatum relictum Annibali de Mauro, & ideò facta sibi iniunctione ad exhibédum bona in inuentario contenta, se opposuit, quod dicta bona allodialia ad eam deuoluta non sufficiebát, & hæreditas ipsa erat exhausta, stantibus solutionibus factis pro restitutione dotium, & dotarij, & alijs creditoribus, & subiugatarijs censuum eius vita duráte maturatorum, & pro expensis funeralibus; & obtinuit in M. R. C. quod oppositiones starent. deuoluta causa ad Consistorium via reuisionis dicebatur, quod exceptio
1 opposita erat peremptoria, quæ aliter admitti non poterat in exequutione sententiæ, *ad text. in l. peremptorias, C. sentent. rescin. non posse. Marant. in suo spec. par. 6. memb. 9. num. 11. cum simil.* & maximè, quod ante sententiam, & in processu stante præsentatione inuentarij fuerat huiusmodi exceptio opposita, & discussa, vt dixit
2 *glo. in l. Nesennius, §. vlt. ff. de re iud. Bar. Bal. & Imol. in l. ex diuerso, §. vlt. ff. solut. matrim. Ias. in l. 1. sub num. 19. C. de iuris, & fact. ignora. Roland. à Vall. de Inuent. par. 5. vers. exceptio inuentarij, num. 7. fol. mihi 173. Phanut. de inuent. §. 8. num. 2.*

Sed Consistorium confirmauit sententiam latam per M. R. C. quià licèt D. Ducissa fuerit condénata super bonis allodialibus dicti quondam D. Ioannis Ducis, vel eorum pretio ad eam peruento; non tamen prohiberi poterat, quominus in ipsa executione sententiæ potuisset opponere exce-
3 ptionem inuentarij, quod dicta bona allodialia ád eam peruenta non sufficiebant, vt dixit *Bart. in l. cum fideicommissum, sub num. 1. ff. de confess.* quam opinionem sequuntur *Bald. & Salic. in d. l. ex diuerso, §. si in iudicio, ff. solut. matrim. Anchar. consil. 6. col. penult. & final. Paul. de Castr. in d. l. cum fideicommissum, sub num. 1. vers. vltimo videtur, quod etiam secundo casu, & in l. 1. C. de iur. & fact. ignoran. col. 2. vers. ex his dicunt, & in consil. 166. sub num. 3. vol. 2. Alex. in addit. ad Bald. in l. 1. col. 2. vers. tertium exemplum, C. eod. tit. de Iur. & fact. ignor. quos refert, & sequitur Soc. Iun. consil. 45. num. 15. vol. 1. Rolan. à Vall. in d. tract. de inuét. in 5. par. vers. exceptio. inuentarij, fol. mihi 171.* à tergo, qui post alios, quos ipse refert, testatur communem opinionem. *Monticul. in simili.*

simili tract. de inuent. cap. 11 *num.* 10. *Bursat. qui etiam communem di xit consil.* 305. *num.* 7. *vol.* 3. quos refert, & sequitur *Fab. Turret. cos.* 75. *num.* 1. *vol.* 1. & reddunt rationem, quia huiusmodi exceptio nõ
4 impugnat ipsam sententiam, nec illi contradicit, sed illam modificat, & Doct. qui contrariam opi-
5 nionem tenent, procedunt, quando hæres fuisset ad instantiam creditoris condemnatus in solidum, quia tunc in exequtione sententiæ non posset excipere bona non sufficere; secus autem quando ad instantiam legatarij, seu fideicommissarij cõdemnatus fuisset prout erat casus de quo agebatur: nam tunc exceptio prædicta in exequutione sententiæ admittitur, vt ita distinguendo dixerũt *Corn. in d. l. si. §. donec, sub nu.* 2. *vsque ad fin. quẽ refert, & sequitur Roland. in supradicto loco, nu.* 5. *in fin.* vbi subdit hoc esse menti tenẽdum, & dicit, quod *Paul. de Castr. ad hoc allegat tex. in d. l. cum fideicõmissum, & Bald. in l. ab exequutione, col. fin. vers. sed dubitatur, C. quor. appell. non recipi.* vbi ait, quod ista sententia succedit loco obligationis primęuę; & originalis causa inspicitur; & prædicta conclusio, vt possit in exequutione sententiæ opponi, bona non suf-
6 ficere, procedit, tam si testator in eius patrimonio reliquerat tantum, quantum legauerat, verum deducto ære alieno fingebatur nõ esse, quàm sibi in bonis testatoris non erat tantum quantum legauerat, quia fortè reliquit centum, & legauit ducenta, vt dixit *Paul. de Castr. in d. l. cum fideicomm. nu.* 1. *in fin.*

7 Nec obstabat præsentatio inuẽtarij facta in processu ante sñiam: nam requirebatur, quod super ea fuisset discussum, & iudex illam expresse reprobasset, vt dixit *Bal. in l. receptitia, num.* 3. *C. de constitut. pecun. Placent. cons.* 36. *nu.* 9. *latissime Bolognett. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 82. *& sequen. ff. de verbor. obligat. & ibi Rip. nu.* 27. *per tex. in l. quod si in diem, §. si rationem, ff. de compen. vbi gloss. in vers. compensationem, & tex. in l. si autem, §. si quocunq; modo. vbi gloss. in verb. reprobare, ff. de negot. gest. Turret. in d. cons.* 75. *nu.* 7. *cum seq.* vbi latissimè huic obiecto pluribus rationibus respondet; accedebat prædictis, quod in casu isto agebatur de maxima ęquitate: nã prętendebatur, quod ex præsentatione inuentarij debuisset condẽnari D. Ducissa super bonis proprijs, cum ex publicis instrumẽtis apparuerit hæreditatẽ exhaustã, & totam fuisse conuersam in solutione onerũ hæreditariorũ, in tantum, quod ille iuris rigor non debebat aliter attendi, vt in his proprijs terminis animaduertit *Bursat. in d. cons.* 305. *nu.* 7. *lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Pinguevalens debitum in distractione, quæ fit vigore instrumentorum, non procedit si exequutio fiat vigore sententiæ. Contra nu.* 2. *&* 8.

3 *Instru-*

3 *Instrumentorum appellatione venit sententia.*
Item venit scriptura priuata, nu.4.
5 *Ritus 114. de pinguevalenti, declaratur.*
6 *Sententia infra annum habet exequutionem paratam per Ritum 132.*
7 *Statutũ vnum declaratur per aliud.*

ARGVMENTVM.

Pingueualens, an competat si distractio fiat vigore sententiæ?

DECISIO XXV.



IN Regno per Ritum 112. & 114. dispositum est, quòd vbi agitur vigore publicorum instrumẽtorum ibi enumeratorum, & in subhastatione rerum debitoris non inuenitur pretiũ condecens, quod adiudicentur creditori ad pingueualens, & ideò in casu de quo agebatur, ex quo distractio fiebat vigore sententiæ, quæ nõ reperiebatur aliter inter eos enumerata, dictũ
1 fuit non posse locum habere Ritũ prædictum, prout ita seruatũ fuisse in M.R.C. testatur *Ioan. Aloy. de Septimo in apostil. ibid.*

Sed contrarium iudicauit Con-
2 sistorium pro Ioseph de Modica, contra D. Pernam Bonanno, quia appellatione instrumentorum ip-
3 sa sententia comprehenditur, vt dixit *Bar. in l. in fraudem, §. neque, ff. de iure fis. Doct. in rub. C. de eden. & in cap. inter dilectos, de fid. instr.* in tantum, quod dum militat eadẽ
4 ratio, appellatione instrumenti venit scriptura priuata secundum cõmunem opinionem, de qua testatur *Crauet. de antiq. temp. par. 1. nu. 245. Mandos. ad Roman. cons. 27.*
5 Ratio etenim, qua mouetur Ritus ad concedendum pingueualẽs est duplex; prima, quia in casibus ibi per Ritum enumeratis, datur executio, quod patet dum dicitur in eo tex. c. 114. *(& in casu vbi ex pacto est dictum in contractu, quod fiat executio breui manu)* quo fit, quod vbi agitur via exequutiua in casibus per Ritum enumeratis, tũc ex eiusdem Ritus dispositione cõpetit pingueualens: igitur vbicunque vigore sententiæ agitur in tẽpore, quo sententia habet executionem, tunc in ea locum habebit Ritus dispositio, vt detur pingueualens, quia militat eadem ratio, *l. 4. §. toties, vbi Bar. & Doct. ff. de dam. infect.* & vbi militat eadem ratio, non dicitur interpretatio extensiua, sed comprehensiua; quia quicquid ex mente, & ratione colligitur, dicitur expressum in statuto, ad *tex. in l. ita nobis, C. de adult.* quod ampliatur procedere etiam si statutum taxatiuè loqueretur, & per enumerationem rerum: nam ex quo militat eadem ratio, extenditur vltra res, siue casus enumeratos, ita *Præpos. in c. 1. §. 2. in prin. de alie. feud. & post alios Rim. iu. cõs. 4.* In casu isto licet Ritus enumeret instrumenta, quibus dat executionem paratam, & consequenter pingueualẽs, quoties vigore ipsorum agitur via executiua, & sic non appareat

pareat inter eos enumerata senten-
tia, tamen idem Ritus dat execu-
6 tionem paratam sententiæ infra an
num, vt apparet in cap. 132. idcir-
7 co cum vna pars statuti per aliam
declaretur, intelligitur comprehē
sa ipsa sententia in dicto Ritu 114.
*ad tex. & ibi Ang. in l. non est no-
uum, ff. de leg. Paris. cons.* 110. *num.*
34. *lib.* 3. Secunda fuit ratio, quia
per Ritum fuit introductum pin-
gueualens in casibus supradictis;
quia creditor, qui debet recipere
solutionem in pecunia, grauatur
accipiendo rem, contra *tex. in l.* 2.
§. 1. *si cert. pet.* tunc releuatur acci
piendo cum pingueualenti, hanc
rationem adduxit *glo. in verb. De-
cima, in auth. hoc ius porrectum, C. de
sacrosanct. Eccles. & ita post Ioan.
Aloys. de Septimo super d. cap. Ritus*
112. *alias suo ordine* 17. *tradit Cu-
mi. nu.* 172. & cum isthæc ratio ita
militet in debito dependente ex
contractu, sicuti ex sententia, ita-
que idem ius militare debet. *Pa-
ris. d. cons.* 110. *num.* 25. Et hanc o-
8 pinionem tenent Saccurasa in di-
cto Ritu, vbi id ampliat etiam pro
cedere in iureiurando, & confes-
sione. *Prouinz. in addit. ad Bertach.
in verb. sententia. D. Octauius Cor-
set. in allegatione Comitissæ Castri,
num.* 5. *vol.* 7.

Et ita in praxi seruatur, & plu-
ries fuit iudicatum per M.R.C. &
Consistorium, præsertim pro D.
Ioanne Agliata contra Antoninū
Lombardo; item pro Monreale
contra illos de Landolina; rursus
pro fisco contra hæredes de Aglia
ta, & pro Comite Montis Mellis
contra Marchionem Iulianæ; &
pro Marchione Gruttulæ contra
Principem Castrinetrani, & in plu
ribus aliis causis; & minimè mu-
tanda sunt, quæ certam semper ha
buerunt interpretationem, *l. mini-
mè, & l. si de interpretatione, C. de
leg.*

Nec obstabat, quod Aloysius de
Septimo referat contrarium fuis-
se seruatum in M.R.C. nam hoc
fortè erat antiquis illis tempori-
bus, secus hodie ex prædictis, & vl
timus stylus attendi debet, *Bursat.
cons.* 360. *nu.* 63. *in fin. Sim. de Prat.
consil.* 43. *num.* 12. *& dixi supra in
decis.* 1. *in fine.*

SVMMARIVM.

5 *Hypotheca non retrotrahitur in præ
iudicium alterius.*

2 *Creditor primus non præfertur secun
do creditori respectu pignoris de
nouo acquisiti.*

3 *Hypotheca acquisita à primo credi-
tore post secundum, non præfer-
tur secundo.*

4 *Creditor qui præfertur in hypotheca,
præfertur etiam in accessorio.
Intellige num.* 6.

5 *Text. in l. creditor, §. si primus, ff. qui
potio. in pigno. habe. declaratur,
& num.* 7.

ARGVMENTVM.

**Creditor anterior an possit sibi
adiudicare bona debitoris cū
pacto ad discursum in præiu
dicium alterius creditoris ha-
bentis**

bētis idem pactum anterius, licet pro credito posteriori?

DECISIO XXVI.

1 Elisabetta Percolla cessionaria Hieronymi Staiti pro credito priuilegiato ex causa legitimæ, petiit in M. R.C. præferri Isabellæ, & Paulutiç Staiti in distractione bonorum Iacobi Staiti, & obtinuit sententiam in sui fauorem; sed quia in distractione ipsa prætendebatur per D. Elisabettam bona ipsa sibi adiudicari cum pacto ad discursum, fuit ad instantiam dictorum de Staiti missum ad effectum; quod procederetur præcedente æstimatione, ex quo pactum prædictum habuerat in instrumento transactionis fatis post eorum contractum, & obligationem pro causa magis anteriori, & priuilegiata, & hypotheca ipsa anterior erat tacita à lege inducta ob legatum factū per illum quondam Iacobum Staiti seniorem; & sic impediebatur vti pacto prædicto ad discursum in eorum præiudicium, nec in ipsorū damnum, qui medio tempore contraxerunt, poterat retrotrahi, iuxta *tex. in l. mater, §. eandem, ff. de except. rei iudi. Fan. de pignor. part. 1. memb. 1. num. 20. 21. & 22. & l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. habean. Ioan. Franc. de Pont. cons. 36. nume. 38. Vin. de Anna allegat. 145. nu. 3.* Item faciebat *glo. in l. 3. ff. qui pot. in pign. hab.* vbi habetur, quod si
2 primus creditor mutuauit pecuniā acceptis pignorib⁹, & secūdus creditor mutuauit pecuniam acceptis eisdem pignoribus, si primus exinde renouat primam hypothecam cum eisdem pignoribus, aliis nouis additis, primus creditor nō potest præferri respectu nouorum additorum, sequitur *Fan. de pigno. in 3. memb. 6. part. nu. 7.* & consequenter cum dicta de Percolla primo loco habeat hypothecā, & post secundum creditorem receperit pactum illud ad discursum, quod est additum de nouo, non poterat vti pacto illo in præiudicium actorum, cum dicta de Percolla posterior sit in illo pacto nouiter addito.

Postremò fuit allegatus *tex. in l. creditor, §. si primus, ff. qui pot. in pi*
3 *gno. hab.* vbi si primus, qui sine hypotheca credidit post secundum, qui vtrunque fecit, ipse hypothecam accepit, posterior erit in hypotheca; sequitur *Rip. in l. priuilegia, nu. 37. ff. de priuil. cred.*

Ex aduerso dicebatur, quod pro decisione huius causæ aderat doctrina indiuidualis *Ange. in l. si prior. §. fin. ff. qui pot. in pig. habean.* vbi hæc formalia verba dicit, *No-*
4 *ta bene, quòd qui præfertur in hypotheca, præfertur in omni pacto, quod est accessorium ipsi hypothecæ,* & cum pactum ad discursum sit accessorium, & sequela hypothecæ, meritò tanquam quid connexum debebat sequi naturā ipsius hypothecæ, & consequenter cum Do. Elisabetta Percolla habuerit prælationem in hypotheca, ita & in pacto ad discursum.

Nec

Nec obstare videbatur text. in
5 dicto §. si primus; ibi enim Titius erat creditor Caij in centum actione personali tantum, postmodum alius fuit factus creditor eiusdem Caij non solum in actione personali, verùm etiam in actione hypothecaria; deinde Titius qui primo loco erat creditor in actione personali, obtinuit hypothecã in bonis Caij; quærit ibi Iureconsultus, quis istorum præferendus, & decernit illum esse præferendum, qui vtrunque obtinuit, scilicet hypothecam, & actionem personalem, & non immeritò: quia prior fuit hypotheca, & non consideratur, quod ille Titius fuerit creditor anterior in actione personali, in tantum quod ex dispositione dicti tex. nõ videbatur colligi posse, quod creditor anterior cum hypotheca non possit obtinere pactum ad discursum in bonis sui debitoris in præiudicium creditorum posteriorum; tanto magis, quod & si ista de Percolla cũ pacto prædicto sibi bona omnia adiudicaret, tamen lex in hoc eis attribuit remedium iuris offerendi, quod competit posterioribus creditoribus, & sic videbatur cessare præiudicium, quod ex aduerso allegatum fuerat.

Consistorium iudicauit procedendum esse præcedente æstimatione cõfirmando sententiam M. R.C. die 23. Augusti 1603. secundum quam opinionem fuerat aliàs iudicatum in eadem M.R.C. die v. Decemb. 1601. contra Donnam Hieronymam de Vincentio ad instantiam istorum de Staiti. Nec obstabat doctrina *Ang. in d. l. si prior*, quod creditor etiam respectu accessorij præfertur: nam
6 procedebat, quando simul & eodem tempore tale accessorium est appositum, sed non quando ex post facto, & post secundum creditorem tale accessorium de nouo apponeretur. Non enim posset retrotrahi in præiudicium secundi creditoris, qui medio tempore acquisiuit pactum prædictum: secũdo, & melius respõdebatur, quòd Angel. loquitur, quando primus qui habet hypothecam præfertur secundo etiam habenti hypothecam, & pactum, adeò quod secundus creditor non possit vti pacto contra primum; Minus obstabat dicere, quod tex. *in d. l. creditor, §. si primus*, loquebatur in actione
7 personali, & quod creditor posterior in hypotheca præfertur priori habenti personalem; quia tex. ille non allegatur de actione personali ad hypothecariam, sed adducebatur ad hoc, quod ille creditor anterior, qui habebat pactum post secundum creditorem, non poterat preferri secundo, qui ante primum habuit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si iudicat cum alio incompetenti reddit sententiam nullam.*

Amplia numero 3.

Contra numero 13.

2. *Ha-*

1 *Habilis associando sibi inhabilem in iurisdictionalibus, operatur nullitatem.*

4 *Sententia lata à pluribus delegatis cum alio incompetenti, est nulla.*

Amplia num.5.

Ratio num.6.

7 *Sententia lata à pluribus ordinariis cum alio incompetenti est valida, & num.10.& 11.*

Amplia num.12.

8 *Textus in l.1. ff. quod fals. tuto. ampliatur in contentiosa iurisdictione.*

9 *Iudices ordinarij habent iurisdictionem in solidum.*

14 *Text. in cap. cum super, de off. deleg. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis, & non competens, an sit nulla.

DECISIO XXVII.

FVit in M.R.C. lata interloquutoria ad fauorem Reuerendi Patris Rectoris Collegii ciuitatis Minei cõtra Baronem Alazonæ, in qua causa stante suspitione vnius ex Iudicibus M.R.C. sedis Ciuilis, interuenerat, alter causarum Criminalium sub prætextu, quod per Excellentissimum Proregẽ fuerit in eius locum subrogatus, quod quidem ex lectura commissionis non apparebat in prædicta causa, sed in alia similiter executiua vertente inter easdẽ partes: quibus stantibus dicebatur ex parte Baronis interloquutoriã prædictam esse nullam, *ad text. in cap. cum super, de off. deleg.* vbi habetur, quod si fuerint dati iudices cum clausula, quod vnus possit iudicare eo casu, quo alter fuerit impeditus, licet venerit casus impedimenti, & sic quod alius Iudex solus poterat iudicare, tamen si iu-
1 dicat cum alio incompetenti, nulla est sententia; quia quod potuit, noluit. Item quia voluntas, & potestas sibi aduersantur, ac etiam quod ita procedendo videbatur tacitè confiteri, quod solus procedere non poterat, vnde *Abb. in d.*
2 *cap. nu.7.* dixit, quòd habilis associando sibi inhabilem in iurisdictionalibus operatur nullitatem, & ibidem *Henric. Boich. nu.7* asserit, quòd iniquum esset, quòd iudex, qui solus procedere poterat, in præiudicium partis aduersæ, alium admittere posset, qui admissus ipsum peruerteret, sequitur *Innoc. in d. cap. num.6. in final. vers. vers. vel sic. Bald. in d. cap. cum super. Fel. in cap. ex officij, de præscript. & melius in d. cap. cum super, nu.8. vers. hæc & similia, & ibi Dec. nu. 39. Bongiorn. Siculus magnæ authoritatis in alleg. 14. num.20. vol.4. al*
3 *lodial.* vbi ait, quod sententia esset nulla, etiam si prolata esset, vt ab ordinario propter adiunctionem personarum aliarum non collegarum, *l. Pedius, ff. de arbi. & quoniam Abb. & ibi Anton. de off. deleg.*

Ex aduerso dicebatur, quod decisio

cisio huius causæ pendebat ex distinctione tradita per Doct. *post gloss. in d. cap. cum super, de offic. deleg. & in cap. ad probandum, de re iudic.* vbi dicunt, quod aut senten tia est lata à pluribus delegatis; aut à pluribus ordinarijs; aut ab ordinarijs, & delegato, quorum alter in præmissis casibus erat in habilis. Primo casu sentētiam nul
4 lam esse ait *tex. in d. cap. ad proban dum, quia* delegatorũ iurisdictio connexa est, *cap. prudentiam, de off. deleg. Rimi. iun. cons. 237. nu. 18. Natt. cons. 39. num. 6. Becc. cons. 91. num. 5. Bott. cons. 5. num. 10.* & iudi candi munus est quid indiuisibile, *Anton. Sola super decret. Subaudi. tit. de senten. glo. 1. num. 12. Vant. de nullit. defect. iurisdict. ordi. nu. 183. & est tex. in l. Pædius, ff. de arbitris.*
5 quod ampliatur *ex cap. cum super, de off. deleg.* quamuis cum clausula, quod si non ambo delegati fuissent, & habilis credens inhabilem esse suum collegam, errore iuris cum eo in causa iudicasset, hoc idem confirmat *Abb. ibidem nu. 10. Butr. post Host. num. 17. Innoc. nu. 6. in fin. Felin. nu. 8. d. vers. hæc & similia, Vant. d. num. 183. versic. quod intellige, Bart. in l. 1. num. 1. ff. quod fals. tutor. & multa similia congerit Foller. de cens. in ver. & vides, il 3.*
6 *nu. 10.* quia suæ iurisdictionis certus esse debet delegatus, an in solidum habeat, ita vt iuris errore omninò careat secundum allegatos, & hic non est casus de quo agitur, cum causa non fiat coram pluribus delegatis. Secundo casu sententiã à pluribus ordinariis latã,
7 quorum alter erat inhabilis, validam esse, tradunt *in d. cap. cum super, Abb. Fel. Butr. Innoc. & Hostię. ad idem Bart. & Vant. in locis præal la. moti præsertim ex l. 1. §. 1. ff. quod*
8 *fals. tuto. quem tex.* etiam in contentiosa iurisdictione intellexerunt *Abb. Feli. Butr. & cæteri* communiter; & ratio huiusmodi conclusio-
9 nis est, quia ordinarij iudices iurisdictionem habent in solidum, & cum alio nil connexum, iuxta *glo. in d. cap. cum super, & in d. cap. ad probandum, in verb. cassata.* ideo que ordinarius suæ iurisdictionis benè cōscius inhabilem collegam admittens in iudicando, cum erret tantum in facto, non profert sententiam nullam, quia ex in solidum, quam habet iurisdictione decidisse credendum est, Abb. & alij communiter in citatis locis. Potestas enim iudicis habilis non immutatur per inhabilem iudicem, *Roman. cons. 506. nume. 13. Alex. cons. 93. vol. 7. Foller. in loco citato, num. 16. Lancellot. Galli. consil. 64. nu. 4. & sequen. Gabri. cons. 39. in 1. Gail. de pac. publi. lib. 1. obseru. 6. nu. 21. Honded. cons. 21. num. 45. vol. 2. Gomez in cap. statuimus, num. 113. de rescript. tom. 5. repet. Hinc dixit Bald. post Innoc. in cap. illa quotidiana, num. 5. de electio. & elect. potest.*
10 quod si tres dati sint iudices cum clausula, quod duo sufficiant, & duo iudicēt cum testio excommunicato, valeat sententia propter virtutem clausulæ, cui inhæsisse videntur; Item vt res potius valeat, quam pereat, *iuxta text. in l. quoties, ff. de reb. dub. l. sed si possessori,*

§. item

§.item si iurauero,& ibi Ias.ff.de iureiur.l.Insulam,& ibi Ias.ff.de præscript.verb.idem quoque dixit Abb. in d.cap.cum super,nu.10.versic.sed
11 *ex hac.* quod si verus Iudex scit se habere potestatem in solidum,sed ad maiorem cautelam cum alio vult procedere, valida est sententia ex persona ipsius, licèt postea reperiatur alium fuisse incompetétem,& prædicta procedunt etiã si essemus in dubio, quia ex in solidum iurisdictione fuisse latam, præsumendum est, *Butr.d.cap.cum super,nu.17.* Idem & fortius dicendum erat in tertio casu, quando
12 sentẽtia fuisset lata ab ordinariis cum delegato inhabili ex prædictis decisionibus, & præsertim ex *Abb.in d.c.cum super, nu.10.in fin.* quia iurisdictio non competit ordinario vti proueniens à delegato,sed ex se illam habet, cui inhærere semper præsumitur *ex Bal. in d.cap. illa*, nec potestas ordinaria habilis per inhabilem delegatum immutatur,secundum *Rom.d.consil.506.nu.13.* & ideò ex prædictis attenta in solidum iurisdictione, quam duo Iudices M.R.C. causarum ciuilium vti ordinarij habebant, quamuis interuenerit alter non competens, Consistorium iudicauit sententiã validam die 28. Septembris 1603.

Nec obstant *Felin.& alij supra allegati*, quia procedunt in primo casu,& sic in iudicibus delegatis; Item facit, quod communis Doc.
13 conclusio est in cõtrarium *ex Bal. Lancell.Gall.& aliis*, demum constabat in facto Iudices prædictos potius in solidum vti voluisse iurisdictione,quia in interloquutoria non apparebat apposita visio illius Iudicis cõdelegati, prout in similibus fieri seruatur.

Rursus non obstant rationes ex aduerso consideratæ *in d.cap. cum*
14 *super*, ex quibus illius cap.dispositionem in ordinariis etiam procedere concluditur; quia potissima illius cap. causa fuit recusatio, in qua à Doct. tota vis fit, & pro ea summarium, & ad quæstiones infertur. Secundo noluit ibi solus decidere,cum potuisset, quia credebat cum eo decidere debere, & errauit in iure. Tertio ibi à condelegato voluit iudicandi potestatẽ habere,putans ex se non posse, iuxta *glo. in d.cap. ad probandum*, hic M.R.C. in solidum habebat potestatem, & ex ea iudicare voluit, prout etiam præsumeretur, vt dictum est,nec in iure errauit.

Et demum non resistebat dictum *Bongiorn. quia tex.in d.l.Pædius,& Doct.per eum allegati* loquebantur in iudicibus delegatis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur de euictione ex natura contractus.*
2 *Et ad pretij restitutionem sequuta euictione,num.2.*
3 *Amplia in creditore vendente,nu.3.*
4 *Creditor consentiens venditioni, & precium recipiens, an sequuta euictione teneatur ad eius restitutionem.*
Limita,num.5.6.7.8.10.13.14.& 15.

9 Credi-

9 *Creditor vendens cessante dolo non tenetur de euictione. Intellige, numero 16.*

11 *Creditor licet non teneatur de euictione, tamen sequuta euictione tenetur pretium restituere, si illud receperit.*

12 *Text. in l. quidam, ff. de euictio. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, recipiendo pretium ab emptore, an sequuta euictione teneatur restituere pretium receptum?

DECISIO XXVIII.

1 VEnditor tenetur de euictione, etiã si euictio non sit promissa ex natura ipsius contractus, *ad text. in l. non dubitatur, vbi Bald. & cæteri Docto. C. de euictio. Decian. respon. 18. num. 29. lib. 2.* vbi alios cumulat, & ad pretij resti-
2 tutionem sequuta euictione, *Paul. de Castr. in l. emptorem, §. qui autem, ff. de act. empt. post eum Afflict. in cap. Imperialem, in 13. notab. num. 39. de prohib. feud. alien. per Federic. Surd. consf. 36. num. 22. lib. 1.* quæ quidem conclusio procedit etiam in creditore vendente, vt
3 dixit *Alexan. per illum tex. in d. l. emptorem, §. qui autem, ff. de actio. empt. Vivi. decis. 24. nu. 4. in fin. & decis. 152.* vbi refert ita iudicatum. Sed in causa V. I. D. Francisci Cannella, & consor. contra Iacobum Palmerino fuit dubitatum, si prædicta procederent in creditore cõsentiente venditioni, & pretium recipiente, & videbatur dicendum,
4 quod non: quia creditor ipse consensit venditioni, vt sibi præiudicaret in iuribus suis illa cedendo, & remittendo, quo casu non tenetur, vt dixit *text. in l. 1. C. cred. pign. euic. non debe. & gloss. in l. aliud vendere, ff. de reg. iur. Natt. consf. 38. num. 1. 2. & 4. lib. 1. Gabelli. in tract. de euictio. §. 5. in tit. in quib. casib. euictio. locum non habeat. num. 36. Crauett. consf. 668. lib. 6. Ceph. consf. 393. num. 15. lib. 3. Gabr. consf. 72.*
5 *vol. 1.* Et ideo censetur remisisse ius & hypothecam, quam super illo pignore habeat, ad tex. *in l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & l. 2. C. de remissio. pigno. cum aliis traditis per Fan. de pigno. 3. memb. 6. par. num. 12.* Item faciebat, quia ipse non erat obligatus de euictione in illo contractu emptionis, nisi tantũ facto, & culpa propriis tantũ, & tamen euictio fuerat sequuta ex alia causa, quo casu creditor non tenetur ad pretij restitutionem, vt singulariter tradit *Bald. post gloss. in d. l. non dubitatur, vers. & nota, C. de euictio.*

6 Præterea dicebatur, quod prædicta conclusio non procedit, quã do venditor cederet iura sua in casu euictionis, quæ haberet contra aliquam personam, & bona, prout factum fuerat in præsenti casu; nam dictus de Palmerino creditor cesserat dictis de Cannella empturibus omnia iura sua in

largissima forma, in tãtum, quod & si venditor fuisset dictus de Palmerino ipsius loci, prout non erat, vtique non teneretur ad pretij restitutionem, vt dixit *Bolognett.in l.non solum, §.morte, numero 211.ff.de nou.ope.nuntia. Natt. in cons.181.nu.7.& vers.8.* hoc sic stante, & post alios *Surd.in consil. 36.num.6.*

Rursus faciebat, quia isti de Cannella emptores sibi præcauerunt de euictione contra principales venditores in omni, & quocunque casu; vnde creditor consentiens nõ tenetur restituere pre
8 tium, vt in terminis concludit *Surd.in d.cons.36.nu.6.versic. nam aliunde.*

Postremò dictum fuit, quod euictio sequuta non fuit ex facto, & dolo proprio ipsius de Palmerino, sed ex alia causa; & tamen ces-
9 sante dolo, etiamsi creditor vendiderit, non solum non tenetur de euictione, nec ad aliud, *iuxta titu. C.si vend.euict.pign.non debe.* verùm nec ad pretij restitutionem, vt dixit *tex.in l.emptorem, §.sententiam, ff.de actio. empt.* cuius verba sunt
10 [Sententiam Iuliani verissimam esse arbitror in pignorib. quoq; nam si iure creditoris vendiderit, deinde hæc fuerint euicta, non tenetur, nec ad pretium restituendum empti actione creditor. Hoc enim multis constitutionibus expressum est; dolum autem præstabit planè vẽditor, denique etiam repromittet de dolo.] id etiam confirmat *glossa 1. in dicto §.sententiam, ibi (vt ratione doli teneatur; quia aliàs non tenetur) & sequen.*

His non obstantibus Consistorium contrarium iudicauit confirmando sententiam Magnæ Regiæ Curiæ: quia licèt vera sit conclusio, quod creditor consentiens venditioni non teneatur de euictione secũdum Doctores in principio allegatos; tamen non proce
11 dit, quando consentiens recepit pretium, vel partem pretij prout erat in casu isto; quia tunc tenetur de euictione, ac etiam restituere pretiũ, vt dixit *glossa in lege aliud, ff.de regul.iuris. & est text. expressus in l.quidam, cum glos.ff. de euictio. & ibi Bartol. Mainer.in dicta lege aliud, numero 4. idem Cephal. consil.393.nume.15. in 3. Roffred. de libell.in eius quæstio. Sabat. quæstione 54.numero 13.in fine, fol.mihi 770.* & in terminis voluit *Alexan.in consil. 235. numero 9. volumine 6. & melius Bald.in cons.227. numero primo, volumine 5.* qui loquitur, quando venditio est facta ad commodum creditoris: nam talis creditor dicit ipse semper tenetur defendere emptorem, & cõcludit generaliter, quod omnis ille, qui consentit venditioni, & recipit pretium, tenetur de euictione, & tamen constabat ex lectura contractus venditionis, quod illi de Agnello venditores vendiderant locum ipsum istis de Cannella cum onere soluendi pretium Palmerino creditori præsenti, & recipienti, prout fuit solutum: & licèt *Alexand. & Bald. supra proximè citati allegẽt text.in l.quidam, ff.de euict.*

euict. qui loquitur in domino con sentiente, & pretium recipiéte ex venditione rei suæ, & non in credi tore, prout est iste de Palmerino,
12 tamen Iurisconsultus in d.l. quidam, voluit dominos rei venditæ per alium teneri de euictione; nō quia erant domini, sed tantum quia fuerunt præsentes venditioni, & pretium receperunt: nam in domino sufficiebat solus consensus, etiam quod non receperit pretium, vulgatis iuribus, in tantum, quod quotiescunque cum præsentia concurrit etiam receptio pretij, *text. in d.l. quidam*, procedit in quocumque etiam non domino, & maximè quod *gloss. in d.l. aliud, de reg. iur. allegat tex. in præd. l. quidam, in non domino*, dummodo tamen, quod receperit pretium, & in proprijs terminis sequuti sunt *Bald. & Alexand. in preallegatis locis*.

Et ad contraria respōdebatur, quod licèt consentiens non teneatur de euictione, quia interuenit, vt sibi præiudicium oriatur in iuribus suis; tamen hoc non procedebat, quando cōsentiens recipit pretium, vt dixerunt *Ceph. & cæteri ex aduerso relati*.

Item nō obstabat dicere, quod iste de Palmerino erat obligatus de euictione facto proprio tantū, & euictio sequuta fuerat ex alia causa, quia licèt taliter promiserit, & euictio sequuta fuerit facto alieno, tenetur tamen ad pre-
13 tij recepti restitutionē, iuxta *text. expressum in l. emptorem. §. fin. ff. de act. empt. de communi testatur Ruin. consil. 94. num. 5. vers. quarto etiam respondebatur, vol. 1. Fab. de Mont. de emptione, & venditione, quæst. 6. princip. numero 76.* quod procedit etiam si esset addita illa clausula (*& non aliter, nec alio modo*) quoniam non obstante tali dictione taxatiua, & clausula, tenetur ad restitutionem pretij, *Afflict. in ca. Imperialem, in 13. notab. de probib. feud. alien. per Feder. optimè Surd. consil. 36. num. 22. volum. 1. nec doctrina Bal. in d.l. non dubitatur*, procedit in casu isto, in quo venditor se obligauerat facto proprio de euictione, quod non erat in casu suo, *iuxta tex. in d.l. emptorem, allegatum per glo. & Bald. in d.l. non dubitatur*.

Vlterius tradita per *Surd. post*
14 *Natt. in d. consil. 36. numer. 36.* non militabant in casu isto, quia ibi expressè pactus est venditor nolle teneri pro certa causa particulari adnotata per text. *in l. qui libertas, cū sim. C. de euict.* secùs tamē erit si simpliciter, & generaliter promiserit, prout in casu isto: item in casu Nattæ illa res fuerat tradita viliori pretio, & non iusto, & sic videtur subiecisse fortunæ, meritò non tenebatur ad pretij restitutionem.

Præterea nec vrgebat, quod isti de Cannella sibi præcauerunt de euictione contra principales venditores, & sic habere aliunde actionem, quo casu non tenebatur creditor ad restitutionem pretij, secundum *Surd. in d. consilio 36. nu. 6. versic.* nam aliundè; quia notoriè constabat illos de Agnel

lo venditores non esse soluendo, imo omnes fore mortuos, & bona ipsa remansisse penes dictos de Palmerino ex quadam datione in solutum præsentata in ipso processu. Item dicebatur, quod non reperitur prohibitum habere plures obligatos; & demũ dicta per Surd. faciebant pro istis de Cannella: nam determinat ipse, quod venditor non obstante, quod promisit de euictione facto proprio tantum cum clausula, & non aliter, nec alio modo; si tamẽ euictio eueneris ex facto alieno tenetur
15 ad pretij restitutionem. Non obstant in contrarium adducta in argumentum ibi numero 6. vbi venditor de consensu emptoris liberauit suum authorem ab obligatione euictionis.

Postremo *ad tex. in §. sententiam Iuliani, respondebatur*, quod ibi vẽ
16 ditor non se obligauerat de euictione, prout erat in casu isto, in quo obligauerat se expressè, *& tex. iste procedit à pari cum tex. in l. 1. C. credit. euict. pign. non deber.* qd etiam quod concurrant illa quatuor requisita *per glo. illius text.* nihilominus quotiescunque venditor expressè se obligat prout, in casu isto, tenetur vt promisit, iuxta *textum in l. secunda, C. eodem titu.* & cũ pro exequutione prædictæ sententiæ fuisset exequutio causata in Tribunali Sancti Officij, stante quod ille de Palmerino erat de illo foro, me referente simul cũ Doctissimo Regio Consiliario Lutio Denti, fuit per dictum Tribunal secundum prædicta iudicatum die 30. Augusti, xv. Indictionis, 1062. & idem fuit iudicatum in Consistorio me absente die 11. Decem. 1602. pro Donna Vittoria de Homodeis, contra Hæredes Vincẽtij Vilzera, licèt in causa pdicta fuerit per Tribunal aliquantulum dubitatum: nam ille de Vilzera relaxauerat locum sibi venditum per illum de Iacobo Don Francisco de Homodeis cum onere soluendi pretiũ dicto de Iacobo principali venditori, cui fuerat postmodum facta solutio, & se obligauerat de euictione facto proprio, & sic cessabat æquitas dicti, §. qui autem, & consequenter eius dispositio, vt dixit *Natt. in d. cõs. 181. n. 8. vers.* postremo considera, quia pretium non peruenerat ad eius manus, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Possessor bonæ fidei vigore sententiæ facit fructus suos.*
Amplia num. 2.
Item si sententia reduceretur ad irritum. num. 3.
Contra num. 4. & 10.
5 *Titulus redactus ad non titulum facit cessare acquisitionem fructuũ.*
Amplia in fructibus percipiendis n. 6. ratio num. 7.
8 *Donatio si reuocatur, res donata restituitur vna cum fructibus.*
9 *Possessor vigore sententiæ retractatæ tenetur ad fructus perceptos.*
11 *Titulus reuocatus non inducit bonam fidem.*

AR-

ARGVMENTVM.

Possessor rei vigore sententiæ retractatæ an teneatur restituere rem cum fructibus?

DECISIO XXIX.



VIT ad instantiā Vincentij Xara creditoris, causata executio contra Olimpiam Susinno, & interpositum primum decretum super quodam tenimento domorum ipsius debitricis, & tandem præsentatis oppositionibus data interloquutoria, quod reijciantur, fuit processum ad interpositionem secundi decreti, & capturam possessionis dicti prædij; & quia sequuta causa oppositoria exequutio prædicta fuit retractata, & possessio dictæ domus peruenerat de nouo ad dictam de Susinno debitricem, quæ per aliquos menses possedit vsquequo sententia in iudicio reuisionis fuit reuocata, & restituta fuerit possessio: propterea facta liquidatione de fructibus perceptis per dictam de Susinno illo medio tempore à die recuperationis domus ob primam sententiam, per quam fuerat exequutio retractata vsque ad diem quo possessio domus fuerat restituta isti de Xara, stante reuocatione sententiæ ad vntias 47. & pro ipsius exequutione causata ad instantiam actoris, fuit dicta de Susinno per M.R.C. liberata, commissa mihi causa via reuisionis ab Excell. Prorege, videbatur rectè fuisse iudicatum, quia d. do Susinno erat bonæ fidei posseditrix vigore sententiæ
1 latæ per Iudicem; quo casu suos fecit fructus, nec teneri ad eius restitutionem, *ad text. in l.4.§.1. ff.fini.regun.§.si quis à non domino, Institu.de rer.diuisi.l.bonæ fidei emptor, ff.de acquir. rer. domi. Curt. sen.consilio* 71. *Afflict. in decisio.* 188.*numero* 2.*& post alios Becc. consil.*95.*sub numero* 13.*& Surd. consil.* 115.*numero* 1. vbi subdit
2 hoc procedere etiam quod possideret sine titulo, vel cum titulo inualido, *l.quæsitum, in fin.ff.de acquir.re.domin. Menoch. de recuper. possess. remed.*15. *numero* 582. *post alios quos allegat*, quæ conclusio procedit etiam quod senten-
3 tia reducatur ad irritum, secundum *Becc. d. consilio* 95. *numero* 24.

Sed in contrarium allegabatur *tex.in l.filio,§.contra tabulas, ff. de inoff.testam.* vbi decretum, vel sententia deducta ad irritum, possessor qui vigore dicti decreti, vel sententiæ possidebat, tenetur ad restitutionem fructuum; titulus e-
4 nim fuerat redactus ad irritum, & reuocatus, ex quo tex. quem singularem ad hoc dixit *Rom. in cõs.* 454.*sub nu.*27. infert quod titulus
5 redactus ad non titulū, vel habēs ortū à causa irrita, nō operatur acquisitionē fructuū, sequitur *Natt. in conf.*535.*nu.*12.*Cacher. decis.Pedemon.*160.*n.*12. vbi ampliat etiā in

6 in fructibus percipiendis, *Surd. decis.25.num.21. decis.45. nume.11. & decis.163. num.16. & in consil. 115. quasi per totum, & in cõs. 268. sub nume. 29.30. & 31.* vbi dicit,
7 quod non obstat sententia; quia illa impedimentum non præstat, cum de iure non sortiatur effectum, *cap. cum præstat, de reg. iur. Surd. cons. 372 nume. 21 lib. 3. Fab. Turrett. cons. 13. numer. 24. & consil. 23. num. 11. vol. 3. Rimunal. Iun. consil. 333. num. 21. & numero 31.*
8 dicens, quod quãdo donatio causa mortis reuocatur, reducitur ad non causam, & res restituitur vnà cum fructibus perceptis à tẽpore donationis, *glos. Bar. et Doct. in l. si mortis causa, ff. de donat. cau. mor. Bald. consil. 294. incip. donatio causa mortis, vol. 3. Aret. in §. 1. col. pen. instit. de actio. Moder. Parisien. in consuetud. §. 22. numero 22. idem Rimin. in §. 1. institu. de donat. num. 601.* & in terminis de quibus agebatur, quando sententia in iudicio reuisionis fuit reuocata, quod possessor vigore sententiæ reuoca-
9 tæ tenetur ad fructus, voluit *Affl. in decisio. 188. & melius Capic. decis. 202. numero 12.* & secundum prædicta ego iudicaui de mense Nouemb. 1602.

Et ad cõtraria dicebatur, quod proxima conclusio erat communi-
10 ter recepta, pro qua vltra tot Doctor. adert text. expressus, quidquid in contrarium dixerit *Becc. in d. cons. 95. sub numero 24. dicens opinionem Rom. non esse verã.* Nec obstabat bona fides allegata, quia hoc dicunt prædicti Doct. & præcipuè *Rom. & post eum Surd. in d. decisio. 25. sub numer. 21.* quod ille
11 titulus reuocatus nõ inducit bonam fidem, quoad fructuum acquisitionem.

Accedebat maxima æquitas pro actore, quia pro residuo debiti in summa vntiarum 200. in computum quarum processerat prædicta adiudicatio, non competebat amplius super dictis prędijs via exequutiua, quia per istos de Susinno translata fuerant in tertias personas, & pro causa magis anteriori, adeò vt de dictis vntijs ducẽtis non poterant recuperari, nisi dictæ summæ pro quibus processerat exequutio, nulla spe relicta quoad residuum, quæ sententia fuit postea confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum petita post cæptam exequutionem sententiæ nõ suspendit.*
Distingue numero 10.
2 *Conductor post adimpletam exequutionem non poterit gaudere beneficio Reg. Pragm. de migrando.*
3 *Exequutio realis, an requiratur ad impediendum beneficium restitutionis in integrum, & numero 4. 5. & 11.*
6 *Exequutio quando dicitur perfecta.*
7 *Exequutio dicitur perfecta ex missione in possessionem, & nume. 8.*
9 *Decennium infra quod in Regno datur exequutio instrumentorum, quando interrumpatur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum petita post ceptam exequutionem sententiæ, an suspendat.

DECISIO XXX.

1 Communis, & verissima est doctorum sententia, quod restitutio in integrum petita post inceptam exequutionem sententiæ non operetur effectum suspensiuum, *Doct. omnes in cap. suscitata, de restit. in integr. Bald. in l. fin. in 2. col. C. si ex falsi. instr. Alex. in cons. 62. incip. egregie, num. 4. lib. 6. quod est repetitum in cons. 223. eod. lib. Anton. de Canar. in tract. de exequut. instru. quæstio. 21. in princ. Paul. de Castr. in auth. quæ supplicatio, sub num. 3. vers. vel dic melius aut incepit ab exequutione, C. de prec. Impe. offeren. vbi etiam testatur ita aliàs fuisse iudicatum, & tradit Rip. in l. 4. §. condemnatum, ante num. 31. vers. aliquando petitur restitutio, ff. de re iudic. Soc. consil. 76. sub num. 4. circa finem, in lib. 3. Benedict. de Barcis in tracta. de Guarentig. in 3. par. quæst. 21. Puteus decis. 285. & 456. lib. 2. Cotta decis. 161. & 178. in vol. diversorum, Bello. cons. 18. nu. 23. Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 43. num. 49. Maran. de restit. in integr. num. 116. vers. sexto limito, Francisc. de Caldar. in l. si curator habens, num. 23. eodem tit. Viui. decis. 495. num. 2. vbi refert ita decisum. Myn sing. obser. 80. num. 5. centu. 6. Decian. resp. 54. num. 40. lib. 4. Magon. decis. 233. lib. 1. Monald. consil. 40. nu. 7. Honde. cons. 18. nu. 18. Lancell. de attenta. restit. in integr. penden. par. 2. cap. 18. num. 127. vers. 6. limita, & num. 132.* vbi refert secūdum hanc conclusionem pluries fuisse iudicatum, *Milan. decis. 11. num. 42. lib. 2.* & aliàs idem ego dixi in meis *addit. ad Petr. de Gregor. de censib. q. 6. num. 107.* dū ex hoc inferebam, quod post factū adimplementum exequutionis nō poterat tertius possessor vti bene-
2 ficio nouæ Pragmaticæ, quod potuisset relaxare rem subiugatam; & secundum hanc opinionem iudicauit Consistorium pro Donna Æmilia Agliata Marchionissa Giarratanę contra Don Franciscum Agliata Baronem Villafrancę de mense Octobris 1602. & in pluribus alijs causis.

Prædicta tamen conclusio secūdū aliquos declaratur, vt nō sufficiat sola petitio exequutionis, nec quod ea cœpta fuerit, sed requiratur exequutio realis ad impediendum beneficium restitutionis in integrum postea petitum, vt referūt *Lancellot. de attenta. restit. penden. par. 2. cap. 18. nu. 117. Benintend. decis. 85. sub nu. 15. qui allegat Fulgos. cons. 183. Sfor. Odd. de restitut. in integr. par. 1. q. 43. artic. 6. nu. 91. Honded. d. cons. 18. num. 92. vol. 1.*
3 dum dicunt, quod si exequutio fuerit incepta, sed nondum perfecta, quia capta est tenuta ex primo decreto, tunc dic.r ipse, licet a'ij teneant,

neant, quod incepta exequutio retractari non debeat; tamen quando perfecta non est, perfici amplius nō potest pendente iudicio restitutionis in integrum, & quidquid postea fieret diceretur innouari, & propterea in causa Antoninę Turricella quę fuerat condemnata per Cōsistorium ad tradendum dotes de paragio Franciscæ Caualcuccio, & eius vigore fuerat causata exequutio, & interpositum primum decretum super eius bonis, dicebatur ex prædicta declaratione suspendendam esse exequutionem; quia non erat perfecta, secundū Doctrinam Sfor. & cæterorum supra proximè relatorum; Sed Consistorium contrarium iudicauit in causa prædicta die 20. Nouembris 1602. ex
4 communi Docto. cōclusione superius recitata, qui vno ore voluerūt sufficere ceptam esse exequutionē, & maximè in casu de quo agebatur, vbi non solum cepta, sed perfecta erat exequutio per adimplementū primi dereti, vt dixit *Bart. in l. is qui reipublicę, nu. 3. ff. ex quib. caus. maior.* vbi tractat, quādo exequutio dicatur incepta, & quando perfecta; & inquit, quod quædam sunt, quæ habent certam formam, vt domus, quę consistit ex solo, parietibus, & tecto; quædam sunt, quæ non habent certam formam limitatam, vt murus, siuè fouea, quæ siuè magna, siuè parua sit, semper dicitur fouea, ita murus siue magnus, siue paruus sit, semper murus appellatur, & in istis dicitur factum eo ipso, quod aliquid est in-
5 ceptum, *l. rei appellatione, §. opere, de verbor. signif. l. stipulatio, §. opus, de noui oper. nuntia.* ita ad propositum exequutio nō habet certam formam; quandoque enim fit capiendo personam, & tradendo in carcerem; quandoque fit capiendo pecuniam, & solutionem, quandoque vno modo, quādoque alio,
6 ideò si factum est aliquid de exequutione, verum est dicere, quod exequutio est perfecta, *d. l. rei appellatione, & l. & si non sunt, §. quid ergo, ff. de aur. & arg. lega.* cum ergo sit facta missio ex primo decreto, exequutio dicitur perfecta, &
7 non incepta, *Bald. in l. consentaneum, num. 43. C. quomo. & quand. Iud.* qui *Bart. sententiam confirmat dicens*, quod quando missio est facta vigore sententiæ, dicitur factā fuisse exequutionem, licèt non sit deuentum ad exequutionem debiti, *Cum. super Rit. cap. 37. nu. 16.* cū seq. vbi ait, quod semel quādo
8 exequutio est adimpleta per interpositionem primi decreti, non solum dicitur esse cępta sed facta, & completa, & in Regno numquam fuit dubitatum exequutionem dici perfectam per primum decretū, maximè stante Cap. Ritus 124. vbi disponitur exequutionem dici perfectam, & adimpletam quatuor modis, videlicet per primum decretum, carcerationem, fideiussionem de soluendo infra quindenam, & per solutionem, in tantū quod vno ex prædictis interueniēte interrumpitur præscriptio decennij, infra quod datur via exe-
9 quutiua per Ritum, secūdum *Bal. & Cum. supra relatos. Item faciebat, quia*

quia Sforz. in d. art. 6. num. 95. & post eum Honde. d. nu. 96. post alios supra relatos distinguendo dicũt,
10 quod aut agitur de exequutione iuris, idest de commissione exequutionis, & tunc restitutionem in integrum operari effectum suspensiuum; aut de exequutione facti, idest de reali, & actuali exequutione, quæ dicitur facta per primũ decretum, vt supradictum est, & tunc restitutio in integrum non suspendit, quod videtur sentire *Bart. in l. is qui, num. 2. & 3. ff. ex quib. caus. maior. & Bald. in d. l. consentaneum, sub num. 43.* & inanis esset supradicta declaratio Sforz. si post factam solutionem nil nouandum esset, cum nullum restet contra substantiam conclusionis, vt voluerunt in terminis *Cotta. miscellaneo 178. incip. coram eodem, quæ hodie reperitur lib. 1. diuersa. decis. 346. & Lancellot. in loco præalleg. in addit. num. 131.* qui refert ita iudicatum fuisse, quidquid ipse idẽ dixerit *Benintend. & Sforz. in dictis locis.*

Et tãto fortius prædicta omnia procedere videbantur in casu de quo agebatur, vbi exequutio fuerat petita vigore sententiæ, quæ
11 numquam retardatur per restitutionem in integrum postea superuenientem, vt dixit *Honde. in d. cons. 18. nu. 90. vol. 1.*

Et idem iudicauit Consistoriũ confirmando duas alias similes interloquutorias pro Don Ioseph Russo, contra Donnam Aldonza Lercaro, & in alijs causis.

SVMMARIVM.

1 *Rector habens curam Ecclesiæ tenetur eam defendere, & numer. 15. & 16.*

Et reddere computum in visitatione, num. 2.

3 *Soluere debens tenetur inuestigare legitimam personam, cui facienda est solutio.*

4 *Extraneus admittitur pro defensione Ecclesiæ, & quando dicatur actio popularis.*

Intellige, num. 17.

5 *Extraneus admittitur ad excludendum electum in beneficio; contra num. 18.*

6 *Clericus admittitur ad impediendũ institutionem factam de beneficio, num. 20. & 21.*

7 *Beneficium in dubio præsumitur seculare.*

8 *Beneficium seculare non confertur regulari.*

Amplia in beneficio iuris patronatus, num. 10.

9 *Institutio subreptitia, etiã à Summo Pontifice facta, est nulla.*

11 *Resignatio an fieri debeat coram Ecclesiastico.*

12 *Præsentatio Iurispatronatus non potest fieri cum potestate reuocandi.*

Limita ibidem.

13 *Tertius non admittitur si sua non interfuit.*

14 *Confraternitas est Collegium laicorum.*

19 *Laicus non admittitur ad accusandũ clericum ciuiliter.*

23 *Ecclesia potest concedi regulari pro ædificando monasterium.*

AR-

ARGUMENTUM.

Tertius quando possit impugnare institutionem factam de beneficio personæ non legitimæ, & quando beneficium seculare possit conferri regularibus.

DECISIO XXXI.

Illustrissimus, & Excellentiss. Dux Maquedæ tunc Prorex in hoc fidelissimo regno Siciliæ præsentauit in quodam beneficio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Iurepatronatus Regio fratrē Augustinum de Castiglio ministrum ordinis Redemptionis Captiuorum, & fuit expedita institutio per Illustrissimum & Reuerendiss. Archiepiscopum Panormitanum ordinarium loci, aduersus quam institutionem ad instantiam Rectorum Confraternitatis eiusdem Ecclesiæ fuerunt præsentatæ scripturæ coram eodem Reuerendissimo Archiepiscopo super nullitate, vel saltem eius rescissione, & ex parte dicti de Castiglio missū ad effectum, quod dicta Confraternitas nō debebat audiri ex eo, quod non habebat interesse, nec erat legitima persona, & eādem tam per dictam Curiam, quàm per Regiā Monarchiam fuit decisum, quod non audiatur: Demum [illegible] causa via appellationis ad Consistorium dicebatur concedenda [illegible] esse audiē- tiam Rectoribus, quia ipsa Confraternitas fuerat, & erat ordina-
1 ta, ac destinata ad seruitium eiusdem Ecclesiæ, & habebat administrationem, & curam nedum ipsius Ecclesiæ, sed etiam bonorum omnium, vt in processu constabat, in tantum quod si non erat facta legitima prouisio circa eius beneficialem, nemo alius poterat esse legitimus contradictor, quam ipsa Confraternitas, quæ tenebatur defendere iura Ecclesiæ; quinim è ratione istius administrationis, & omnium gestorum tenebatur
2 Cōfraternitas reddere computū, quomodo se gesserit in defensione iurium competentium ipsi Ecclesiæ, & poterant Rectores visitari, inquiri, castigari, & puniri ab Episcopo, & ordinario loci. *Decia. in tract. crim. cap. 9. lib. 3. nume. 38. vol. 1. Franc. Turzan. in commun. opin. quæst. 25. fol. mihi 395.* & est etiam dispositum per Sacrum Concilium Tridentinum. Item faciebat, quia ipsa Confraternitas tenebatur soluere ius quoddam debitum ipsi beneficiali quolibet anno, & quoties ad aliquem spectat
3 soluere, ipse est legitima persona ad effectum inuestigādi, si ille, cui est facienda solutio, sit legitimè electus, seu sit legitima persona, quia interest sua, stante quod tenetur soluere beneficiali vero, & legitimo, *per tex. in l. si quis seruo, vbi Ang. num. 1. ff. de solut. Abb. in c. ex parte decani, num. 13. de rescriptis, Bald. in l. inuito, C. de solut.* Et ratione istius interesse dicebantur legitimi contradictores. *Fel. in cap. veniens,*

veniens, *il* 2. *de testib.* & *attesta.* & *ibi Doct. omnes*, & maximè ratione vnionis, & annexitatis cum ipsa Ecclesia, quo casu potest quis dicere, & allegare eius iura, secundū *Felin. in d. cap. veniens, sub num.* 13.

Rursus dictum fuit, quod non solum ipsa Confraternitas, sed etiam quilibet de populo, & quili-
4 bet extraneus potest in defensione iurium Ecclesiæ comparere pro eius interesse, & experiri eius iura, quia dicitur actio popularis. *Hostiens.* & *cæteri Canonistæ in cap. dilecti, de maiorit.* & *obed. glo. in ca.* 2. *in verbo, denunciare, de reb. Ecclesiæ non alienan. in* 6. *infinitos refert*, & *congerit Felin. in d. cap. dilecti, nu.* 2. *versic. quilibet de Clero. Cavalc. decisio.* 30. *nu.* 4. *lib.* 1. & in terminis quòd quilibet admittatur aduersus electum, dixerunt *Ioan. Andr. Innoc. Butri.* & *Archid. in cap. super*
5 *his, de accus.* nam videntur defendere Ecclesiam, & interest habere bonum Prælatum, & præsertim, quia inter istos confratres, qui agebant super nullitate institutionis, aderat D. Petrus Schittinus cle-
6 ricus Canonicus, qui indistinctè admittitur, tàm contra formam electionis, & institutionis, quàm etiam contra personam electi confirmati, secundum *Abb. Ioan. de Anan. Marian. Soci.* & *Felin. in d. cap. super his, num.* 5. *de accusat.*

Et prædicta confirmari videbātur, quia ex pluribus dicta institutio apparebat nulla; nam benefi-
7 cium prædictum erat seculare, & ita de iure præsumeretur, quando esset dubium, vt dicunt Doctores *in cap. cum beneficium, de præbend. in* 6. *Nicola. Milus in verb. beneficium. quæst.* 23. *Rebuff. in pract. benefic. versic. quotuplex sit beneficium, per totum. Nauar. cons.* 8. *de præben. lib.* 3. *num.* 1. *vol.* 1. & ideo non poterat conferri illi de Castiglio re-
8 gulari mendicanti saltem absque dispensatione Summi Pontificis, vel Sedis Apostolicæ. *Bellame. decis.* 172. & 714. *Rot. decis.* 5. *titu. de Iurepatron. Rebuff. in prax. in tit. de pacif. possessio. num.* 311. *Cassad. decis.* 4. *de præbend. de communi testatur Flam. Paris. in tract. de resignat. beneficio. lib.* 4. *quæst.* 5. *num.* 2. *idem Rebuff. in tit. de dispen. cum regula. num.* 1. & 7. & tantò fortius in alio monasterio, optimè *Nauarr. d. consil.* 8. *num.* 2. & *cons.* 9. *nu.* 1. *de præben. lib.* 3. *vol.* 1. & est dispositum per Concilium Tridentinū, quòd secularia beneficia regularibus nō conferantur.

Item erat nulla, quia subreptitia, & obreptitia; nam in literis institutionis non fiebat clara, & expressa mentio, quòd beneficium erat seculare, & modò conferebatur in regularē: & ideò, esto, quòd fuisset Summus Pontifex, vel Apo-
9 stolica Sedes, quæ institutionem concessisset, esset nulla propter istum defectum. *Cassad. d. decis.* 4. *Rebuff. in d. tit. de dispensa. cum regu. nu.* 68. *Cavalc. deci.* 17. *nu.* 80. *lib.* 2. quæ conclusio procedit etiam si beneficium esset iurispatronatus,
10 & adesset consensus Episcopi, vt dixit decisio vltima Rotæ Romanæ impressa de anno 1585. & latè *Lambert. de iurepatron. art.* 21. 7. *q. princip.*

princip.par. 1. *lib.*2. vbi afferunt quamplures rationes, & absurda, quare hoc ex potestate Episcopi fieri non possit, & facit, quod dixit *Nauar.in conf.*7. *de regul. nu.*4. *lib.*3. *vol.* 1. quod regularis effectus beneficialis potest disponere de fructibus beneficij, sicut quilibet secularis, & sic videtur, quod habeat proprietatem, & fiat proprietarius, quod esse non potest. Item erat nulla, quia fuit concessa sub prætextu resignationis factæ in manibus excellentissimi Proregis, & nihilominus nó poterat fieri nisi coram superiore Ecclesiastico, & in eius manibus; & si fiat in
11 manibus patroni laici, esto, quòd esset Imperator, talis resignatio est ipso iure nulla. *Fusc. de visit. libro* 2.*cap.*28.*num.*12. *Flami. Parif. de resignat. Benefic. quæstio.*9. *lib.*7. *Butri. in cap. vlt. nu.*5. *& Abb. nu.*3. *de renuncia. Zabar. in cle.*1. *nu.*18. *de renunciat.*

Postremò erat nulla, tam præsentatio, quàm institutio, quia erat conditionalis, & ad tempus, reseruata facultate patrono præsentati, quandocunque reuocandi, & remouendi beneficialem præsentatum ad suæ libitum voluntatis,
12 quod non poterat fieri, nisi talis facultas esset apposita in limine fundationis ipsius patronatus. *Lambert. de iurepatronat. art.*1. *q.*9. *princip. par.*1. *lib.*1. *nu.*53. *fol. mihi* 82. *& nu.*71. *cum seq. fol.*84. *& melius in* 2. *art.*9. *q. princi.* 1. *par.*1. *lib. fol.*88. vbi loquitur de conditione prædicta, & dicit, quòd est conditio contra ius commune, & status Ecclesiæ, & cũ sit contractum matrimonium spirituale vno modo, non debet post ipsum contractum alio modo inde reformari.

In contrarium autem pro præsentato, & instituto, necnon & Re
13 gio Fisco pro eius interesse dicebatur, quod dicti confratres non debebant audiri, quia sua non interest, & tertius comparens in iudicio, debet ostendere saltem semiplenè, quod sua intersit, & iste articulus est præiudicialis. *Bart. in si quæramus, ff. de testam. Innoc. in c. veniens, de testam. Bal. in l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollen. & Fel. in c. cum super, nu.*9. *cir. fin. de re iudica.* cum ergo dicti confratres nullum habeant interesse super illa præsentatione, & beneficio, quia Ecclesia est domini Regis, & de eius Regio patronatu, & confratres nihil commune habeant super ipsa præsentatione, & electione dicti beneficialis, quia confraternitas
14 est Collegium Laicorum ipsi Ecclesiæ adhærens, quod est merè laicale, & seculare, ex *Bal. in l. sodales, ff. de colleg. illic. & Soc. in l. Senatus, col.*1. *ff. de reb. dub.* etiam quod sub nomine Sanctæ Mariæ denominetur. *Abb. in c. inter dilectos, de dona. Bursa. conf.*60. *Perus. decis.*93. (*& optimè more suo, d. Marchio Ioann. Franc. de Ponte præceptor meus in consil.*18. *per totum*) nullum dari potest interesse dictis Confratribus cõparentibus aduersus ipsam institutionem.

Nec obstabant ex aduerso deducta, quia non erat verum in facto, quòd confratres haberent admini-

ministrationem bonorum Ecclesiæ, sed tantùm bonorum ipsius cõfraternitatis, de quibus non agebatur; & ideo cum non habeant curam Ecclesiæ, quę est ipsius Regis,
15 neque possessionem iuris præsentãdi, non possunt dici legitimi contradictores. *Bart. in l. fi. num.* 21. *verf.* 2. *casu, C. de edic. Diui Adria. tollen. Roland. conf.* 78. *nu.* 4. *lib.* 3. *Surd. conf.* 263. *num.* 4. *lib.* 2. Minus obstabat, quod habeant interesse, quia quolibet anno soluebant certum quid dicto beneficiali: nam illud militare posset, quando Confraternitas esset conuenta ad soluendum, quia tunc ex quo sua interest legitimo administratori soluere, posset excipiẽdo dicere de illegitimitate personę, sed modo ab eis nulla de hoc petitio fiebat; &
16 licet ratione vnionis, & annexitatis posset competere interesse, tamen dictum fuit, quod connexa, & vnita sunt illa, quæ separationem non recipiunt, & quod posito vno ponatur aliud, & quod vnum non potest stare sine alio. *Felyn. in cap. significauerunt, col.* 5. *de exceptio. & in cap. inter monasterium, num.* 7. *de re iudic. Menoch. de arbitr. Iud. casu* 95. *Lancellot. de attenta. cap.* 12. *lim.* 2. Sed in casu isto beneficialis est quid de per se, nec dependet à confratribus: imò recipiunt inter se maximam diuersitatem, quia beneficialis est clericus, confratres verò laici, qui nescire debent facta clericorum; dictaque confraternitas est distincta, & diuersæ naturæ, & qualitatis. Item Ecclesia est Domini Regis patroni, & cum ea nullam vnionem habere possunt, quia suus sponsus est ipse beneficialis, & patronus Dominus Rex, & ipsi Confratres sunt de eorum Collegio formato inter ipsos laicos, quorum adest Rector distinctus, & separatus ab ipso beneficiali, & ideò nulla connexio, vel vnio considerari poterat.

Præterea respondebatur ad id, quod dictum fuerat, quod quilibet extraneus poterat pro defensione iurium ecclesiæ comparere, quia dicitur actio popularis secundum *Canonist. in cap. dilecto. de maior. & obed. Fel. ibidem numero* 2. *verf. quilibet de clero.* nam id proce
17 dit in rebus Ecclesiæ occupatis per aliquem spoliatorem, & occupatorem, tunc vt Ecclesiæ reintegrentur bona sua, quilibet potest comparere pro rebus occupatis, & ita loquuntur Doct. in contrariũ allegati; at in casu præsenti agebatur de iure præsentandi in electione facta, & institutione, super quibus nullus admittitur, nisi sua intersit.

Secundo respondebatur *ad not. per Inn. Butr. ac Ioan. And. in cap. super his. de accus.* volentes, quod quilibet admittatur contra personam electam ad beneficium, quia
18 verior opinio est in contrarium, quod laicus non admittitur aduersus personam electam, nisi tantum ille cuius interest, scilicet patronus, vel parochianus, *ad text. expressum in capit. illa propositorum. extra de accus. vbi Abb. nu.* 5. *idem Abb. in d. c. super his, sub nu.* 21. *verf. ego puto aliter dicendũ,*

& ibi

& ibi Felin.nu.15.& Anch.nu.14. in terminis beneficij simplicis; & ratio est, quia si laici quorum non interest, admitterentur, haberet illa oppositio vim accusationis à qua laicus remouetur, nisi suam iniuriam prosequatur, vt dixit Abb.in praalleg.loco. Maria.Soc.in c.2.num.2.de accusat. cum simil. & quoties agitur, vt quis remoueatur ab aliquo beneficio, dicitur agi ciuiliter, cap.per tuas. de simon. idem Abb.in d.c.super his, sub nu.4.
19 & regula est, quod laicus non admittitur ad accusandum clericum ciuiliter, per tex.in cap.ex parte, de testib.Clar.§.fin.q.14. in versic.propter reuerentiam, cum aliis relatis per Farinac.quaest. crim.lib.1.q.12. num.13.in fine. qui etiam ampliat in patrono laico, ex Aret.in c.dilectus, nu.10. de accusat. quia ille debet agere ciuiliter cuius interest, cap.non solent.2.q.6.& laicorum nõ interest intromittere se inter clericos, cap.Osius, de elect. cap.benè quidem, 96.dist. & licet aliqui contrarium tenuerint, tamen hanc esse communem refert Felin. in d. cap. ex parte, num.6.de testi. qui in nu.9. ponit quaestionem, quando opponeretur crimen contra clericum,
20 quod redderet suam institutionẽ ipso iure nullam, an tũc possit quilibet denunciare? & licet Anton. de But.ibi teneat, quòd sic; tamen contrarium tenet Abb.ibi, & eum sequitur Felin.ibi. Item dicebatur, quòd Innoc.& Ant.de But.in d.ca. super his, loquuntur quando opponitur contra personam electi re-
21 spectu defectus personae circa crimen, & delictum commissum per electum, quem ipso iure ab institutione, vel alia via priuat, dum dicunt, quia cuiuslibet interest habere bonum praelatum, & vt Ecclesia priuetur malo praelato, & iste nõ est casus de quo agebatur, quia incapacitas ex aduerso praetensa in personam istius de Castiglio nõ erat respectu delicti, neq; alicuius criminis, de quo loquuntur Doct. omnes in d.cap.super his, sed respectu Religionis, & ordinis, qui praetenditur inficere titulum beneficij.

Postremò quatenus pertinet ad ea, quae fuerunt adducta super nullitate institutionis, dictum fuit, quod beneficium praedictum concessum fuerat potius ordini, quã particulariter personae; quia institutio fuit facta ei pro se, & suis in ordine, & censetur data Ecclesia ordini seculari à patrono, quod fieri posse ait tex.in cap.ad audientiam, vbi Abb.nu.1.& 2.de eccles. aedif.& potest Ecclesia competere ad regulares ex concessione patroni laici, quia tantum ius suum videtur dare. Abb. in cap. de maris, nu.13. de praebend. & ista Ecclesia concessa fuerat pro construendo
22 nouiter monasterium, propter quod cessabat ratio, qua mediante monachus non potest esse beneficialis secularis, quia retraheretur à monasterio, & dissolueretur votum paupertatis, & obediẽtiae, & extra clausuram vagaretur, quę omnia repugnant monacho, vt dixit Imol. in clem. videri, 1. nu.1. de elect. Doct. omnes in cap. quod Dei timo-

timorem, de statu monach. nam in præsenti casu Beneficialis, nedum non retrahitur, verum prætendit in Ecclesia prædicta monasterium redemptionis formare, & ideo nõ videbantur limitare Concil. Trid. Nauarr. & cæteri ex aduerso relati, adeò quod Doct. volunt, quòd tali religioso conferri posset Ecclesia parochialis absque Episcopi dispensatione; vt de magis cõmuni opinione testatur post alios *Monald. conf. 69. num. 4. lib. 2.* Nec obstabat, quòd resignatio non poterat fieri in manibus patroni laici, sed fieri debebat coram Ecclesiastico, nam totum oppositum dixit *Flamin. Parif. de resigna. benefi. lib. 7. q. 9. num. 13.*

Consistorium nulla habita resolutione circa nullitatem institutionis, habuit pro vero, quod isti confratres nullum habebant interesse, quo ad Ecclesiam, quæ à principio erat de iure patronatus Regio, à quo fuerat beneficiali assignata eleemosyna. Verum tamẽ erat, quòd confratres ipsi possidebant multos redditus, & bona stabilia propria ipsius Confraternitatis, & ideò fuit in voto, quod non deberent audiri cõfirmando alias duas conformes, reseruando tamẽ iura, quoad bona, & redditus ipsius, die 20. Decembris, 1602.

SVMMARIVM.

1 *Appellari nõ potest à sententia Principis.*
Item à rescripto Principis, nu. 2.
Limita si sententia fertur ad relationem alterius, num. 3.
Ratio, num. 4.
4 *Appellatione pendente supersedendum est in exequutione sententiæ.*
Limita in Regno, num. 6.
7 *Remisio datur à prouisionibus factis in causis fiscalibus ex gratia Principis.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur à prouisionibus ciuilibus factis in causis fiscalibus.

DECISIO XXXII.



AD relationẽ M. R. C. sedis Ciuilis fuit condemnata D. Catherina Agliata per Excellentissimum Proregem, ad restituẽdum bona sibi adiudicata vnà cum fructibus à posse Octauij Bonet, soluto sibi prius debito cum expensis, ac legitimo interesse; à qua prouisione cum fuisset appellatum ad eundem Excellentissimum Proregem, & per eum prouisum, quod Consistorium eodem modo causam auditis partibus referret: fuit dubitatum si pendente relatione fienda deberet supersederi in exequutione illius prouisionis? & pro parte appellantis di-
1 cebatur, quòd licèt à sententia Principis appellari non possit, *l. 1. ff. à quib. app. non lic. gl. in c. quoniã, 10. dist. l. 1. ff. de off. præf. præto. vbi Bal. Parif. conf. 118. num. 1. 3. & 5. vol. 1. Rolan. conf. 86. nu. 18. vol. 1.*

Cephal.

Cephal.conf.304.num.107.vol.3.si
2 cut dicitur in rescripto principis, *Abb.in cap.intimasti, col.fin.vers. tertius actus, de appellat.& ibi Imol. col.1. Capic. decis. 111. Gabri. de appella. conclus.1.nu.2. Menoch.de recuper. possess.remed.4.num.54.* tamen quando Princeps pronuntiat
3 ad alterius relationem appellatur; *ad text. in l.1.in princip.ff. quand. appella. sit.* quem ad hoc notabilè esse ait *Roma. in cons.521.* & refert esse canonizatum; *in cap. biduum in vers. si quidem 2.q. 2. Soc. Sen.cons.195. num.5.lib.2. Dec. in cap. intimasti, col. vlt. vers. tertius actus. de apellat.& ibi Philipp.Franc. col.3. Marsil. in l. vnica ante num. 140.C.de rap.virg. Rip.in cap.1.nu. 14.de rescrip. Abb. in 1. disput. incip. Episcopus col.13.addi.ad Felin. in rubr. de appella.col.3. Vbert.Zuccard.in l. fin. num. 406. C.de edict. Diu. Adria tollen. Bald. & Salic.in l.fin.num.4.C. de relat.Gozad.cons. 101. num.9. Rebuff.in l. quod iussit, in 2. notab. num.52. ff. de re Iudic. Ruin.cons.30.col.2. vol.4.Gramma. decis.35.num. 3. vbi idem tenere affirmat Ioann. de Turrecremata Cardin. Sanct. Georg. & Praepos. Card. in d.cap. biduum 2.q.6.Paris.de Put. de synds.in verb.appellat.in c. subijcio quaestionem. Carpan.super statu. Mediol.tit. de app.c.2.fol.49.Ceph. cons.185. num.4. Ruginel.de app. §. 2.c.1.per totum,* & ratio est secundum eos, quia tunc dicitur potius appellatum aduersus errorem, im-
4 peritiam, vel dolum relatoris malè informantis, quàm aduersus sententiã Principis; & ideò stante prae dicta appellatione supersedendũ videbatur in exequutione ipsius
5 sententiae. *tot.tit. appell. pend. nil. noui.* Consistorium, etsi praedicta vera esse non dubitauerit, tamen contrarium iudicauit, stante communi stilo, & consuetudine in contrarium, quod à similibus prouisionibus; nec appellatio admittatur,
6 nec exequutio impediri possit, vt dixit *Capic. in decis.111.* qui secundum hanc opinionem iudicasse refert, *& Gramm.in d. decis.35.* & ita passim seruatũ fuit in hoc Regno. Bene tamen verum est, quòd licèt non admittatur appellatio, tamen succurritur per Principem remedio reuisionis, prout de similibus, & aliis relationibus, quae fiunt per M.R.C. solet vt plurimum Prorex noster committere causam reuisionis Consistorio S.R.C. prout fecit in causa ista.

SVMMARIVM.

1 *Emptor durante termino ad redimendum facit fructus suos.*
Amplia stante Ritu, num.2.
3 *Fructus non restituuntur si decretum rescinditur ex gratia Principis, & num.14.*
Idem si ex remedio l.2. C. de rescin. vendit. num.4.5.6.15. & 16.
7 *Emptor bonae fidei non tenetur ad restitutionem fructuum.*
8 *Lesio non praesumitur vbi venditio sit sub hasta. Et quid si probetur. ibidem.*
9 *Remedium l.2. C. de rescind. vendit. non procedit in Regno, stante pacto ad discursum.*

Con-

*Contra, num.*10.
*Amplia, num.*11.
11 *Pactum ad discursum non habet locũ stante enormissima læsione.*
*Amplia etiam, quod illi esset renunciatum, num.*13.

ARGVMENTVM.

Stante læsione an possidens vigore secũdi decreti teneatur restituere rem adiudicatam vnà cum fructibus, soluto sibi prius debito pro quo processit adiudicatio vnà cum expẽsis, & interesse.

DECISIO XXXIII.



Onna Catherina Agliata, dum esset creditrix in quadã summa Domini Octauij Bonet, executionem exercuit in M. R. C. & per primum, & secundum decretum sibi adiudicauit omnia bona tam mobilia, quàm stabilia ipsius debitoris, qui post aliquos menses comparuit coram Excellentissimo Prorege, & exposuit dictam Catherinam pro vntiis tricentis sibi adiudicasse bona sua ad summam vntiarum sex mille; qua propter petebat, quòd soluendo debitum, pro quo processerat distractio vnà cum expensis, & legitimo interesse D. Catherina cogeretur restituere bona sibi adiudicata vnà cum fructibus prout hactenus fuit per aliquos Excellentissimos Proreges in simili casu prouisum, concurrente enormissima læsione, & tandem per Excellentiam suam ad relationem M. R. C. fuit iuxta petita iudicatum; Causa nobis commissa via reclamationis pro parte condemnata dicebatur prouisionem prædictam reuocari penitus debere, quia in iure verissimum est, quod facta vẽditione, siue per iudicem, siue per partem, durante termino ad redimendum, emptor facit fru-
1 ctus suos, *ad tex. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquel. de retract. conuent. per totum*, & in Re-
2 gno adest cap. Ritus 112. ibi *(fructus verò rei adiudicatæ lucr faciat emptor)* vbi latè *Bongiorn. Aloys. de Sept. & alij ferè omnes scribentes*, & tamen ad relationem prædictam fuerat condemnata ad restituendum fructus.

Item faciebat, quod decretum istud rescindebatur ex gratia Principis, quia de iure erat validum,
3 quo casu nullatenus fructus restituuntur, vt dixit *text. in auth. idem est de Nestorianis, C. de hæret. Bal. in l. 2. C. de fide instru. Couarr. lib. 1. variar. resolut. c 3. nu. 15. in fine. Cæual los in comm. contra commun. q. 536. nu. 17. cum seq. lib. 2.* & post ipsos ego aliàs firmaui *in comm. ad Indult. cap. 22. num. 61.*

Nec obstare videbatur læsio præsupposita, quia etiam in casu isto fructus non restituuntur, sed emptor illos lucratur, cũ in remedio *l. 2. C. de resc in. venditio.* vbi emptor minus dimidio iusti pretij
4 rem emit, fructus non restituit

H sed

sed eos lucratur: *Pinell. in d. l. 2. ca. 4. Padill. ibidem num. 50. Gomez. variar. resolut. titu. de empt. & vendit. num. 22. vers. 1.* & in terminis decreti *Bolognett. in l. iuste possidet, n. 95. cum seq. ff. de acquirend. possess. & à Gamm. decis. 232. in fin. Rot. decis. 116.* & esse communem opinionem, & in praxi seruatam affirmat *D. Ioann. Franc. de Pont. consil. 28. num. 6. D. Fachine. in tract. controuer. lib. 2. ca. 11. sub litera B.* nam titulus à principio fuit validus, & dat titulum bonafide possidendi, & cum rescindatur, vt ex nunc, non vt ex tunc, quando est factus
5 contractus, fructus nullatenus debentur: *Fabia. de Mont. de emptio. & vendit. 8. q. princip. vers. octauo quæro, Pinel. vbi supra,* qui refert ita iudicatum fuisse. *Floreti. decis. 23. nu. 8. Couarr. variar. resol. lib. 2. cap. 3.* vbi ait quod hæc opinio seruatur in praxi, & faciunt dicta *per Surd. cons. 115. per totum, Vincent. de Franch. decis. 119. Caualc. decis. 27.* licet contrarium teneat in emente rem minoris, non seruatis solennitatibus.

Quinimò quando creditor habet potestatem vendendi pignus,
6 licèt illud vendat minoris dimidio, tamen non posset debitor rescindere talem venditionem sub prætextu læsionis, vel ex remedio *l. 2. C. de rescindend. vendit.* sed tunc est recurrendum ad dispositionem *text. in l. 1. si vendit. pignor.* vbi habetur, quod si isto casu creditor vendat, & sit in dolo, quod teneatur ad interesse, & in defectum teneatur emptor, quia mala fide emit, nam offerente debitore pecuniam cum vsuris restituet fundum
7 cum fructibus, si ergo emptor non est in mala fide, non tenetur ad restitutionem rei, nec ad fructus, & ita etiam probatur ibidem *in l. 3. & in l. fi.* probatur apertè, quod iustus emptor non debet pati controuersiam, si res fuit minori vendita pretio; sed creditor, vel eius hæres est conueniendus, & ita tenet *Cagnol. in l. 2. num. 111. C. de rescind. vendit. Pinel. in d. l. 2. par. 2. c. 3. Signorol. cons. 137. Negusan. par. 6. memb. 1. num. 26. quos refert Moros. in tract. iuris offerendi, num. 28.* & ad hoc vt possessor fructus acquirat, satis est, quòd mala fides non adsit, quamuis bonam fidem non habeat, secundum *Bar. in l. sed si lege, §. scire. num. 4. ff. de petit. hæred. Surd. consil. 115. num. 7. volum. 1.* at in casu isto cessabat fraus, quia vt sibi satisfieret de credito sibi licitauit, quod de iure permittebatur, vt per *Alexand. in l. à diuo Pio, §. si pignora. num. 12. ff. de re iudic. Bal. in l. ordo, C. de exequut. rei iudic. Vincen. de Franch. decis. 69. lib. 1.*

Semota igitur fraude, licet prætendatur læsio non poterat concedi talis decreti rescissio de iustitia, nec fructuum restitutio, & tan
8 tò magis, quòd nulla poterat considerari læsio, cùm venditio fuerit facta in publicis incantis, & res tantum dicitur valere, quanti vendi potest. *Bald. in lege prima, C. de præ di. curial. lib. 10. Angel. in l. in lege, §. corpora, ff. ad l. Falc. Barto. Angelus, & alij in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.*

Falcid. Iodoch. Burgen. de subhastatio. cap. 5. nu. 8. & 26. cum seq. tom. 6. par. 1. Alex. in l. si quis cum aliter, num. 18. ff. de verbor. obligat. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 8. vers. nonnulli. Cumi. super Rit. 29. num. 21. Rauen. sing. 341. post alios Port. in conclus. 36. lib. 1. limit. 2. & licèt stante probatione læsionis in contrarium excludatur supradicta præsumptio, vt post multos dixerunt Alexand. in l. pretia rerũ, num. 8. & 9. ff. ad l. Falcid. & de magis communi dicat in consil. 107. nu. 11. lib. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 75. nu. 34. à Gamm. d. decis. 232. Afflict. de exequut. §. 4. cap. 47. tamen prædicti Doct. & alij qui allegari possent loquuti sunt in terminis iuris communis, sed in Regno stante pacto ad discursum, prædicta minimè procedere possunt: nam quando statutum mandat, quod factis subhastationibus res adiudicetur plus offerenti, isto casu cessat remedium

9 l. 2. C. de rescind. vẽdi. vt dixit Paul. de Castr. in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & in cons. 156. lib. 2. à Gamma. decis. Lusita. 198. Signorol. de Homod. d. consl. 137. Port. d. conclus. 36. lim. 15. Gabr. de empt. & vendi. concl. 1. num. 107. & ex nostratibus Bongior. in causa Floridę, qui refert ita iudicatum per M.R.C. D. Marius Muta in Commenta. ad d. cap. 112. num. 83. cum seq. & Prouinz. in addit. ad Bertachi. in verb. Pactũ; vbi testatur hanc esse nostratum omnium receptissimam sententiã, etiam quod læsio contigisset satis vltra dimidiam iusti pretij.

Ex aduersò dicebatur, quod lęsio prædicta apparebat ex actis, & erat plusquã enormissima; nã vt dictũ est pro scutis septingentis sibi adiudicauerat bona valoris scutorum decẽ, & septem mille, vnde meritò fuerat per M.R.C. rescissũ tale decretum, nõ obstante pacto prędicto ad discursum, quia remediũ l. 2. C. de rescind. vendi. competit etiã si res fuerit vendita per subhastationem, prout dictum est su-

10 pra, & ex multis cõprobat Rebuff. in constit. Galliæ, in tit. de præcon. & licit. arti. 7. glo. vnica nu. 28. vbi ait hanc esse verã communẽ, & in praxi seruatã opinionem. Pinel. in d. l. 2. p. 2. c. 2. nu. 25. Surd. cons. 39. nu. 4. & in venditione facta ad incantum Feder. Scot. cons. 21. tom. 1. lib. 4. nu. 20. & in datione in solutum Natt. cons. 207. n. 2. li. 1. quod procedit nõ obstante, quod præcesse-

11 rint subhastationes, vt dixit Alex. cons. 117. in fi. lib. 2. de cõmuni testatur Crauett. cons. 29. Bal. cons. 375. ad fin. li. 1. Paul. de Castr. cons. 116. lib. 2. Calcan. cons. 25. nu. 16.

Nec obstabat pactum prędictũ

12 ad discursum, quia illud non habet locum si sequatur enormissima læsio prout pluries fuit iudicatum: nam etiam contractus enormissimam læsionem continens esset ipso iure nullus. Curt. cõs. 141. num. 8. Gramm. decis. 76. nume. 12. Crauett. consil. 142. numer. 21. Soc. Iun. consil. 98. num. 21. Anchar. consil. 19. & cons. 181. colum. fin. Corn. cons. 72. li. 2. Aretin. cons. 93. colum. 1. Alcia. in l. pacta col. 2. C. de pact. magis communem testatur Soc.

Iun.consf.129.nu.40.& 47.& consf. 144.nu.8. Alciat.consf.47.nume.2. nec iuramétum aliquid operatur. *Corn.consil.11.colum.2.lib.3. Barbat.consil.21.colum.2.lib.1.* magis communem testatur etiam *Soc. Iun.consf.141.num.5.& 6.* neque re
13 *nuntiationes iuuant. Crauett. consf. 142.nu.25.Gramm.decis.36.n.16. Natt.consf.176.nu.13.* & ideo dicebat idem *Castr.in d.l.pretia rerum,* quod quando læsio esset magna, res esset sub periculo, *& Alex. ibidem.* Cõsistorium facta super hoc articulo magna discussione habuit pro vero, quòd stante pacto ad discursum in Regno decretum esset validum, sed quia facto calculo valoris bonorum adiudicatorum cognouit læsionem esse enormissimam, & excessiuam, propterea die 29. Nouembris, 1602. facta prius relatione Excellentiss. Proregi iuxta formam commissionis, confirmauit prouisionem factam per M.R.C. per Doctrinam *Castr. & Alex.* proximè allegatã; Ego tamen quò ad restitutionem
14 fructuum votaui contrarium per decisionem *Couar. & alias supra in prin. allegatas*, quia decretum erat validum, sed rescindebatur ex æquitate, & ex gratia Principis, & ob id fructus non veniebant, & licet aliquando in Regno fuerit cõtrarium tentatum, quod scilicet decretum stante enormissima læsione esset nullum, tamen semper fuit contrarium seruatum, & iudicatum, & præcipuè in eodem Consistorio pro Aleonora Pugiades, contra Mariam Pugiades die 2. Augusti 1061. in qua causa constabat clarissimè per publicas scripturas de enormissima læsione, & nihilominus fuit decretum validum declaratum per doctissimos viros, & præsertim Do. Vitum Lombardum Regium Consiliarium, & præceptorem meum; data ergo validitate decre
15 ti, negari non potest quin fructus non veniant restituendi, qui à bonæ fidei possessore concurrente dispositione iuris communis, & Ritus Regni percepti fuerant;
16 nec considerari potest dolus ille qui forte præsumeretur in contractu, cum simus in statuto; & idem ego iudicaui in alia causa mihi soli commissa ab Excellentiss. Prorege die 11. Maij 1604. pro Catherina Sinatra, contra Mariam Galasso, & est pura veritas meo Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Decretum receptum pro non debito est nullum.*
2 *Cessionarius repræsentat personam cedentis.*
3 *Datione in solutum reuocata, reuiuiscunt primæua iura.*
4 *Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio, & num.6. limita num.5.*
7 *Tertius pro suo interesse, an possit redimere rem venditam?*
8 *Actus quando præsumatur factus procuratorio nomine, & numero 9. & 10.*

11 Corn.

11 *Corn.conf.129.lib.4.declaratur.*
12 *Decretum receptum pro debito non habente viam exequutiuam est nullum.*
13 *Priuilegium personale non potest cedi.*
Limita si cessio fieret ex causa necessaria, num.14.
Intellige num.15.

ARGVMENTVM.

Decretum secuudum, an sit nullum si fuerit interpositum pro credito non habente viã exequutiuam, vel vigore instrumenti nulli.

DECISIO XXXIV.

[illegible] Ecclesię, & Monasteria, stantibus literis parti[illegible]laribus, [illegible] conceduntur ab Excellen. Prorege sub visione M. R. C. habent viam exequutiuam pro eorum creditis contra debitores, nõ obstante lapsu decennij, dummodo stent in iure percipiendi. Euenit, quod cum deputati Hospitalis [illegible] Mariæ Angel[illegible] creditores Baroni[illegible] in vntijs centum, pro [illegible] obstã te lapsu decenn[illegible] exequutionem exercuerũt, [illegible] per curiam adiu[illegible] quædam domus à poss[illegible] M[illegible] de Luchisio Baronis D[illegible]sæ, vti patris, & legitimi administratoris Donnæ Mariæ eius [illegible], quam summam deinde soluit dictus de Luchisio tertius, & obtinuit iurium cessionem factã sibi prius restitutione domus adiudicatæ, pro qua summa, & pro alijs vntijs ducẽtis sibi debitis ex alia causa sibi adiudicauit Baroniam Summatini per primum, & secundum decretum à posse D. Baronissæ posseditricis, quæ in Consistorio præsentauit scripturas petendo nullitatem dicti secundi de-
1 creti ex duobus capitibus principalibus: primo quia fuerat receptum, pro non debito, ad tradita per *Bar. in l. si non sortem, §. si centũ,* q[illegible]em *ibi sequuntur cõmuniter Doct. ff. de condic. indeb. Milan. decis. 14. num. 81. par. 1.* quod autem fuerit plus debito interpositum apparebat, quia illud fuerat absolutum pro vntijs 310. & nihilominus dictus de Luchisio [illegible] erat creditor nisi in vntijs ducen[illegible], & decẽ, nam in reliquis [illegible] sibi cessis p d. deputa[illegible] sus omni a[illegible] erat ipso iure n[illegible] dicti deputati pro d[illegible] vntijs centum, [illegible] prius habuerant in solutum tenimentum domorum per cedulam secũdi decreti, vnde facta fuerat emptio, & venditio cum dicto tenimento domorum, *ad tex. in l. si ob causam, C. de euict. Gozad. in suo consil. 38.* & per consequens prædictas vntias centum cedere non poterãt, quia nemo pluris iuris in aliũ trãsferre põt, quam ipse habet, *l. nemo. ff. de reg. iur.* & ideo sicut d. deputati agere amplius non poterãt, ita & iste de Luchisio, cui stãte dicta solutione fuerat restitutũ p̃-

dictum tenimentum domorum, & de eo capta realis possessio; &
2 cessionarius nō potest esse melioris conditionis, quàm ipse cedens, *Surd.cons.4.num.6.lib.1.*

Nec obstabat dicere quod tenimentum prædictum fuit reemptū stante termino ad redimendum, ab ipso de Luchisio tanquam patre, & legitimo administratore eius filiæ; & per consequens, stante prædicta reemptione, remansisse primæua iura de dictis vntijs centum penes dictos deputatos, à quibus in eis potuit obtineri cessio,
3 cum datio in solutum fuerit reuocabilis, vt dixit *Capic.dec.43. Affl. decis.8.& 16. vbi Vrsil. Surd. post alios cons.7.lib.1.* quia respondebatur, quòd hic nulla potest considerari reemptio: nam solutio facta fuerat per dictum de Luchisio nomine proprio, & non vti per patrē, & legitimum administratorē,
4 vel vti procuratorem, & in dubio actus videtur factus nomine proprio, & non alieno, *Eugen. consil. 55.num.45.cum seq. Menoch.cons. 213.num.37.lib. 3.& latissimè in tract.de præsumpt.præsumpt.46.nu. 5.lib.3.Pedroch.cons.37.n.188.* &
5 licet hæc conclusio non procedat duobus concurrentibus, videlicet si ad id erat obligatus; & quando adesset procuratorium mandans nomine suo fieri solutionē, vt docuit *Bar.in l.qui negotiationem, in princip.de adminiſt.tuto. Alba cōs. 2.num.3. Menoch.cons.81.nu. 38. lib.1.Pedroch.d.cons.37.n.160.* nihilominus in casu isto deficiebat nedum primum, cum reluitio sit voluntaria, verum etiam & secundum, quia in processu non aderat procuratorium ipsius Donnæ Mariæ, quibus deficientibus conclusio supradicta firma remanebat, quod solutio facta fuerit nomine proprio, & per consequens nulla possit dari reluitio, sed emptio. I-
6 tem nec obstabat, quod actus præsumitur factus eius nomine, ad quem negotium pertinet, *secundū Bart.in l.1.§.enuntiatio, num.15.ff. de noui oper. nuntiat. Tiraq. de retract.lignag.gloſ.2 §.36.nu.6. Menoch.de præsumpt.d.præsumptio.46. nu.9.lib.3.Mascard.conclu.38.nu. 8.Surd.consil.19.vol.1.Ioan.Bott. cons.25.* nam hæc præsumptio non habet locum in casu isto, quia recuperatio dicti tenimenti domorum non solum poterat spectare ad dictam Donnam Mariam, verùm ad quemlibet offerentem, stante voluntate deputatorum, & de
7 iure quilibet tertius pro soluente esse poterat redimere ac reluere, *Natt.cons.457.in princip.lib.2. Alex.cons.45.lib.5.* & ita semper in praxi seruatum fuit; Item in facto apparebat quod dictus de Luchi-
8 sio obtinuerat cessionē pro se, hæredibus, & successoribus, contra terminos procuratorij, vt declarat *Socin.iun.in consil.154.nu.9.lib. 2.* cum per illa verba [pro se, hæredibus, & successoribus] videatur cōtraxisse proprio nomine, & voluisse effici dominū irreuocabiliter;
9 nā si voluisset acquirere procuratorio noīe, nō recepisset, pro se, hæredib.& successorib. suis, sed pro hæredibus, & successorib. Donnæ Mariæ,

Mariæ, ita dixit *Cor. in cõs.* 172. *cir
ca* 1. *& 3. dubitat. lib.* 1. *Purpurat.
in l. ex cõuenıente nu.* 37. *C. de pact.
Becc. cons.* 42. *num.* 7. *& post Bero.
Bald. & alios, consuluit Roland. cons.*
64. *num.* 9. *cum seq. lib.* 4. & tantò
10 magis stante constituto apposito
in fauorẽ dicti de Luchisio, & suo-
rum hæredum, & successorum, per
quod constitutum non est dubium
contraxisse nomine proprio, & in
sui fauorem, & vtilitatem, suorũ-
que hæredum, successorum fuisse
translatum dominiũ, *l. quod meo,
ff. de acquiren. possess. Becc. d. consil.*
42. *numero* 8. *Rol. d. consil.* 64. *nume
11 ro* 10. *lib.* 4. *& licet Corn. in consil.*
129. *lib.* 4. videatur sentire in suo
casu actum intelligi factum pro-
curatorio nomine, & si de hære-
dibus ibi fuisset facta mentio, ni-
hilominus ipse *Corn. sub numer.* 9.
subdit hæc verba ibi [verùm quia
verba sunt multum præcisa in cõ-
trarium, non audeo id præcise fir-
mare] & in casu isto non solum ap-
parebat solutionem factam fuis-
se de pecunijs d. de Luchisio cum
acquisitione pro se hæredibus,
& successoribus in perpetuum,
verum etiam & cum clausula con
stituti pro se, & hæredibus, quod
erat in casu *Corn.*

Secundo principaliter nullum
dicebatur secundum decretũ præ-
12 dictum, quia pro dictis vntijs cen
tum non competebat via exequu-
tiua ex quo erat elapsum decen-
nium, ut dixit in puncto *Corn. cõs.*
132. *lib.* 4. & facit Ritus dum con
cedit instrumentis viã exequutiuã
infra decennium, quo elapso eam
non habeant, & licet stantibus li-
teris dispensationis dictis deputa-
tis competere potuisset dicta via
13 exequutiua, tamen priuilegium
erat personale, & nõ cessibile, *Din.
in cap. priuilegium, de reg. iur. in* 5.
*Angel. in l. quod si in diem, §. Julia
nus in fi. ff. de petitio. hæred. Surd.
consil.* 205. *numero.* 22. *lib.* 2. Nec
obstat dicere, quod hoc non pro-
14 cedit, quando cessio fieret ex cau-
sa necessaria, vt consuluit *Cioff. in
cons.* 104. *in* 3. *limit. lib.* 2. & ex
multis sequitur *Vini. decis.* 158. *nu.*
12. *&* 13. *in finalibus verbis*, quia
respondebatur, *quod Cioff. & Vini.
mouentur per doctrinam Bart. in l.
post dotem in fin. ff. solut. matrim.*
qui hoc intelligit, quando causa
15 ex vtraque parte esset necessaria
vt dixit propriè in numero 35. at
in casu isto nulla poterat conside-
rari necessitas ex vtraque parte;
tanto fortius dato pro vero, vt su
prædictum est, quod cessio fuerit
facta illi de Luchisio nomine pro-
prio.

Ex prædictis Consistorium de-
clarauit nullum secundum decre-
tum, die 15. Ianuarij, 1603. & ma
ximè accedente enormissima lęsio
ne, quia iste de Luchisio pro vntiis
310. sibi adiudicauerat Baroniam
prædictam Summatini valoris scu
torum septuaginta millium, quæ
nullitas licèt in Regno numquam
fuerit admissa, vt dixi in decisio.
præcedenti, tamen negari non po-
test, quin Iudex ex illa facilius de-
beat inclinare ad declarandum
nullum decretum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata pendente termino est nulla. ratio ibidem.*
2 *Terminus prorogatus idem est cum principali.*
3 *Prorogatio termini debet parti intimari, si lædat.*
47 *Sententia lata in termino prorogato absque partis notificatione est valida.*
5 *Termini prorogatio absque partis notificatione est nulla.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata in termino prorogato an sit nulla.

DECISIO XXXV.

1 SEntentia, siue interloquutoria lata pendente termino est ipso iure nulla, ex quo dilatione pendente officiũ iudicis conquiescit, neque sibi competit iurisdictionis exercitium, sed manet in suspenso, *l. siue pars, & ibi Bald. & alij, C. de dilat. Lap. alleg.* 2. vers. & hoc quia pendet, & multos congerit *Vant. de nullit. defect. iurisdictio. ordi. num.* 157. *cum alijs seq.* & idem dicitur de termino proro-
2 gato, cum sit idem terminus cum principali: nam idem iudicatur de ipsa prorogatione, quod de primo termino, vt probant *Bald. in tract. de tempor. vtil. cap.* 4. *num.* 8. *Purpurat. cons.* 156. *num.* 14. *Corn. cons.* 233. *volum.* 2. *cum alijs similib.* Limitatur tamen prædicta conclusio
3 notabiliter si prorogatio termini non fuisset notificata ei, cõtra quẽ est obtenta ad hoc vt præiudicium inferatur, & sic ad reddendũ eius sententiam nullam, vt dixit *Bald. in l. eos, §. Apostolos, num.* 5. *C. de appellat.* vbi ait, quod prorogatio termini si lędat, debet notificari, aliàs non afficit, at in casu isto redderet sententiam nullam, ergo lęderet, ac præiudicium inferret; & ideo absque notificatione talis pro-
4 rogationis sententia non redderetur nulla, post *Bald. idem dixerunt Rim. Sen. cons.* 66. *num.* 6. & 7. *vol.* 1. *Natt. cons.* 337. *in fin.* imo plus dicunt Docto. quod talis proroga-
5 tio non valet absque partis notificatione, *Paris. cons.* 43. *num.* 8. *vol.* 1. *Gabr. post multos in tit. de citat. conclus.* 1. *num.* 450. *Fab. de Anna cons.* 75. *num.* 6. ex quibus in Consistorio validã declarauimus interloquutoriam latam per M.R.C. in termino prorogato absque partis notificatione ad instantiam Ioannis Leonardi Gerbasi cõtra Gregorium Morana die 11. Maij 1604. licet contrarium sæpissimè practicatum, & iudicatum vidissem in Curia Prætoriana huius Vrbis, his annis præteritis.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans eiusque hæres tenetur de euictione dotis constitutæ, & num.* 8. & 13.
2 *Res peruenta ex pecunia dotali efficitur dotalis, Limita, numero* 3. & 4.

Intel-

Intellige num.18.

5 *Res permutata cum re dotali efficitur dotalis.*

6 *Extensio fit in re subrogata habente eandem qualitatem, & num.20.*

7 *Pensio subrogata loco primæ sapit eãdem qualitatem.*

9 *Casus omissus habetur pro omisso in materia euictionis, & nu.11.*

10 *Contractus non recipit interpretationem ampliatiuam.*

12 *Dictio (dictorum reddituum) quid operatur.*

13 *Euictio non datur nisi vbi oculis corporeis legitur.*

14 *Euictionis promissio in contractu dotis expresse legi debet.*

15 *Res maioratui subiecta an possit alienari, vt ex eius pretio alia res vtilior ematur.*

16 *Res subrogata loco rei maioratui subiecta sapit eius qualitatem.*

17 *Euictio promissa pro aliqua, an extendatur ad aliam eius loco subrogatam, & num.19.*

21 *Pactum, quod redditus emantur cum interuentu alicuius est inductum in eius fauorem.*

ARGVMENTVM.

Euictio promissa pro redditibus dotatis, an extendatur ad alios redditus in locum primorum subrogatos, si fuerint euicti.

DECISIO XXXVI.



INter alias dotes cõstitutas in contractu matrimoniali per Ioseph de Accomãdo, & consortes Hieronymo Morso fuerunt assignatæ vntiæ septem redditus debitæ per quosdam de Fontana cum promissione defensionis, & euictionis in forma, & cũ pacto, quod in casu reluitionis dictorum reddituum, deberet capitale de nouo conuerti in emptionẽ aliorum reddituum cum interuentu dotantium, euenit quod facta reluitione dictorum reddituum, & de nouo facta emptione aliorum, cum interuentu prædicto isti noui redditus fuerunt euicti, & cũ dictus de Morso se direxisset contra dotantem pro defensione, fuit per M.R.C. iudicatum ad euictionem non teneri, causa deuoluta via reuisionis in Consistorio dicebatur ex parte Hieronymi Morso,
1 quod nedum pater dotans, sed etiam eius hæres, tam ex pacto in cõtractu matrimoniali adiecto, quã de iure tenebatur non solum ad liberandum rem dotatam filiæ repertam obnoxiam, & consequenter ad eius defensionem, sed etiam ad euictionem, *ad text. in l. creditor, §. prædium, ff. de act. empt. cum similibus.*

Nec obstabat, quod redditus de quibus agebatur, non erant ipsi assignati in contractu matrimoniali, & quod res empta ex pecu-
2 cunia dotali non efficitur dotalis, *l. ex pecunia, C. de iur. dot. quia l. prædicta limitatur*, quando redditus essent empti ex pecunia peruenta de redditibus dotalibus
3 per virum cum consensu vxoris ad vtilitatem matrimonij, vt in casu isto, quia tunc dota-

dotales dicuntur, vt dixit glossa *magistralis in d.l.ex pecunia,in glo. magna,in princ.per tex.in l.res quæ ex dotal.& in l.ita constante,ff.de iure dotium. Campeg. de dot.parte 4. quæst.8. Crauett.consil.304.num.7. vers.postremo,Bero.consil.165. nu. 42.lib.2.*

4 Item limitatur, quando pecunia dotalis descēdit ex pretio rei dotalis,& est destinata in emptionem alterius rei ex causa necessaria,tunc enim res empta ex illa pecunia efficitur dotalis,& cum eisdem priuilegijs: & ratio est, quia pecunia dotalis destinata in emptionem prędiorum,seu redditū non censetur vti pecunia, sed vti prędium.seu redditus; & ideò est, ac si fieret permutatio, & subrogatio cum eisdem priuilegijs, ita *Decia.respon.59.n.8.& 13.*& res permutata cum re dotali efficitur dotalis,vt dixit post alios *Decia. respon.27.nu.5.& respons.52.nu. 35. lib.1.& respon.43.n.15.21.& 22. lib.3.* sed ita fuit casus iste; ergo nil obstare videbatur subrogatio.

5

Præterea dicebatur,quod promissio euictionis, & defensionis licet fuerit facta pro illis redditibus assignatis in contractu matrimoniali, tamen extenditur ad istos redditus euictos ex eorum pretio emptos in consequentiam necessariam,cum non simus in casu omisso,sed comprehenso ex prædictis limitationibus, & maximè in casu isto fauore dotis, quia in ea vertitur publica vtilitas, cùm reipublicæ inter sit mulieres non esse indotatas,*l.1.& ibi omnes Doct. ff.solut.matri.* & ideò fit extensio etiā in pęnalibus, *Natt.cons.346.*

6 *nu.4.& 9.*& fortius in re subrogata habente similem qualitatem, siue eiusdem speciei, vt post *Alber.& Iacob. concludit Euerard. in locis legal. in loco à vi subrogationis nu.14.* vbi ait,quod si aliqui homines promiserint custodire aliquod Castrum, & illud postea fuerit ab inimicis funditus dirutum, si exinde dominus Castri aliud ædificauerit propè illum locum vbi erat primum, eumque subrogauerit loco primi, quod illi homines tenebuntur etiam ad custodiā istius castri subrogati, & etiam sequnti sunt *Boer. decis.212.nu.14. li.1.Gabr.de reg.iur.conclu.2. n.27. Decia.d.resp n.27.num.2.lib.1.& respon.43.num.17.lib.3.* imo in re habente ortum à prima, vt hic, *Neguſ.de pignor.2.memb.2.par.nu.25. Gabr.d.conclus.1.nu.38.* & in pensione subrogata loco alterius, qd

7 sapiat eamdem naturā, dixit *Rui. cons.160.col.3.li.1.Gab. d. conclus. 2.nu.54.Caroc.de locat.& conduct. tit.de sublocat.q.36.* vbi hanc dicit veriorem opinionem. Accedebat vlterius, quod redditus prædicti

8 fuerunt empti de nouo cum interuentu, & consensu dotantium pro cautela dotium, & sic eueniente euictione dominus non erat liberatus,ex traditis *per Crauet.cōs.304. nu.1.& nu.7.vers.secundo respondeo.* In contrarium tamen dubium fuit, quòd cum euictio, & defensio fuerit promissa pro redditibus in contractu assignatis, quòd vsque non extendatur ad alios redditus

ditus de nouo ex eorũ pretio em-
9 ptos, & cum hoc fuerit omissum habetur pro omisso, vt in terminis euictionis *determinat post alios Anguisc. consf.273.nu 5. & 6. & optimè Soc.Sen.consf.70. num.5.*
10 *& per totum vol.3.* & contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, sed tantum arctatiuam, etiam si sine ea promissio stare nequeat, vt per pulchra exempla consuluit *Bal. consf.145.vol.3. & post eum Bursat. consf.449. num. vlt.lib.4.Rol.consf.58.num.64. volu.3.& in terminis Rimin.Iun.consf. 392.n.18.& seq.vol.4.* & cum nõ fuerit facta mentio de euictione, & defensione istorum reddituum in casu reluitionis de nouo emen-
11 dorum, sed tantum de defensione reddituum in contractu matrimoniali assignatorum, vtique censentur partes non voluisse, *Becc.consf. 1.num.14.Ceph.consf.144. vol.2.in terminis Surd.consf.150.nu.33.* vbi etiã ait, quod si partes voluissent, vtique expressissent, maximè stante dictione (dictorum reddituum
12 vt supra) quæ dictio (dictorum) est personalissima, & non extenditur de re ad rem, sed tantum illa res, vel persona comprehenditur, quæ oculis corporeis legi potest, vt post alios dixit *Bursat. consf.64. nu.21.* & magis in terminis casus nostri dixit idem *Bursat. in consil. 13.nume.33.cum seq.vol.1.& post R p. ... P... frol.Rimin.Iun. d. consf. 392. num.34.lib.4.* qui redditus in casu isto non solum non fuerunt euicti, sed eorum capitale peruenit in posse mariti stante reluitione facta, & cum sit facta pro certa causa, non extenditur ad aliam, *Surd.d.consil.150.nu.69.93.& per totum vol.1.Osas.consf.33.num.14. 15.16.24.25.& seq.* adeò quod oculis corporeis legi debet pro-
13 missio euictionis, vel indemnitatis, vt quis possit condemnari, vt dixit *Paris.consil.109.& consf.seq. vol.1.Sim.de Prat. consf.71.nu.41. cum seq.& in nu.45.* & tanto magis hæc omnia procedere videbãtur in contractu dotali, prout erat casus iste, vbi de natura ipsius contractus regulariter non venit promissio aliqua defensionis, & eui-
14 ctionis, nisi specialiter, & expressè promittatur, vt dixit *Alb. in l. euicta, n.1.C.de iure dot. vbi num.6.* assignat rationem, quia in emptione, & venditione interuenit pretium, & iustum non est, quod emptor careat re, & pretio; at marito re euicta in his abest, ex quo matrimonium potest esse sine dote; quod non est in casu illo, quia maritus habuit capitale dictorũ reddituum in contractu matrimoniali assignatorum, licet de eis emerit alios redditus, de quibus agitur, qui dotales non sunt, *d.l. ex pecunia, C.de iur.dot.* & in terminis videbatur, quòd casum istum decidat *Molin.de prim.Hisp.lib.4. cap. 4.* quærit enim ipse ibi *nu.1.cum*
15 *seq.* an res maioratus subiecta possit alienari, vt ex pretio alia res vtilior ematur, & in locum eius subrogetur, & cõcludit, quòd sic multis rationibus præsertim quia etiã res dotalis potest alienari, vel permutari, si est vtile mulieri, *& num.*

num.24. cum seq. determinat talẽ
rem subrogatam, & emptam ex
pretio rei maioratus subiectæ ef-
16 fici etiam subiectam maioratui,
ac in ipso succedere cum omnibus
qualitatibus primæuis: adeo quod
nihil differat à prima re vendita,
& num.47.& 49. quærit an si ipsa
17 res empta ex pretio rei maiora-
tus subiectæ, & subrogata loco
prioris si euincatur ex eo, quod
non esset venditoris, vel ex alia
causa, maioratus successor debeat
vtraque re carere, vel potius alie
natã reuocare, & distinguit, quod
aut subrogatio fuit facta ex causa
permutationis, & tunc eo ipso,
quod res permutata, atque subro
gata euicta fuerit, eo ipso maiora
tus possessor poterit rem antiquã
recuperare; Aut enim res maiora
tus alienatur eo pacto, vt pretium
deponatur, & ex eodem pretio res
alia comparetur quæ in locum e-
ius subrogan[illegible]it, & isto casu suf
ficit empturem obseruare contra
ctum pretium deponendo, quia si
postea ematur res, quæ euincatur,
emptor est securus, nequaquam ad id
resarciendum tenebitur, ita vide-
tur dicendum in casu isto, quod
sufficit dotantibus in casu relui-
tionis fuisse pretium, seu capitale
depositatum in tabula liberum,
atque nulli obligationi obnoxiũ,
per cuius depositionem, & solu-
tionem fuerunt ipso iure liberati
dotãtes, vnde si postea res empta
ex tali pretio euincatur, dotantes
ad nihilum tenentur, ex prædicta
decis. Molin.

Consistorium die 15. mensis
Maij, 1604. confirmauit senten-
tiam M.R.C. absoluendo dotan-
tes à petitione prædicta: Nec ob-
stabant adducta ex aduerso, & pri
mo limitationes traditæ ad *text.*
18 *in l. ex pecunia*, quia illa proce-
dunt, quando quæstio esset inter
virum, & vxorem, vt in casu resti-
tutionis dotium vxor possit pete-
re rem emptam ex pecunia dota-
li, vel pecuniam, non autem locũ
sibi vendicabunt, quod si res em-
pta ex tali pecunia euincatur, te-
neatur de euictione dotans, sed
tantum permutans, *ad text. in l. si
permutationis, vbi Bald. & alij no-
tant, C. de euictio. post alios Bei. con-
sil.83.* Item & venditor, *d. l. ex pe-
cunia*, vbi est sua materia, *C. de iure
dot.* quo loco habetur, quod fun-
dus ex pecunia dotali à marito
emptus non efficitur dotalis ea
ratione, quia maritus vxori actio-
nem empti acquirere non potest,
quæ actio ex empto competit,
quando res vendita euincitur, *ad
tex. in l. ex empto, ff. de act. empti.
& tot. tit. ff. & C. de euict.* & sic re-
gulariter res empta ex pecunia
dotali non efficitur dotalis, ex
quo vir non potest acquirere a-
[illegible] ex empto, hoc est euictio
[illegible] vel dicta actione ex empto a-
gere ad [illegible] contra
venditorem, [illegible] bi exemplificat
Bal. in princ. v[illegible] postea *Bal.
& alij Doct.* [illegible] illũ non
procedere, quando cu[illegible]
vxoris res empta sit, quia [illegible]
res efficitur dotalis, & acquir[illegible]
actionem ex empto, quam experi-
tur contra ipsum venditorem, vt
ibi

ibi tradit *Bald.* non autem contra dotantem.

Nec pariter obstat, quod promissio euictionis, & defensionis redditùum assignatorum in cótractu matrimoniali videtur extẽdi ad istos de nouo emptos, ex quo veniunt in consequẽtiam, quia ex prædictis videbatur huic obiecto esse satisfactum: attamen dato, ꝙ
19 venirent, permissio atq; obligatio istorum dotantium, nòn extenditur ad eos, vt cõsuluit *Bal. in cons.* 145. *nu.* 5. *vol.* 3. Nec obstat dictũ
20 Euerard. quia illud non procedit, quando culpa domini fuisset expugnatum, vt tradit *Bart. in l. quidam cum filium, ff. de verb. obl. Soc. sen. in d. cons.* 70. *nu.* 2. & 3. *vol.* 3. *Paris. cons.* 109. *nu.* 38. *vol.* 1. *Mandel. cons.* 177. *Surd. cons.* 64. *nu.* 9. & *per totum, vol.* 1.

At in casu isto illi de Morso fuerunt in culpa, quia poterãt emere redditus tutos, & securos. Secundo & melius respondetur, ꝙ prædicta conclusio de Castro non potest applicari casui prædicto, postquam Castrum reædificatũ est idẽ Castrum, & non versatur aliquod interesse promittentis defendere, seu custodire primum, vel reædificatum, secùs autem in præsenti casu, vbi nó sunt ijdem redditus, sed alij à tertio venditi, & concurrit interesse dotantis, qui iam soluit illorum pretium, cuius solutione fuit ipsa iure liberatus: non ergo æquitas patitur, vt bis idem soluatur, maximè cum hic non sit promissum de euictione, & defensione redditùum in genere, prout in casu promissionis Castri, sed cum illa dictione (dictorum redditũ) vt supra dictum est, quæ est personalissima, & non extenditur de re ad rem, neq; de persona ad personam, sed tantum illa res cõprehenditur, quę oculis corporeis legi potest, ex *Rimin.* & *Burs. in locis supra alleg.*

Postremo nón obstabat interuentus dotantis in emptione nouorum redditùum, quia tale pactũ
21 (vt redditus emẽdi emantur cum interuentu dotantium) factum cẽsetur in fauorem dotantium in casu restitutionis dotium, vt dixit *Burs. in cons.* 297. *nu.* 3. & *per tot. vol.* 1. & ideo non potest retorqueri in eius odium, *l. quod fauore, C. de leg.* & consensus procuratus, vt magis ipsis dotantibus cautum sit, nó debet eis diminuere cautionem, vt in materia euictionis per plura exempla consuluit *Surd. consil.* 36. *num.* 28. *vol.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio anterioritatis pariter priuilegiatæ admittitur aduersus executionem census iuxta formam Bullæ.*
Quid si possideat in parte pro causa posteriori, num. 2.
3 *Accollatio oneris posterioris in adiudicatione nõ præiudicat creditori quoad alios posteriores, & nu.* 6.
Contra, num. 7. & 8.
4 *Decretum annullatur si excedat verum creditum, secùs in onere accollato.*

5 De-

5 *Debitor in redemptione rei adiudicatæ non tenetur depositare onera accollata.*
7 *Onus accollatum est pars pretij.*
9 *Creditor accollando sibi creditum posterius illi consentire videtur, & ius amittit quoad alios posteriores.*

ARGVMENTVM.

Exceptio anterioritatis aduersus exequutionem census iuxta formam Bullæ an obstet, si possessor detineat in parte pro causa posteriori.

DECISIO XXXVII.

PLuries in supremis his nostris Tribunalibus iudicauimus exceptionem anterioritatis pariter priuilegiatæ admitti aduer-
1 sus exequutionem cẽsus iuxta formam Bullæ non obstante Regia Pragmatica reijciente omnes exceptiones, vt dixi in *Addit. ad Petr. de Gregor. de Censib. quæst. 6. num.* 93. vbi multis rationibus sententiam prædictam comprobaui, & hodie penes probos iudices non admittitur amplius super hoc disceptatio. Sed fuit dubitatum in Consistorio, quid si fuerit adiudicata res aliqua pro debito census iuxta formam Bullæ anteriori, sed cum onere soluendi onus aliquod census, vel simile, quod esset posterius alterius creditoris agentis
2 vigore census bullaris, an talis exceptio admittatur? Et pro conuento dicebatur, quod dum sibi adiudicauit rem hypothecatam pro censu anteriori, voluit possidere tantum ex causa priuilegiata dictorum intronsuriorum, non autem ex causa accollationum, quia ven-
3 ditio fuit facta pro illo censu pro quo processit exequutio, pretium enim illius adiudicationis rei iudicatæ fuit summa intronsuriorum bullæ anterioris, à quo robur habet actus adiudicationis, cum in re, consensu, & pretio consistat, *l. 1. ff. de contrahen.* & non in onere: nam creditor à principio est immissus in possessionẽ per primum decretum pro debito anteriori, Hinc est, quod si aliquis est excessus in pretio oblato annullatur
4 adiudicatio, secus si in onere, *l. hæc venditio, ff. de contrah. empt. & vendit. Soc. Iun. cons. 47. num. 8. lib. 2. Bongiorn. in alleg. in causa Floridæ.* Item in redemptione debitor
5 tenetur verum pretium offerre, nõ autem onera, *Bald. & Salic. in auth. & quiiurat, num. 26. C. de bon. auth. Iud. possid. Aret. in l. si aliquã rem, ff. de acquir. possess. Milan. decis. 12. num. 124. par. 2. Melchio. Palacz de Maior. par. 3. quæst. 24. nu. 2. tom. 10. par. 1. tract. fol. 453.* & dicam alibi latius. Item pro parte pretij non possunt offerri credita illiquida non exigibilia, neque illa de quibus non sit lapsa quindena, quæ tamen omnia accollari
6 possunt sub specie oneris, vt quotidie practicatur, & ideò non potest dici, quod possessor ex tali adiudicatione possideat ex causa posteriori ex debito accollato, sed

ex

ex credito pro quo processerat exequutio, & facta distractio, & prædicta videbantur confirmari posse; quia creditor sibi accollando onus posterius non videtur sibi præiudicasse nisi in eo, quod sibi accollauit, secùs vero quoad alios non accollatos, cum respectu certæ personæ facta fuerit accollatio, & non omnium, vt benè distinguit *Salic. in l. fin. C. de remissio. pign. & in l. 3. C. eod. quam distinctionem sequuti sunt Fran. de pignor. in 6. par. 3. memb. nu. 13. & Mascard. concl. 1178. num. 41.*

Sed pro actore faciebat, quia licet prædicta vera sint, tamen conuentus sibi adiudicando rem hypothecatam ex debito census anteriori, cum accollatione oneris posterioris sui crediti dicitur possidere partim ex causa anteriori, & partim ex causa posteriori, & respectu causę posterioris talis exceptio non obstabat, illud enim onus ac-
7 collatum est pars pretij, *l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio. & vendi. Soc. Sen. conf. 15. num. 57. in 1. vol. Velas. decis. 43. & 70. Gamma. decis. 256. Perus. decis. 97.* quia pro illo onere census, minus soluit pro pretio rei, *Foller. in tract. de censib. verb. Tanquam, num. 30.* ideoque non potest iuuari respectu partis pretij soluti posterioribus, vel pe-
8 nès eum retéti, *ad text. in l. qui à debitore, & in l. eum qui à debitore, ff. qui pot. in pignor. habeant. Milan. decis. 9. num. 62. lib. 2. Vinc. de Fràc. decis. 272. in fin.* & sic videntur sublata obiecta ex aduerso deducta.

Quinimo plus dicendum erat in casu isto, quod cum ipse possessor
9 consenserit dicto oneri posteriori ex accollatione facta ius remisisse videtur quoad creditorem posteriorem, vt determinat *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de solut.* quem refert & sequitur *Alex. ad Bart. in l. creditor. la 2. §. si tecum, & ibi idem Bar. qui potio. in pigno. habean. Gabell. milleloq. 447. num. 1. & facit benè tex. in l. creditor, §. si primus, vers. sidem bis, & in l. quærebatur, ff. qui pot. in pign. habean.* & secundum hanc opinionem iudicauit Consistoriũ pro Vincentio Saletno contra Octauium lo Monaco die x. Aprilis 1604. & ita passim fuit pluries iudicatũ in his nostris supremis Tribunalibus, licèt non omittam dicere, quod aliàs contrarium cõsuluerim pro Ioseph de Oriolis contra Innocentiam Nauarra in Curia Prætoriana, secundum quam opinionem fuit iudicatum die 24. Ianuarij, ix. Indict. 1596. quæ interloqutoria fuit postea cõfirmata per M. R. C. die 3. Ianuarii. 1598.

Et idẽ iudicauit Genitor meus pro Maria Pisano contra Isabellam de Baldassare de anno 1601. tamen ex prædictis veritas est in contrarium, & sapientis est mutare propositum.

SVMMARIVM.

1 *Remissio, & pax cum clausula, quod exeat ab Vrbe non impedit beneficium Indulti.*

Am-

Amplia etiam quod offendens contra ueniat suæ promissioni. num. 2.

3 *Pactum appositum in remissione, & pace, cum clausula de non ingrediendo Ciuitatem, validum est, & num. 4.*

Contra num. 5. & 8. & est contra libertatem, num. 13.

Contra in pacto ad breue tempus, numero 14.

6 *Decennium longum est tempus, & perpetuum, num. 7.*

9 *Exilium per priuatos demandari non potest.*

10 *Exilij pœna capitalis est. imo, & corporalis, num. 11.*

12 *Exilium appositum in remissione iniuriæ est contra eius naturam.*

ARGVMENTVM.

Pactum appositum in remissionibus iniuriarum, ne quis possit ingredi Ciuitatem aliquã, an sit validum.

DECISIO XXXVIII.

BAldassar Paterno nobilis Catinensis inquisitus de homicidio, & pro dicta causa bannitus obtinuit partis remissionem cũ clausula; quod Ciuitatem prædictam ingredi non potuisset per annos decem sub pena scutorum mille fisco Regio applicandorum, cuius vigore, stante indulgentia generali à Rege nostro Catholico delinquentibus concessa, fuit absolutus, non obstante dicta conditio-
1 ne, cum non impediat ipsius beneficium, ad *trad. per Bonacos. in quæ. crim. verb. Pax. Alcia. in cons. 134. tom. 2. lib. 5.* secundum quam opinionem me referēte Excellen. Proregi fuit hoc anno iudicatum pro Vito Bucculerio, & similiter fuit pluries determinatum in M. R. C. causarum criminalium, vt dixi in Commen. meo ad Indult. *cap. 24. num. 34.* vbi ampliaui procedere, etiam quod offendens contrauene-
2 rit suæ promissioni, & non seruaret promissa, ad tex. vbi hoc ibi notāt *Bart. Bald. & Salic. in l. quamuis, C. ad Turpillia. Carouit. super Rit. Neapol. 275. num. 22. & seq. Farinac. de Inquisit. quæst. 5. num. 11. in fin. vers. Sublimita secundo*, & cum dictus de Paterno exilium prædictũ seruasset per annos quatuor, & pars accusatrix decesserit, comparuit in eadem M. R. C. causarum criminalium, & petiit nullitatem pacti appositi in remissione prædicta de non ingrediendo Ciuitatem sub pœna prædicta; & per maiorē partem dominorum fuit iudicatum pactum validum, præterquā quo ad pœnam pecuniariam, causa nobis commissa via reuisionis per Excellentissimum Proregem dicebatur sententiam prædictam quo ad validitatem comprobari
3 ex doctrina *Bald. in cap. 1. num. 4. de leg. Corrad. vbi quærit ibi Bald. post Iacob. de Ardiz.* quando compromittitur in offensum, an offensus possit mandare offendēti; quod de Ciuitate exeat, & dicit, quod non, nisi in compromisso hoc actũ fuerit, & eum sequuti sunt, *Affl. ibi num. 17. Ioann. Andr. in adut.*

ad

ad Specu.tit.de arbit.§.potest; nu.7. verb.arbitretur. Alber.in l.fin.nu.5. ff.de offic.procur. Cæsar. & in l.non distinguemus,§.Iulianus,num.11.& in l.pen.nu.2.in fin. ff.de arbit. Greg. Lopez in l.27.glo.8.titu.11.part.3. Baiard.ad Clar.quæst.67. nume.20. Gamma.decis.63. & ratio est secun
4 dum eos, quia non per hoc dicitur infringi libertas, sed est quædam iniuriarum satisfactio; Item quia aliàs offensus pacem, & remissionem non fecisset, si conditionem non valere credidisset, vnde de facili ad vindictam prouocaretur, *l.qui fidem, ff.de transf.* imò, & pacē recipientem in foro honoris non excusari, quinimo eius opinionem penes probos viros grauari, si à fide, & promissione desisteret, cum his motus fuerit offensus ad pacē faciendam, vt dixit *Vulpell.in tract. de treg.& pac. quæst.55.* & ideò ad euitandas reuolutiones, & scandala, quæ ex hoc oriri possent, si pax ipsa non seruaretur, talia pacta non semel approbata fuisse per Principes dixit *à Gamma d.decisione 73.*

Contrarium tamen iudicauimus in Consistorio die 25. Nouembris, 1603. reuocando sententiam M.R.C. nempè pactum prædictum nullius esse roboris, attentis qualitatibus huius causæ, de quibus infra, & maximè quia exilium prædictum, etsi fuerit appositum per annos decem, tamen erat perpetuum, cum decennium lōgum sit tempus, *Bartol.Bald. Ang. & Imol.in l.qui aliena, ff.de acquir. hæredita. Cæpol.de simulat.contract. num.128. Rainald. Cors. de indagat. iur.lib.1.cap.19. num.2. Rodoan.de reb.Eccle.non alienan.rub.4.nu.16. Moron.de treg.& pace, quæstio.88. num.9.& 10. Gail.obseruat.29. nu. 6.lib.2. Magalot.de securit.& saluo cond. par.1.num.47.* & est doctrina *Bart.in l.1.§.quod autem, ff.de super*
5
7 *fic.* imo perpetuum, vt dixit *glo. in l.nam Imperator, ff.de leg.* & pactum
8 prædictum perpetuum nullum esse dixerunt *Anchara.in consil.75. Alciat.d.consil.134.to.2.lib.5. Vulpel.de treg.& pace, quæst.55. Moron.in simili tract.quæst.186. Bonacos.in commu.opin.crim.in verbo, Gratia.Iac. Nouel.in pract.crim.cap. vlt.nu.69. Viui.commun.opin.574. & in Syntagm. commu. opin.titu.3. de contracti.loco 4. cap.7. in verbo, Pactum,* vbi refert ita pluries iudicatum in Sacro Consilio Neapolitano, & in Regia Audientia *Scipio Rouit.in comment.ad prag.8. de composit.num.8.* vbi pariter secundum eam iudicatum fuisse refert in eodem Sacro Consilio Neapolitano, referente Doctissimo Fuluio Constantio, & nouissimè *Farinac. post hæc scripta visus in pract.crim.quæstio.107.part.2.art.20.* & idem pluries vidimus determinatum in eadem M. R. C. confirmatur supradicta conclusio viuis rationibus, & fundamentis secundum prææallegatos Doctores, & primo, quia cōtinet pactum expressum à iure reprobatum, nempè super re in qua solum Prætoris imperium versatur, vt puta exilium à propria patria, & in his, in quibus Prætoris
9 iurisdictio versatur, priuatorum

I pactio-

pactiones prorsus reiiciuntur, per tex. expressum *in l. iuris gentium, §. si paciscatur. ff. de pact.* quem in his terminis adducit *Anchar. in d. consil. 75. nu. 3.* & tamen pena exilij nõ potest imponi de iure nisi per ha-
10 bentes merum imperium, cùm sit pena capitalis, vt dixit *Bar. in l. imperium, num. 10. ff. de iurisd. om. iud.* & alij infiniti, quos refert & sequitur *Farinac. in titu. de delic. & pen. quæst. 19. num. 17. Magon. deci. 35. lib. 2. Eman. Suares verb. capitalis*
11 *pœna*, imo & corporalem esse dixit *Bos. in tit. de carcerat. fideiuss. commit. num. 7.*

Secundò facit, quia talis con-
12 ditio est nulla, & contra naturam remissionis, & pacis, & ob id reijciendam esse ait *Alciat. d. cõs. 134. Anchar. & Vulpel.* vbi hoc præsertim procedere aiunt, quia lex Euãgelica repugnat *Matth. 5.* ibi (*& benefacite illis, qui oderunt vos*) non enim benefacimus, sed malè, si ipsos à patria exules teneamus. Et licèt in alia Ciuitate domicilium constituere possit, tamen hoc facere non poterit absque magna impensa, labore, & priuatione familiæ, & domus suæ, quod quam sit durum experientia docuit.

Tertio, & vltimo omissis multis aliis fundamentis relatis per supradictos Doctores, facit, quia
13 pactum prædictum est contra libertatem, *ad tex. in l. Titio centum, §. Titio centum, lo 2. ff. de condit. & demonstrat.* qui text. in secundo exemplo ibi posito expresè decidit casum hunc, dum inter cæteras cautiones, quæ sunt contra libertatem, & propterea à iure reprobatas esse refert eam, vt scilicet quis in alia Ciuitate domicilium habeat, & sequitur ibi Batt. Item & contra omnem humanitatem, & continet meram duritiem, & vindictam, & odiosum est, secũdum *Anch. & Vulpel in locis prædictis*. Nec obstaret dicere, quod tex. ille loquatur in casu contrario, quando quis obligatur non recedere à certo loco, quod quidem strictius videtur, quia non per hoc negari potest, quod sit cõtra libertatem, imo strictius videtur casus iste, quia priuatur patria, quam magis amamus, quàm totum mundum.

Accedebat in causa ista, quod dictus de Paterno seruauerat exilium per annos quatuor in circa, & pars remittẽs iam erat mortua, quo casu cessare videbantur reuolutiones, securitas delinquentis, quies consanguineorum, & alia similia, quæ ex aduerso deducebantur.

Nec obstant contraria, & præcipuè doctrina Bal. & sequacium: nam ipse Bal. mouetur ea ratione, quia non per hoc libertas infringitur, sed est quædam iniuriæ satisfactio, & tamen dicta ratio tendit contra *text. expressum in d. §. Titio centum*, vt dictũ est; Itẽ contra Bal. tenuerunt *Anch. Alcia. & alij relati Doct.* quorum opinio fuit, tam in consulendo, quàm in iudicando recepta. Item opinio prædictorum potest procedere, quando e-
14 xilium esset ad breue tẽpus secundum

dum veram opinionem ab omnibus approbatam, vt dixit *D. Præsidens Gomez de Amescua in tract. nouiter impresso de Potesta. in seipsum lib. 2. cap. 18. num. 19. post Scipio. Rouit. & Vulpel. in locis præallegatis.* & fuit iudicatum hoc anno per M.R.C. pro Don Paulo de Mastiani, qui fuerat prohibitus, quod per annum tantum non accederet ad hanc Vrbem, & eius territorium. *Item à Gamma. in d. decis. 63.* loquitur in remissione approbata à Principe, quæ quidem & si pacto prædicto vallata sit, tamen erit valida, vt post *Carouit. in d. Rit. 275.* dixi *in d. commen. meo ad Indul. cap. 24. num. 42.*

Secundo, nec resistebat, quod offensus pacem aliter non fecisset, si conditionem nullam esse credidisset, nam respondetur, quod qui pacem, & concordiam perpetuam facit, non videtur hoc posse honestè dicere, quia sic indignationem pœnæ non irrogatæ, & duritiem in animo retineret contra naturam pacis, & concordię, quæ est deponere omnem animi languorem, *l. seruus. ff. de seruis fugit. §. fin. insti. de iniur.* & licet actionem iniuriarum quis remittere non teneatur, tamen cordis rancorem statim remittere debet, vt ex multis alijs determinat *Zerol. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. ca. 5. nu. 12.* & secundum hanc opinionem in pacto perpetuo fuit non semel hoc anno iudicatũ per M.R.C. causarum criminalium, & ego iudicaui in causa prædicta Viti Bucculerio.

SVMMARIVM.

1 *Biennium datur ad petendum, & aliud biennium ad prosequendam reuisionem.*

2 *Biennium primum fuit subrogatum loco dierum decem datorum ad appellandum.*
Contra num. 8.

3 *Citatio partis non requiritur ad appellandum.*

4 *Introductio deuoluit causam intimata parte.*

5 *Petitio nõ interrumpitur nisi fiat parte citata, & num. 6.*

7 *Exequutio dicitur facta per missionẽ ex primo decreto.*

9 *Reuisio est ad instar appellationis.*

10 *Introductio scripturarum ad appellandum fit parte citata.*

ARGVMENTVM.

Introductio scripturarũ debet fieri infra biennium citata parte.

DECISIO XXXIX.

1 De iure datur biennium ad petendum, & aliud bienniũ ad prosequendum reuisionem ex theorica *tex. in auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imper. offer. l. 1. C. de sent. præfe. pret. Io. Fran. de Pont. cons. 78. & est cap. Alphon. 528.* dubitatum fuit si hæc introductio scripturarũ de vno tribunali ad aliud, & petitio reuisionis fieri debuerit parte citata, & sic incusata contumacia penès acta, & videba-

tur,quod non: quia istud primum biennium fuit subrogatum loco
3 dierum decem datarum ad appellandum, vt videtur sentire *gloss.in l.1.C. de sent. præfect. in verb.post successionem,in fi.*vers.Item si vsq;. & dixit *Ioann. Franc. de Pont. in d.*
3 *cons.*78.*num.*14. & sicut ad appellandum non requiritur partis citatio, ita nec ad reclamandum.

Ex aduerso dicebatur, quod introductio tunc deuoluit causam,
4 quando est intimata parti, *ad text. in Clemen. causam,de electio. in 6. Rot. Roma. in nouis decis.*139. *Vestr. in praxi Roma. Curiæ lib.3.cap. 6.sub num.6. & 7.*Item quia Cap. prædictum Reg. Alphon. dicit, quod debet peti reuisio, sed petitio
5 non interrumpitur nisi fiat parte citata, ita *Bald. in l. 3.sub nu.* 8. *ff. de eo,per quem fact. erit*, & facit, quod stante statuto,quod qui non petierit debitum infra biennium, quod instrumentum habeatur pro casso, quod non sufficit petitio,
6 nisi interueniat citatio, *Bart. Angel. in l.2.§.si rem,ff. de vsucap. Ias. in l. 3. num.* 5. versic. secundo extende,*ff.de eo per quem fact.er. Bar. cons.*36. qui dicit,quod si est facta missio per primum decretum dici
7 tut facta exequutio, & sic notificatio, quia tunc dicitur facta vera exequutio,& petitio, *Bart.in l.2. §.si rem, num.2.C. de præscrip.*30. *vel* 40. *anno. Bald. in l.fin. in final. verbis, ff. de eo per quem fact.erit, & ibi Alex.num.* 11. *Bald. in l.fin. in final. verbis, de duob. rei. Asin. de exequut. sentent §.5.cap.*134.*num.* 4. *&* 5. *Bougiorn. in cap.* 16. *super Rit.* qui dicit, quod decennium infra, quod debet peti exequutio instrumenti, interrumpitur per citationem, & per primum decretum, quia tunc dicitur exequutio facta, & hoc dicit *Bar. in l. is qui reipublicæ, num.2.ff. ex quib. caus. maior. vt dixi supra in decis.*30.*nu.* 7. *&* 8. Vnde stante statuto prædicto in Regno volente, quod reuisio sit petenda infra biennium, nõ videbatur adimpletum ex introductione nisi parte citata, & incusata contumacia, à quo die contumaciæ currit aliud biennium ad prosequendum causam, vt dixit *Petr. de Gregor. in tract. de iudic. caus.feud. quæstio.*52. *numero* 8. *&* 9.

Nec obstabat,quod primũ biennium fuerat subrogatum loco decem dierum, quinimo loco qua-
8 draginta dierum ad introducendum subrogarũ fuisse videbatur, quia in primo biennio introducũtur scripturæ de vno Tribunali ad aliud, quod non esset si loco dierum decem fuisset subrogatum, quia sufficeret tantum supplica-
9 re, & ideò quia reuisio est ad instar appellationis,vt dixerunt *Capic.decis.*28. *Afflict. decis.*231.*Ceph.cons.*180.*nu.*19.*Rebuff.de suppli cat.sub nu.*89.*glo. in d.l.vnica,supra relata,C. de senten. præfect. Benin-*
10 *tend.decis.*78.*num.*5.sicut in introductione scripturarum in appellatione requiritur citatio,vt ex *Pau. de Castr.in rub. num.* 2. *& Ias.num.* 2.*ff.de in ius vocan.* dixit *Vestr.in praxi Roma.Curiæ lib.*7.*cap.vlt.sub nu.*9. *vers.tamen,sub tit.de tempori.*

&

& fatal. appellationum, & cum sequitur Euge.conf.42.nu.27. ita dicendũ erat in reuisione. Casus iste fuit valde dubius, nec vmquã fuerat in Consistorio controuersus, sed quia merita causæ principalis videbantur satis benè decisa per M.R.C. de cuius reuisione agebatur, ideò pronunciauimus instantiam peremptam, die 27. Martij, 1604. pro Philippo Varrica cõtra Mariam Cicero.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio est vnius obligationis in aliam transfusio.*

2 *Protestatio quod non censeatur facta nouatio, non procedit data incompatibilitate contractuum.*
Contra, num.6.

3 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*
Intellige, num.7. & 8.

4 *Nouatio non inducitur nisi expressè dicatur.*
Item quando expressè cautum esset contrarium, num.5.

ARGVMENTVM.

Nouatio quando inducatur ex nouo contractu, & quid stante protestatione.

DECISIO XL.


Xistente debitore Barone Summatini, Ioã fortis Natoli cũ obligatione in solidum Baronis Racalmallime in vntiis 802. ad complementum maioris summæ, fuit de prædicta summa facta cessio contra Don Petrum lo Porto Arrendatarium Baroniæ debitorem dicti Baronis Summatini, qui Don Petrus pro eadem summa cessa se obligauit consignare tantam quantitatem frumentorum in oneratorio publico Ciuitatis Agrigenti vigore instrumenti publici, in quo dictus de Natoli, seu verius eius procurator compensauit prædictam summam pro pretio, & voluit ꝙ contractus principalis staret in suo robore & firmitate, quo ad anterioritatem, & potioritatem vsque ad integram, & effectiuam solutionẽ dictarum vntiarum 802. post multos menses non facta consignatione dictorum frumentorũ fuit caussata exequutio pro dicta summa contra dictum de Racalmallime debitorem, & in solidum obligatum vigore principalis cõtractus, qui de multis se opposuit, sed præcipuè, quod inducta erat nouatio, quia debitum ad quod erat obligatus Baro conuentus cum Barone Summatini, fuerat transfusum in venditionem frumentorum, & quoties mutatur causa debiti in aliud debitum, tunc dicitur
1 inducta nouatio, *vt consuluit Bal. consil.128. colum.2. lib.2. Gabr.tit. de nouatio.conclus.1.num.71.* & in puncto *Ioan.Fab. in §.præterea, nu. 3. Instit. quibus modis tollit. obligat.* vbi dixit, quod si quis debet centũ & pro illis promittit soluere decẽ modios vini, dicitur facta noua-

tio, *Rebuff. super Constitut. Regni Galliæ tit. de litt. obligat. artic. 1, glos. 9. num. 21. Medi. de nouat. quæst. 8. par. 1. Cæsar. Barz. decis. 20. num. 8.* ratio est; quia est incompatibile, quod stet secundus contractus venditionis frumentorum existente primo mere debitorio, quia obligatio soluendi eandem pecuniam ex contractu debitorio, & ex venditione est incompatibilis, & non possunt simul stare eodem tempore, vt determinat *Molin. de contractib. disputat. 559. nu. 12.* versiculo si enim quis, *fol. mihi 821. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 37.* vbi ait, quod quādo debitum, transfunditur in aliud, extinguitur prima obligatio; data ergo incompatibilitate sequitur, quod est inducta nouatio, ita *Bald. in l. fin. num. 4. ff. de nouat. Dec. in l. pacta nouissima, num. 2. C. de pact. & in consil. 464. numero 4.* versic. tertio respondeo, *Ioan. Anto. Lanar. consi. 23. num. 2.* versic. secunda conclusio, *& num. 3. Menoch. de præsum. præsumpt. 134. nu. 39. lib. 3. Gabr. consil. 81. num. 3. Decian. resp. 22. num. 69. lib. 1. Bero. cons. 203. nu. 13. lib. 3. Mascard. de probat. conclusio 1112. num. 23. Rot. Roman. in nouissimis decis. 261. num. 5. in 2. par. Surd. cons. 145. numero 15. lib. 1. & cons. 345. num. 3. lib. 3. Caual. decis. 18. par. 4. nu. 8.*

Nec obstabat protestatio, quia ratione incompatibilitatis nō po-
2 test vna causa parere duos contractus successiuè, & eodem tempore, & ideò in isto casu nihil operatur, quia non dependet à voluntate contrahentium, sed ex dispositione iuris, quod inducatur nouatio ratione incompatibilitatis, vt post *Bald. Salic. & alios dixit Lanar. d. cons. 23. nu. 8.*

Item quia protestatio posset procedere ratione anterioritatis hypothecæ competentis super bonis propter euictionem, quæ posset contingere, quando fortè data essent ei bona in solutum, & essent euicta; tunc ne excluderetur à secundo creditore operatur in casu suo conditionali, sed non operatur, quod simul, & eodem tempore quis possit vti duobus contractibus incompatibilibus: quia esset quædam contrarietas, quod fiat venditio frumētorum, & quod compēsetur pretium, & quod possit agi primo cōtractu pro debito compensato secundum *Gez. ad cōs. 38. num. 12.* versic. non obstat, *Milanens. decis. 8. num. 37. lib. 3. Lanar. d. cons. 23. nume. 6.* versic. in protestationibus, *Pancirol. consil. 10. & cons. 144. num. 5.* qui dicit,
3 quod talis protestatio est contraria facto, quę nihil operatur, *Surd. consil. 143. num. 11. & semper tollitur per actum contrarium, nu. 12. & non iuuat in his, quæ non dependent à voluntate protestantis, nu. 13.* & hæc exceptio nouationis opponi potest non obstante pacto de non opponendo, *Imol. in l. fin. ff. à quib. appell. non lic. Bald. in l. 2. C. de except. rei indic. Alexand. consil. 36. num. 4. lib. 6.*

Sed ex aduerso dicebatur,
4 quod nulla inducitur nouatio, nisi expresse dicatur, ad *text. in l. fin. C. de*

C. de nouat §. præterea, institut. quibus mod. tolli. oblig. Vincen. de Franch. decis. 155. num. 10. Honded. consil 40. num. 10. lib. 2. Mascard. conclus. 1107. nu. 13. 14. 15. & 16. & conclus. 1112. num. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 12. Gail. pract. obserua. lib. 2. obserua. 30. num. 3. Cæsa. Barz. d. decis. 20. num. 9. Turett. consil. 41. num. 5. vol. 2. Surd. consil. 145. num. 11. & consil. 345. num. 11. vbi dicit, multò minus induci, quando expressè conuen-
5 tum est contrarium, & ampliant Doct. allegati, etiam si superueniat pignorum assignatio, vel fideiussorum, vel si detur vlterius dilatio, & si post primos fideiussores dentur alij, ac etiam si debitor mãdauerit alteri, vt pro eo soluat, adeo quod nec ope exceptionis fieret nouatio ex tacita mente contrahentium, *Gulicl. de Cune. & Bar. in l. rescriptum, §. si frater, ff. de pact. Curt. in l. lecta, ff. si cer. peta.* vbi dicit magis communem, *Grat. consil. 89.* vbi pariter refert magis communem, & veram esse refert *Gabr. de noua. conclus. 1. sub nu. 56.* versic. contrariam autem, vbi infinitos allegat, *Pedroch. consil. 57. num. 534. lib. 2. Fachin. contro. Iur. lib 3. c. 91. litera C. Gail. pract. obserua. lib. 2. obserua. 30. Barz. d. num. 9.*

Nec obstat, quod quando contractus sunt incompatibiles non inducitur nouatio, putà quod primus contractus sit mutui, secundus depositi, ex quo vnus concedit vsum, alter denegat, & quando pro debito pecuniario datur res in solutum, quæ est similis emptioni, & quando contractus primus est quantitatis, & secundus speciei, & similes; quia stante reseruatione, & iurium protesta-
6 tione facta in casu isto, videlicet, quod secunda obligatio fiebat ad cautelam non recedendo à primæuis contractibus, nec liberando bona, & personas aliorum contractuum, nullam fieri nouationem dixerunt magis communiter Doct. etiam data incompatibilitate contractuum, & quod alij obligati, nec fideiussores, nec bona liberentur, & quod creditor possit agere primæuis contractibus contra personas, & bona in eis obligata, siue correos, siue fideiussores obligatos, ita dixit *text. in l. libera quędam Theodora, C. de senten. & interloq. omni. iudic. & text. in l. si quis aliam, ff. de nouat. & vtrobique glo. Bar. Bald. & Salic. in d. l. libera, Bart. in d. l. si quis aliam, num. 1. & 2. Ias. in l. 1. num. 17. & seq. C. de iudic.* vbi dicit, quod ista sententia est vera sicut Euangelium, *Cepol. cautel. 191. Natt. cons. 527. num. 3. & 4. Fan. de pignor. in 3. memb. 6. par. num. 2. Grat. consil. 132. num. 10. cum seq. Gabr. de nouat. conclus. 1. num. 56. Caualc. decis. 18. num. 7. par. 4. Vincen. de Franch. decis. 50. num. 7. & 8. Fab. Turet. d. cons. 41. nu. 12. li. 2. Surd. d. cons. 385. nu. 20. Molin. de contract. disput. 357. nu. 9. & disp. 359. Thesau. decis. 125. nu. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. d. præsumpt. 134. nu. 44.* vbi ita declarat hanc opinionem, *Fab. de Anna*

conf.35.num.12.13.& 14.& conf. 90. num.6.7. & 8. lib.1. Pedemon. decis.164. num.7. Bec. conf.74. nu. 34. Casa. Barz. d. decis.20. sub numer. 14.

Minus obstant Docto. ex aduerso allegati, nempè *Gozad. Panirol. M.lan. & Lanar.* quia ex prædictis apparet, quod magis communis opinio est in contra ium. Item loquuntur in satis diuersis terminis, de quibus in casu isto agebatur, imo *Milan. in d. decis.8. nu.37.* faciebat pro prædicta conclusione superius firmata, dum dicit, quod protestatio operatur si fuerit impeditus exigere, vt erat in casu isto. Nec est verum quod illa protestatio erat contraria facto; quia tunc esset talis, quando
7 creditor habuisset frumentum, & peteret pecunias, vt in casu *Goza. & Milan.* sed in casu isto est declaratoria voluntatis, quod creditor non intendebat nouare, & ex illa protestatione declaratur voluntatem contrahentium abesse in casu contrario per ea, quæ dicit *Bar. in l. non solum, §. morte, ff. de oper. non. nuntia.* & nouatio dependet ex voluntate contrahentium, *l. fin. C. de noua.*

Item intelligi posset de protesta
8 tione clandestina facta per vnum ex contrahentibus tantum altero absente, vel non consentiente, sed quando contrahentes insimul contrahunt cum illa protestatione, tunc non dicitur contraria facto, sed releuat, & iura reseruat, ita notat. *gl. in cap. Cumana, in verbo, protestatione, de electio. vbi Abb. sub nu.8. Bart. in d. l. non solum §. morte, sub num. 21. Dec. post Anchar. & alios in cap. cum Al. Ferrariensis, nu.79. de const. Turrett. conf.74. nu. 10. volum.1. Maluasia consil. 73. num.26.*

His discussis in Consistorio iudicauimus nouationem non esse inductam stante illa protestatione die 24. Martij, 1604. confirmando duas alias sententias conformes latas per M.R.C. tam in primo iudicio, quam in contrario imperio, Licet per nos fuerit modificata, quoad summam petitam stantibus aliquibus solutionibus de nouo præsentatis.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio competit ad effectum simultanei processus.*
Amplia num. 2.
Intellige si habent similem naturam, num. 3.
4 *Reconuentio non admittitur si esset plenaria, & conuentio summaria, & num. 5.*
6 *Reconuentio de petitorio non admittitur, quando agitur de possessorio.*
Idem in executiuis, num. 7.
8 *Reconuentio non competit si petatur brachium associatorium.*
9 *Petitio principalis attendenda est, nō autem id, quod venit in consequentiam modi procedendi.*
10 *Reconuentio, quæ perimit actionem intentatam an admittatur.*
Intellige, num. 11.
12 *Reconuentio, quando est defensio petitionis admittitur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Reconuentio, quando admittatur ad effectum, vt fiat simultaneus processus.

DECISIO XLI.

DOn Marius de Marchisio se direxit in M.R.C. contra Ioan. Andreā Barrabino super petitione brachij associatorij pro continuanda possessione Trappeti iuxta formam pacti adiecti in cōtractu publico, qui de Barrabino petiit reconuentionē, quę de iure competit ad effectū simul
1 tanei processus, & vt pari passu ambulet conuentio, & reconuentio, vnicaque sententia terminetur, *ad tex. in l. si idem cū eodem, §. sed & si mutua, ff. de iurisd. om. iu. & in l. 2. §. sed si agant, ff. de iud.* & tanto for-
2 tius, quando reconuentio est proposita in exceptionē, & defensionē conuentionis, & ad impugnandā conuentionem ipsam, quo casu simultaneo processu decidenda est, vt dixerunt *Bal. Alex. & Cast. in l. viro, ff. sol. mat. & ante eos Bart. in l. neq; scripturas, in 1. not. C. de cōpens.* vbi habetur, quod vxori agenti de dote, si replicetur de adulterio, potest replicare de lenocinio; hinc dixit *Lap. alleg. 3.* quod si peto instrumentū declarari vsurariū, potest via reconuentionis petere, ꝙ decla retur legitimū: nam vt aiunt *Abb. in c. 1. de mut. pet. nu. 3. & Fely. nu. 3.* id quod deduci potest per viam exceptionis, deduci etiam poterit per viā actionis, & reconuentionis, facit *Natt. cons. 155. Bal. in auth. & consequenter, C. de senten. num. 14.*

Nec constabat dicere, ꝙ hic agatur de concessione brachij associatorij, in quo non datur reconuētio: nā stante deposito facto, non habet locū casus dispositus in contractu capiēdi possessionē propria authoritate, sed vidēdū erit si depositū sit legitimū, vel non, cū pactum procedat in casu solutionis non factę, prout patet ex effectu dicti de Marchisio, & ideò poterit virtute istius exceptionis ad cōdēnationē deueniri, sicuti virtute reconuentionis, vt ex *Ang. in d. auth. & consequenter, C. de sent. dixit Mila. decis. 18. n. 15.* vbi ita subdit fuisse in primo, & secundo iudicio determinatū. Dicebat Dō Marius, ꝙ omninò audientia denegāda erat dicto de Barrabino, prout fuerat per M.R.C. iudicatū, quia licet reconuentio competat ad effectum simultanei processus, tamen oportet conuentionem, & reconuentio-
3 nem eandem, vel similem habere naturam, & quod vna possit cum alia tractari, eodemque tempore finiri, prout communiter Doct. omnes affirmant, & praecipuè *Bar. in auth. & consequenter, num. 13. de senten. Soc. in cap. ex literis, nu. 58. de mutu. peti. Aufr. bar. lun. q. 18. nu. 6. lib. 2. Soc. lun. cons. 60. nu. 3. lib. 1. Rimin. consil. 50. nu. 11. lib. 1. Rom. sing. 781. Latè Maran. in spe. par. 4. distinct. 6. num. 38. Viui. in commu. opin. in ver.* Reconuentio, & ideo quando ambae causae non habent eandem naturam, non admittitur; quia id sine praeiudicio alterius

terius tractari non potest, vt quando altera desideraret breuiorem dilationem, altera longiorem; vel
4 quando conuentio esset summaria, recōuētio vero plenaria. *Crot. conf. 119. nu. 1. li. 1. Caual. decis. 28. num. 18. cum plur. seq. lib. 1. Muscatel. in prac. ciuil. verb. actorem.* Item
5 quando agitur ad recuperationē depositi, *Specul. in tit. de reconuent. §. penult. vers.* Item videndum est. *Menoch. de arbi. cas. 184. latè Surd. cons. 322. n. 8. & 9. lib. 3.* Item quan
6 do agitur de possessorio, non admittitur reconuentio de petitorio, vt post *Bald. Ang. Castr. Menoch. Natt. & alios relatos dixit Hōded. cons. 21. num. 26. 27. & 28. lib. 1. & Feder. Scot. cons. 1. lib. 1. thom.*
7 2. Item quando essemus in executiuis, *Bal. Ancharan. Crauett. & ceteri, quos refert idem Honde. d. cons. 21. num. 28. latè Marsil. in cap. at si clerici, num. 218. de iudic. Crauett. consi. 826. Maran. vbi supra nu. 38. Petr. Nugnoz. in tit. de las exceptiones, num. 51. fol. mihi 161. Decian. respons. 98. lib. 2.* quæ omnia procedebant in casu isto, quia conuentio, seu petitio facta per Don Marium, erat brachij associatorij, seu familiæ per viam termini extraordinarij, & ex abrupto, qui habet fundatam intentionem ex scripturis, causa vero reconuentionis plenaria, & dictus de Barrachino prętendebat fundare intentionem ex testibus producēdis, quo casu procedi deberet iuxta naturam causæ; Item causa istius de Marchisio erat exequutiua, vigore actus hābētis paratam exequutionem, sed reconuentio plenaria, vt dictū est.

Præterea petitio erat de continuanda, & adipiscenda possessione, & sic de possessorio; causa vero reconuentionis est petitorij.

Rursus à sententia proferenda in causa petitionis non daretur appellatio, quod secùs esset à reconuentione, & denique in terminis
8 brachij associatorij pro continuā da possessione non dari reconuentionem, dixit *Maran. in spec. par. 4. distinct. 6. num. 37. & 40. post Bal. in ca. 1. colum. fin. de Contr. fen. apu. par. Soc. cons. 167. vers. secundo concedo, nu. 26. lib. 2.* quos ipse refert; & post eum *Muscatel. in pract. ciuil. in verb. actionem, num. 7.*

Nec obstabat, quod hic non agatur de brachio associatorio, sed de legitimitate, vel nullitate depositi, quia dictum fuit, quod petitio erat brachij associatorij non obstante deposito facto, & sic non petebatur principaliter nullitas de-
9 positi, sed brachium prædictum associatorium, & sat est, quod ita fuerit petitum, vt in puncto decidit *Paul. de Castr. in l. quædam puella, §. quoties, num. 5. ff. de iurisd. omni. iud.* vbi ait, quod si in libello ego narro aliquid, quod si est verū, debet procedi in causa summariè, & de plano; sed si non est verum, debet procedi ordinariè: an discutietur, an sit verum, vel nō, reo postulante, vt sciatur quo ordine sit procedendum, dixit *Castr.* quod hoc non est discutiendum, sed est procedendum summariè, inspecto eo, quod est in libello deductum, & assertum, allegat *gloss. in. clemen.*

dispen-

dispendiosam, de iudic. in verb. vsuris, & voluit idem tex. in d.l. quaedã puella, §. fin. cui est contextus cap. ex persentia. 11. q. 1. Bal. in cap. 1. §. praeterea inter duos, de prohi. feud. alien. per Fed. vbi Affl. n. 22.

Demum non obstabat, quod re
10 conuentio petita erat in vim exceptionis, & quae perimebat actionẽ tentatam, & ideò erat admittenda ex *Bald. Alex. & alijs in d.l. viro, ff. solut. matrim.* quia multi tenuerũt contrarium, *vt dixit gl. in l. rei iudicata, §. 1. ff. solut. matrim. Salicet. in d. auth. & consequenter, num. 17. C. de senten. Muscatel. in d. verb. Actorem, num. 17. Caualca. decis. 28. lib. 2. & optimè declarat Fider. Scot. resp. 1. lib. 2. tom. 2.*

Item ex aduersò allegata proce
11 dunt, quando reconuentio fieret super eadem re, vt dixit *Lap. d. alleg. 3. num. 3.*

Praeterea respondebatur, quod decisiones ex aduersò allegatae procedere possent quoties dictus de Barrachino praetenderet, quod via reconuentionis non concederetur brachium associatorium stã
12 te deposito; tunc enim admitteretur reconuentio, quia ista non esset separata reconuentio, vt dixit *Abb. in cap. 1. num. 19. in fin. de mutu. petition.* sed petitioni annexa, quasi defensio: & ex quo permittitur ex parte vnius petitio, debet ex parte alterius admitti defensio; sed ex aduerso hoc non erat in petitione, verùm quod contractus transactionis cancelletur in diuersis locis, & pactis, & reducatur ad terminos iuris videlicet offerendi; item quòd pẽsio appactata pro vntijs 158. reducatur ad vntias 68. item quòd pecuniae exactae per Don Marium restituantur; & sic isto casu non erat defensio, sed petitio noua, & separata via sua tractanda, imo ex illa videbatur fateri dominium in personam Dõ Marij, cum praetendatur via iuris offerendi admitti ad recuperationẽ Trappeti, & consequẽter debebat cõcedi brachium associatorium, quapropter iudicauimus reconuentionem non admittendam die 17. Maij 1603. confirmando sententiam M.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Tutores si fuerint constituti coniunctim, & non diuisim quid operentur.*
Limita num. 5.
2 *Tutor tenetur in solidum ratione administrationis, quam habet.*
3 *Ius tutelae an diuidatur diuisa administratione.*
4 *Ioann. Baptista Costa Doctor celeberrimus laudatur.*
6 *Tutor quando conueniatur de gestis per eum tantum.*
Amplia num. 7. & 8.

ARGVMENTVM.

Tutor quando teneatur reddere computum pro rata, & gestis per eum.

DECISIO XLI.

TVtores plures si fuerint constituti coniunctim, & non diuisim, ita quòd vnus sine

alio

alio nil facere possit, tunc habentur pro vno tutore, iuxta *text.in l. Manium,& Titium, ff.de administr.tutor.& tex.in cap.fin.de testam. in 6.l.Pædius,ff.de arbi.Bal.in l.cum magistratus, nu.4.C.quand.prouoc. non est necess.& consi.308.& 320. lib.2.Ange.in cons.105.num.4.lib. 2.vltima.volunta.*& licèt quilibet ex tutoribus teneatur in solidum,
2 illud est, quia habet administrationem in solidum, *l.Lutius,§.1.ff. de administra.tutor. & l. tutores, §. curatores testamento. eod.tit.l.1.C. si ex pluri.tutor.gloss. & Doct.in l.si pluribus,in fin.ff.de procurat. Surd. cons.170.nu.12.*vbi subdit, quòd diuisa inter ipsos tutores administratione, nõ censetur diuisum ius
3 tutelæ, sed illud remanet in solidum penès vnumquemque, *l.inter tutor. s.ff.de administrat.tutor.& ibi Bart.& cæteri, sequitur Alexander*
4 *in consil.31.in fin.libro* 1.Doctissimus Dominus meus *Ioan. Baptist. Cost.in tractat.suo subtilissimo de ratione,siue consideratione Ratę quæst. 57.num.5.* post hæc scripta visus; nec valet in pupilli præiudicium, *l.2.in fi.C.de diuis.tute.Surd.d.cons. 170.nu.11.*vbi alios cumulat.

Si tamen tutores sunt instituti simul,& quilibet non habet admi
5 nistrationem in solidum, & nõ potest contrahere vnus sine alio, tũc quilibet tenetur de facto suo tantùm,nec tunc dicuntur duo rei debendi,*ad tex.in l.si duo,ff.de admini strat.tutor.& l.2.C. de diuid.tut.* & ita dixit *Bart.in l.eamdem, num.8. ff.de duob.rei.*& sequitur *Aret.cõs. 66.num.5.*verſ.concludamus, vbi ait, quòd in huiusmodi casu non est necesse opponere aliquod be-
6 neficium diuisionis,quia ipso iure quis non potest conueniri, nisi de gestis per eum,& pro eius facto,& non pro facto aliorum tutorum, idem dixit *tex.in l.cum alicui,ff.de negot.gest.tex.in l.si plures,vbi Bar. sub num.7.ff.de bon.curat.dand.*qui dicit, quod qui non potest in solidum agere,non potest in solidum conueniri; eãdem opinionem sequitur *Ronchagal.in d.l.eandem, num.237.verſ.ex præmissis,& Bar. doctrinam sequutus est Philipp.Prac. consil.116.sub num.48.lib.1.vltim. volunt.* & ita iudicauit Consistorium pro Iuliano de Abramo, & consortibus contra Camillam Patteri die 17.Maij 1603. confirmando interloquutoriam latam per M.R.C.quod teneantur pro rata reddere computum iuxta oblatio
7 nem factam,& maximè,quia in casu prædicto administratio tutelæ fuerat diuisa per testatorem in personam illius Thomæ de Accapanoli, qui solus stante mandato testatoris administrauerat, & ideo æquum non videbatur istos conuentos teneri de facto istius, sed tantum de eo,quod ipsi gesserunt.*ad text.in l.2.§.1.C.de diui. tutel.Bart.& Ias.in l.1.C. de administr.tutor.vbi Iacobi.num.10.Curt. Sen.num.6.& Curt.Iun.in principi* quos refert *Surd. d.consil.170.sub num.5.*& alibi pluries.

Nec obstabat id,quod ex aduersò dicebatur, quòd isti tutores conuenti consensum præstiterunt ipsi Thomæ contutori administranti, & ha-

& habitabant in eadem ciuitate, & in eadem vicinia, & non curabant eum remoueri facere, *ex Are in cons.39.num.6.& 7.* quem sequitur *Marc. Anton. Eugen. in cons.19 sub num.54. versic.* culpa, & negligentia, quia hoc in facto non erat probatum; & dato, quod constaret non procederet, quando administratio tutelæ fuisset diuisa per testatorem, vt hic per ea, quæ dicta sunt.

8

SVMMARIVM.

1 *Causæ pupillorum sunt summariæ.*

2 *Causæ summariæ non sunt appellabiles.*

3 *Causa pupillorum, & maiorum non priuilegiatorum est appellabilis.* *Contra num.4.& 14.*

5 *Inhabilis gaudet priuilegio habilis ratione indiuiduitatis causæ. & nume.13.*

6 *Priuatus habens rem communem cũ Ecclesia gaudet ipsius beneficio.*

7 *Appellatio ratione connexitatis deuoluit, quæ aliàs non deuolueret.*

8 *Restitutio concessa pupillis competit litis consortibus.* *Amplia, num.9.*

10 *Causa est indiuidua secundum iuris dispositionem, & aliis modis, nu. sequen.*

15 *Bald.cons.41.lib.1.declaratur.*

16 *Appellatio admittitur, quæ aliàs nõ admitteretur, si constat de iniustitia sententiæ lata.*

17 *Appellatione denegata competit reuisio.* *Intellige, num.seq.*

ARGVMENTVM.

Ritus denegans appellationem in causis pupillorum, an procedat si causa sit minorum, & maiorum coniunctim.

DECISIO XLII.



Franciscus, & Catherina de Adamo fuerunt per M.R.C. condemnati ad restituendum quædam prædia tanquam fideicommisso subiecta vnà cum fructibus, damnis, & interesse Bartholomæo Benenati, & consortibus, à qua sententia cum fuisset appellatum ad Tribunal Cõsistorij, fuit dubitatum in M.R.C. si causa ipsa esset appellabilis; & per eandem fuit iudicatum, quòd sic, & propterea deuoluta causa ad Consistorium via reuisionis dicebatur,
1 quòd causæ pupillorum (vt erat ista) erant summariæ, vt dixit *Cumi. per illum tex.* super Rit.58. iuxta ordinem suum *num.*451. & sic
2 inappellabiles, secundum dispositionem Rit. 158. vbi omnes scribentes.

Nec obstabat, quòd inter actores non solum aderant pupilli, sed etiam maiores, & personæ non priuilegiatæ, quo casu etsi causæ pu-
3 pillorum sint inappellabiles, tamen secùs erat ex persona aliorũ maiorum, quorum causæ sunt appellabiles, vt in puncto dixit *Bal. in consil.141. num.7. vol.1.* quem refert & sequitur *Hieronymus Fimia magnus Doctor in Regno in ad-*

ditio.

dition. ad Rit. 139. quia ex aduerso dictum fuit, quod vtique eis cō petebat idem beneficium ex persona pupillorum, quorum priuile
4 gium communicatur litis consortibus, habentibus communem causam indiuiduam, & connexā, quæ communio, & connexitas opera-
5 tur, vt inhabiles gaudeant beneficio habilium, *ad tex. in l. si communem, ff. quemadm. serui. amitta. Et in l. his qui duos, & ibi Bart. ff. de liber. leg. Abb. in c. ad audientiam, de præscrip.* dicens, quod priuatus habés
6 rem communem cum Ecclesia Romana gaudet beneficio ipsius ecclesiæ, vt contra eū non currat prę scriptio, nisi centum annorum, & idem dixit *Innoc. in eod. cap. ad audientiam*, & facit etiam, nam ratio
7 ne communionis, & connexitatis appellatio deuoluit, quæ alias nō deuolueret, vt dixit *Cardinal. Alexandri. in cap. sollicitudinem, in 3. col. de appellat. hinc dixit Bar. in l. si quando, in fi. C. de appel.* quod quā do vnum officium vnitur alteri, illud quod vnitur extinguitur, adeo quod si appellatur ab eo, qui retinet illa duo, debet indistinctè appellari ad superiorē officij cui facta est vnio, & sic ad digniorem, quod dictum refert & sequitur *Feli. in cap. translato, sub nume. 6. vers. vide Bar. de consti.* & ex hoc infer-
8 tur, quod restitutio concessa pupillis competit litis consortibus, *l. 1. C. de consort. eius. lit. vbi Bar. Cumi. in cap. Rit. 78. nu. 25. Afflict. in constitut. obscuritatem, nu. 20. in fin. & num. seq. & in decis. 113. Petr. Bimi. cons. 98. nu. 31. volum. 1. D. Mu*ta super Rit. 134. num. 23. & seq. & omne beneficium concessum minori semper maiori litis consorti cōicatur, *Afflict. decis. 151. Vincen. de Frāch. decis. 269.* qui dicit, quod in tantum beneficium concessum pupillis acquiritur maiorib. quòd
9 non potest per pupillos renunciari, & refert ita per Sacrum Consilium iudicatum, *Run. consil. 77. l. 4. Couar. pract. quæst. cap. 7. Cagnol.*
10 *in l. 1. nu. 44. ff. de iurisd. om. iud.* & causa est indiuidua secundum iuris dispositionē, *per text. in l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc. Run. latè d. cons. 77. num. 5. Salic. in l. vnica, sub num. 3. C. si in commu. caus. resti. postul.* & ideò, dicit ipse, vnus consequitur beneficium ex persona alterius; dicitur etiam indiuidua res-
11 pectu vnitatis iuris & actionis, & eiusdem causæ, *Felyn. in cap. 1. de præscr. Couarru. pract. quæst. cap. 34. num. 2. Aret. cons. 83. n. 7. D. Octau. Corsett. quæst. foren. quæst. 14.* vers. secundus casus, ibi *(& in hoc potest substineri) fol. mihi 195. facit text. in l. 1. C. de diuer. rescr. l. minoribus, vbi Ias. in 3. notab. C. de his quibus vt in dign. Alex. cons. 186. in fi. lib. 2. Lancellott. de attenta. ca. 12. amplia 11.*
12 Item respectu identitatis negotij, *Rim. Iun. cons. 202. num. 10. & 11. lib. 2.* & ab eodem fonte depender, *Ias. in l. nulli, num. 3. vers. 3. C. de iudic.* & ratio omnium vnica determinatione, & iure terminatur, ideò indiuidua, & proinde causa videbatur inappellabilis, cum inter ipsos minores & maiores vnica eademque causa agendi sit, *Bar. in d. l. vnica, sub nu. 7.* vers. quando vn

est

est causa, & post eum *Maurit. in tract. de resti.in integ. cap.*189. vbi ita iudicatum fuisse asserit, licèt in casu contrario: & ratio prædictorum est, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum, *cap. cum in dubijs, de consecrat. Eccles. vel Altar. & in l. quæ Religiosis, ff. de rei vendic. & in l. si alicui, ff. de solut.* &
13 inhabilis gaudet priuilegio habili concesso propter indiuiduitatẽ causæ, vt supra dixi; & in terminis, quòd si causa respectu alicuius p̄sonæ non est appellabilis, eundem
14 operetur effectum, & inappellabilis reddatur quoad consortes non priuilegiatos, ego allegaui pulchrum *Consil. Marsil.* 84. *per totum lib.* 2. [& post eum voluit Montaltusolim Regens eximius Doct. in Regno in quadam apostil. ad Ritum prædictum 139.]

Nec *Bal.* in contrarium relatus
15 *in d. cons.* 141. ad quẽ simpliciter se remittit *Fimi. super Rit.* loquitur in terminis prædictis, sed vult ipse, quòd quando sunt duæ causæ simul compilatæ, quarum vna appellationem respuit, & alia concedit, & sententia est lata super vtraque, potest ab vtraque appellari, maximè ex causis expressis in iure; & sic loquitur in terminis iuris cõmunis, quando ex natura causæ de iure communi appellatio tollitur, quo casu nullum datur remediũ, etiam reuisionis, vt dixit *Cumi. super Rit. cap.* 23. *sub num.* 7. *& Ias. in auth. quæ supplicatio, sub num.* 6. *C. de prec. Impera. offer.* discusso hoc puncto in Consistorio fuit conclusum causam esse inappellabilem; sed quia in causa ista cognitis aliquantulum meritis, sententia lata apparebat notoriè iniusta, videbatur decisionem *Bal. in d. cons.* 141. optimè conferre in casu isto ad ad
16 mittendum appellationem, non stante, quòd causa non esset appellabilis, vt ipse expresè decidit *in d. nu.* 7. & voluit *Dec. in cons.* 124. *Ceph. consi.* 610. *num.* 14. *Ioann. Aloys. de Sept. super d. Rit.* 139. *& Cumi. Rit.* 44. *num.* 12.

Nec obstaret, quod denegata
17 appellatione competeret reuisio *ex Ias. in d. auth. quæ supplicatio, nu.* 6. *Cumi. Rit.* 23. *num.* 6. *&* 7. *Decia. cons.* 47. *num.* 9. *lib.* 1. *& benè Ruin. cons.* 157. *lib.* 5. ex qua posset videri iniquitas iudicantis, & non procederet dictum *Bald.* quia dicebatur, quòd in Regno per Rit. 112. non auditur quis in reuisione nisi soluto debito, & expensis, & sic exequuta sententia; & æquum non videbatur, quòd propter defectũ exequutionis prædictæ, cum isti conuenti fuerint condemnati minus iustè ad fructus, expensas, & interesse, sibi denegaretur remediũ
18 appellationis, quod pinguius prouidebat: & propterea, stantib. prædictis, declarauimus causam appellabilem, & introducto processu causæ principalis sententiam prædictam reuocauimus cum aliquibus modificationibus, die 27. Augusti 1603. quæ sententia fuit per vtramque partem approbata, & secundum eam transactum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scriptura reperta in Archiuio an sit authentica & quæ requirantur, num.2.*

3 *Authenticatio fieri non potest ex exemplo exempli.*

4 *Instrumentum in iudicio præsentatum quale sit.*

5 *Iudicium an dicatur, quando præsentantur scripturæ pro obtinendo in uestituram, & num.9.*

6 *Instrumentum in antiquis quando probat.*

7 *Inuestitura stare non potest absque titulo.*

8 *Authenticatio facta super processu concessionis inuestituræ, an sit legitima.*

10 *Iudicium inuestituræ est summariū.*

11 *Exemplum repertum in Archiuio publico facit plenam fidem.*

Amplia in exemplo antiquo. nu.12.

13 *Instrumentum productum in actis facit fidem perpetuo.*

ARGVMENTVM.

Authenticatio scripturarum facta cum instrumento Archiuij an sit valida.

DECISIO XLIII.

Vit facta iniunctio Siluio Signorino Baroni Gattaini ad instātiam Dōnæ Hieronymæ de Giuenio, & Tappia ad authenticandū Instrumentum dotale cum inserto fideicommisso præsentato
in Consistorio in causa inter eos
vertente; cuius vigore fuit facta
authenticatio cum processu existente in officio Regij Prothonotarij, in quo idem Instrumentum
reperiebatur præsentatum de anno 1493.

Quæ legitima non videbatur:
nō enim sufficit ad hoc vt scriptu-
1 ra sit authentica, quòd fuerit re-
perta in archiuio, quia ad hoc plu
ra requirerētur copulatiuè, de qui
bus per *Verald. decis. 41. par. 1. Osac. cons. 7. Beltrand. resol. 3. num. 2. lib. 3. Decia. cons. 24. num. 48. lib. 1.*
& inter alia requiritur, quòd in ta
li archiuio reponantur solum scri
2 pturæ authenticæ, *Dec. cons. 458. num. 5. lib. 4. & in cap. cum causam, num. 9. de probat. Felyn. cap. ad audientiam, num. 15. de præscriptio. Verald. d. decis. 41. num. 3. Cephal. consil. 631. nume. 27. 28. & 29. lib. 5. idem Cephal. inter cons. vltim. volun. consil. 137. num. 33. & 36. lib. 2. Decia. d. cons. 24. num. 48. Gargiar. patrocin. 4. n. 2. li. 1.* tantò fortius prædicta locum habebant in causa i-
sta, quia scriptura reperta erat co-
3 pia copiæ, & sic exemplum exem-
pli, ex qua authenticatio fieri nequit, *Beltrand. resol. 131. à n. 9. vsq. ad fin. li. 2. Dec. in cap. quoniam contra, nume. 70. de probat. Decian. post multos quos refert, in d. consil. 24. numero 38. & Mascard. de proba. conclu. 712.* Cessat enim tūc præsumptio, quæ in dubijs capi posset ex archiuio publico, quoties ex facie eiusdem scripturæ apparet de veritate; quia præsumptio cedet veritati, & ideò quoties cōstat de ori
gine,

gine, & quomodo scriptura fuerit in Archiuio reposita, tunc statur veritati, nec scripturæ sumunt robur ab Archiuio, *Corn.consi.142. nu.6.lib.3. Verald. d.decis.41.nu.4. & 6.qui alios allegat. Decia.d.consi. 24.num.5.lib.1.* Item quia tale instrumentum nõ erat præsentatum in iudicio vbi & iudex, actor, & reus interueniunt, prout de instru
4 mento in iudicio præsentato dixerunt *Alex.in auth.si quis in aliquo, num.8.versi.secunda restrictio, C.de edendo. Felin.in cap.cum in iure, nu. 9.versic.tertio limitatur, de off.dele.* sed tantum ad effectum concessionis inuestituræ, in qua solum consideratur successio in feudo, & nõ
5 dicitur iudicium eo modo, prout Doctores intelligunt in terminis authenticationis, sed dicitur tractari de cõtractu inter Regem, & Vasallum, secundum *Bald. in rubr.de iudic. & ibi Abb.* & quamplura tradit in proposito *D.Ioan. Franc.de Pont.in consil.62.nume.7. & sequen.*

Dicebat Baro, quòd authenticatio erat legitimè facta, quia illud instrumentum reperitur cum subscriptione ipsius notarij dicentis, *(Ex actis meis N. Antonij de Maneriis Ficariensis extracta est præsens copia)* & sic erat copia extracta per notarium, quia illud instrumentum confecerat de anno 1494. quo casu ob temporis antiquitatem (immo ob tempus antiquissimum) tale instrumentũ probat absq; aliqua recognitione scripturæ, & notariatus, vt consuluit *Dec.consi.42.in 1.dub.nu.2.& 3.Bo lognet..consi.1.nume.62.vbi multos allegat, Puteus decisio.151.lib.1.* qui refert ita iudicatum. *sequitur Caualca.decis.23.nume.82.part.2.* cuius instrumenti fides videbatur augeri adminiculis, & præsumptioni
6 bus, & primo, quia in dicto instrumento antiquo erat facta refutatio, siue donatio Amicuccio de Sancto Angelo per Iacobum, & Blasium auum, & patrem de dicta Baronia, & feudis, cum pacto, quòd ea alienare non potest, cuius vigore exinde ceperat possessionẽ dictorum feud rum, per acta Notarij Ioannis Nicolai Carchiuni, die 24. Nouembris, 1495. vbi Notarius faciebat mentionem dedisse possessionem dicto Amicuccio vti cessionario, & donatario prędictorum de Sancto Angelo, vigore supradicti instrumenti, de quo cõstabat, quòd stante ea cessione, ac renunciatione, dictus Amicuccius ceperat inuestituram die 4. Nouẽbris, 1495. in quo actu inuestiturę fiebat mentio de renunciatione facta de dictis feudis in personam dicti Amicucci in actis dicti Notarij Antonij de Maineriio de terra Ficarræ dicto die 10. Nouembris, & sic etiam de licentia concessa per Magistrum Iustitiarium dictis Iacobo, & Blasio de Sancto Angelo ad refutandum dicta feuda dicto Amicuccio prætextu matrimonij contracti, quas præcalendatas scripturas, vnà cum priuilegio, asserebatur in dicta inuestitura vidisse & recognouisse Nicolaum Sabia Fisci patronum pro curiæ cautela; & cum simus in antiquissimis, ver

K ba

ba ha c enuntiatiua videbatur plenè probare dictum instrumentum, de quo agebatur, præsertim, quia dicta inuestitura erat fundata super dicto instrumento dotali, in quo aderat refutatio, sine qua inuestitura stare non poterat, cùm
7 fuerit basis ipsius, vt post multos dixit *Fab. de Anna in consil.88.nu. 26. lib.1. Rimin. Iun.cons.26.num. 26.& 76.* Item faciebat, quia prędicta authenticatio erat facta super instrumento præsentato in processu inuestituræ, facto in anno 1495. super quo fuerat decisum, quod concederetur inuestitura,
8 quo casu plenā faciebat probationem, *Paris. cons.104. num.54. lib. 1. Anchar. consil. 41. Iasan auth. si quis in aliquo, fallen. 9. C. de eden. Mascard. conclus. 711. num. 89.* vbi loquitur, quando sumus in antiquis, vt erat casus iste. Nec obstabat, id quod ex aduerso dictum fuit, quòd hoc non erat iudicium formatum: nam respondebatur, quòd imo illud iudicium inuesti-
9 turæ erat verum iudicium, constans ex actore, & conuento, qui erat Fiscus, & Iudex, qui in similibus causis est Fisci patronus, & dicitur iudicium summarium, vt di-
10 xit *Bald. in cap. Imperialem, §. insuper si filius, de prohib. feu. alie. per Federi. Bolognett. in cons.5. nu.41. & 74. & D. Ioann. Franc. de Pont. in d. cons.62.*

Accedebat, quod tale instrumētum fuerat repertum in Archiuio, *l. census ff. de prob.* & hoc procedit etiā in exemplo reperto in Archi-
11 uio publico, quia facit plenā fidē, ad tex. in auth. ad hæc, C. de fide instru. D. ... in auth. si quis in aliquo, C. de eden. præsertim Bolognett. nu.28. & cons.1. sub nu.64. de cōmuni. Mascard. concl.711. nu.61. & tanto for-
12 tius, quia erat exemplum antiquū: & in antiquis creditur exemplo, *Aret. in cons.36. col. fin. in 2. dub. Dec. consil.36. col.2. vers. non obstat,* quod in ista exemplatione, *Curt. cons.158. vol.3. Ias. cons.114. lib.1. Mascard. d. concl.711. nu.81. Fab. de Anna cons.88. nu.23. lib.1. Couarr. pract. q. cap.21. nu.7.* & vna
13 semel, quod reperitur productum in actis facit fidem perpetuo, *Bald. in l. fin. nu.4. C. de fid. instr. Perus. decis.115. nu.19. & seq.* Ex prædictis non videbantur obstare in contrarium adducta, quia cū in casu isto constet tale instrumentum fuisse repertum inter scripturas authenticas, ac in Archiuio, vbi est præpositus officialis publicus, & inter subditos eiusdem territorij, cessat primum & secundum fundamentum ex aduerso deductū, & Doct. relati, qui in eis se fundant, præcipuè *Decia. cons.18. & 24. & Osasc. cons.7. nu.32. & 33.* & licèt super dicto instrumēto fuerit repertum hoc signum (C.C.) quod in Regno denotat scripturam illam esse copiam copiæ, & sic exemplum exempli, tamen nos eum vidimus in Cōsistorio, & recognouimus maximam diuersitatem literarum ipsius instrumenti ab illis literis (C. C.) & ideò Consistorium iudicauit, quòd staret authenticatio facta die quinto Iunij 1603. prout aliàs M. R. C. Iudicauerat.

rat, pro eodem Barone contra Hieronymam de Franco.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum competit minori aduersus sententiam diffinitiuam.*

Et distingue si fuit defensus, vel non, num. 2.

Amplia etiam si competeret appellatio, num. 3.

4 *Restitutionis in integrum remedium concurrit cum ordinario.*

5 *Minor non restituitur aduersus aliũ minorem. Distingue, num. 6.*

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus sententiam, an competat minori contra minorem.

DECISIO XLIV.

1 ADuersus sentẽtiã diffinitiuam competit minori restitutio in integrum *l. 1. & tot. tit. C. si aduers. rem iudica. l. praefecti. & l. seq. ff. de minor. cap. 1. de restitut. in integr. in 6. & cap. suscitata, extra eodẽ titulo, vbi passim Doct. omnes, Sforz. Odd. de restitut. in integr. quaest. 72. artic. 1. sub num. 2.*

Et facit vera illa cõclusio, quod
2 si pupillus fuit condemnatus indefensus, sentẽtia est ipso iure nulla, si vero fuit defensus, est valida, sed ab ea habet restitutionem in integrum, ad *tex. in l. cum & minores,* *quae est penult. C. si aduers. rem iudic. resti. post d. Bald. Salic. & alij quos refert Bongiorn. super Rit. 116.* quę
3 restitutio competit etiam si ab illa sentẽtia possit appellari, quia licet restitutio sit remedium extraordinarium, tamẽ quia pinguius prouidet, concurrit cum ordinario, *glo.*
4 *in l. fin. C. si adu. rem iudic. & post infinitos Sforz. Odd. d. tract. de restit. in integr. quaest. 17. arti. 9. num. 82. cum seq.* ex quibus dicebat V. I. D. Antoninus Braccus, tutor hęredũ Vincentij Virzera, quod audiri debebat in restitutione in integrum per eum petita, aduersus sententiam cõtra eos latam per M. R. C.

Nec obstabat, quod conuenti erant pariter minores, & minor
5 non restituitur aduersus alium minorem, vt dixit *tex. in l. minor filio famil. & l. verum, §. fi. ff. de minor.* & post multos dixerunt *Cephal. in consil. 7. per totum, & Sforz. Odd. de restit. in integr. quaest. 18. arti. 5.* nam respondebatur, quòd Doct. praedicti distinguunt, quòd aut mi
6 nor tractat de lucro, & alter de dãno, aut vterque de damno, & non est concedenda restitutio, & hic non est casus de quo agebatur; aut vero vnus tractat de damno, & alter de lucro, vt erat casus iste, & tunc admittenda venit restitutio in integrum, ita in Ecclesia cõtra Ecclesiam dixit *text. in cap. auditis, de restitut. in integr. Trois. super Rit. Neap. num. 71. in fin. Ceph. d. consil. 7. num. 12. & consil. 116. num. 6. Sforz. & alij per eum relati in d. artic. 5. Perus. decis. 54. num. 9. licèt Affl. in constitutio. obscuritatem,*

tatem, num. 15. simpliciter asserat restitutionem dari minori contra minorem, Consistorium me absente in decisione causæ iudicauit restitutionem admittendam die 11. Decembris 1602. & eodem die confirmauit sententiam M. R. C. vt dixi in decis. 28. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus tres sententias conformes datur minori.*

Restitutio, vt concedatur debet constare de iniustitia sententiarum, nu. 2. 3. 4. 5. & 6. & an sufficiat fumus, nu. 7.

Contra nu. 8.

9 *Restitutio non conceditur non constito de læsione, & num. 10. & 11.*

Amplia num. 12.

13 *Alienatio facta per non dominum non valet.*

Limita num. 14. Item pro redimendo captiuum existentem apud hostes. num. 15.

16 *Reuisio semel competit, & an possit ei adhæreri sicut in appellatione, num. 17.*

17 *Reuisionis remedium vni concessum non communicatur alteri, sicut in appellatione.*

18 *Reuisionis remedium non æquiparatur appellationi. amplia, numero 19.*

20 *Appellatio demandata (quatenus & in quantum) non prodest alteri.*

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum, an competat aduersus tres sententias, & an in capitulis separatis possit adhæreri reuisioni per alium petitæ.

DECISIO XLV.

1 Restitutio in integrum aduersus tres sententias cõformes datur minori, vt dixit *text. in l. minor autẽ magistratus, vers. sed & Procennio, vbi gloss. Bart. Bal. & omnes, ff. de minor. Bar. Salic. & reliqui in l. vnica, C. ne lic. prouoc. Rip. in l. ait prætor, §. condemnatum, nu. 31. ff. de re iudic. Gabr. in tit. de exequut. rei iudic. concl. 1. num. 40. Rolan. consil. 33. num. 45. vol. 2. à Gamma decis. Lusita. 110. num. 11.* vbi ait ita tenuisse dominos de Rota; & esse communem cõclusionem, dixit *Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 72. artic. 4. num. 67.* versic. sed cõtra. Verum tamen est, quod quando minor beneficium prædictum prætendit ex capite iniustitiæ sententiarum, debet in primis

2 de tali iniustitia apparere, aliàs restitutio non conceditur, *Ita Innoc. in cap. cum ex literis, de restit. in integr. Rot. decis. 5. eod. tit. in antiquis, & decis. 1. & 2. in nouis, eod. titu. Bellamer. decis. 38. in fin. Kebuff. in tract. de restit. in integr. gloss. 1. nume. 22. Vestri. in sua praxi lib. 8. cap. 3. nu. 8. Ioann. Ferrat. de appellat. lib. 4. c. 8. nu. 311. Aufrer. in*

addit.

addit.ad Cappell.Tholosa.deci.390. & decis.54. Roland.cons.53.nu.43. lib.2. vbi de communi testatur, Odd. Sfort.de restitu. in integr. d. quaest.72.art.4.nu.71.& de tali in-
3 iustitia debet apparere ex eisdem actis, & quòd sit adeò manifesta, vt nō possit aliquo modo offusca-
4 ri,& in dubiū reuocari, vt ex multis dixit Honded.cons.28.nu.48.& 49.vol.1. imo debet plenè constare Rot. Bononiens. decis.85. vbi de communi testatur, & debet dari
5 noua causa, vt dixit à Gamma d.deci.110.nu.11. Mascar.concl.1280. num.5.& 23. quod sine scrupulo
6 procedit, quando petitur restitutio aduersus três sententias cōformes, vt dixit Lancell. de attent.p.2. c.18.d nu.33.cum seq. vbi refert ita fuisse decisum in Rota Romana, & licet contrarium tenuerit Sfort. Odd.in d.quaest.72. dicens, quòd de
7 tali iniustitia sufficiat dari fumus, & de tali fumo satis sit, quòd liqueat iudici semiplenè, & summariè, & multi alij, quos refert Mascar. in loco praeallegato, num.8. tamen in contrarium est veritas, se-
8 cundum magis communem opinionem, de qua testatur Lancell. vbi supra, nu.34. & 35. & limitat idem Mascar.d.nu.23. quinimò debet esse, quid tale, quòd si posteà plenè probaretur in tela processus redargueret apparēter sententias de iniustitia; imò, vt dictum est, debet constare de noua causa superuenienti, quae si fuisset allegata ante prolationem sentētiarum, sententiae non fuissent latae, ita dixerunt à Gamma dicta decisio. 110. num.11. Magon.decisio. Floren.10. nume.23. Bellamer. Cartar.& ceteri relati per Mascardum; ratio est, quia numquam conceditur resti-
9 tutio, nisi appareat de laesione, etiam quòd simus in minore, ecclesia, pupillo, & ciuitate, l.nam & postea, §.si minor, de iureiurando. vbi Barto.& Docto. Osasc.decis.Pedem. 158. num.9. Benintend. d.decis.85.
10 num. 9. vbi dicit, quòd laesio debet esse grandis ad obtinendum restitutionem aduersus sententiā, per textum in l.si ex causa, in princi. ff.de minorib. Magon. d.deci.10.nu. 23. imo dicit text. in l.minor autem, §.1.ff.de minorib. quod causa laesio-
11 nis, quae de nouo adducitur, debet esse incolorata, & quod apparenter demonstretur, quia pro sententia semper praesumitur, & quòd fuerit lata iustè, & multò magis pro tribus, & est praesumptio iuris & de iure, vt dicunt Ripa in l.4.§. condemnatum, num.15. de re iudica. Lancellot.de attenta. cap.18. par.2. nu.64. ad quam elidendam requiritur, quod apparenter constet de iniustitia sentētiarum, adeò quòd non solum debet constare de tali laesione, verùm etiam in primis requiritur Iudicis declaratoria, an
12 constet de tali laesione, & bono iure petentis restitutionem in integrum; aliàs semper denegatur, vt tenuit Rota Romana per Caputaq. decisio.12. cum sequen. quam refert & sequitur Lancellot. de atten. par. 2, cap.14. num.11. Hon le. dicto consil. 28. num.43. & ideo in causa Petri Recupro minoris, petent s restitutionem in integrum aduer-

 sus

sus tres sententias conformes contra ipsum latas, in fauorem Ioannę de Cini, Consistorium denegauit restitutionem die 29. Iulij, 1603, quia non apparebat de aliquo bono iure ipsius minoris; imò de iustitia sententiarū latarum in eius fauorem: nam alienatio prędij de cuius restitutione agebatur, nulliter facta fuerat per non dominū
13 in præiudicium ipsius domini, & eius hæredum, *l. si alienam, vbi Bal. C. de furt. l. 1. C. de vsucap. pro empt. Surd. decis. 122. nu. 4. Fab. de Mont. de empt. & vendit. q. 4. princip. nu. 7. cum seq tom. 6. tracta. par. 1.* licet
14 in præiudicium vendentis secùs sit, *l. rem alienam, ff. de contrahen. emptio. glo. in l. si quis alienam, ff. de actio. empt. Alex. conf. 69. in princip. vol. 4. & conf. 157. nu. 9. vol. 6.*

Nec obstabat id, quod ex aduersò dicebatur, alienationem factam fuisse per matrem pro redimendo filium, dominum prædij, tūc apud hostes captiuum existentem, quo
15 casu alienatio facta per non dominum valet, vt dixit *notab. text. cum gloss. in verb. debitis, in auth. si vnū, circa fin. vt cum de appellat. cognoscit. & in auth. si captiui, C. de Episc. & cler. & ibi hoc firmant Bar. Paul. de Castr. Bal. Rom. & cæteri*, quoniam in facto apparebat pretium fuisse solutum ex pacto expresso post annos tres, & conuersum in vtilitatem venditricis, quia captiuus iam mortuus fuerat; & sic causam illam appositam in ipso contractu veram non fuisse, sed coloratam ad effectum alienandi prædium prædictum fideicommisso subiectum, & recipiendi pretium; & quia vltima sententia, & si fuerit conformis in restitutione prædij venditi, tamen actrix fuit condemnata ad restituendum pretiū, vnà cum interesse, ab isto excessu fuit per eam petita reuisio in Consistorio, cui adhærere prætendebat dictus de Ricupro minor reuisionem petere non valens, quia eā iam habuerat, & non nisi semel cō
16 cedatur, vt in praxi seruatur, & est conforme dispositioni iuris cō munis, *ad text. in leg. si quis, C. de prec. Impera. offeren. Doct. in cap. ex literis, de in integr. resti. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 479. Guid. Pap. conf. 139. Rebuff. in tract. de supplicat. quæst. 8. fol. 511. in præfat. tom. 1. & in tracta. de lite. ciuil. in præfat. tom. 1. Aluar. Velasc. decis. 51. num. 21.* Fuit resolutum adhæreri non posse, quia reuisionis
17 remedium vni concessum non communicatur aduersario, vt emēdetur in eius fauorem lęsio, si qua reperiatur in sententia, sicut dicimus in remedio appellationis, quod est commune vtrique parti, & emendatur grauamen sententię etiam in fauorem eius, qui non appellauit, iuxta tex. *in l. ampliorem, C. de appellat. & latè per Ias. in l. 2. §. Prætor ait, num. 3. qui satisd. cogan.* & in puncto dixit *Aluar. Velasc. d. decis. 51. num. 22. & Petr. Andr. de Grimald. magnus Doct. in alleg.* cuiusdam de Platamone contra Don Coriolanum de Bononia, *num. 3. 4. & 5. Ferdi. Bongiorn. in d. l. ampliorem, C. de appellat.* & est
18 ratio, quia reuisionis remedium

non

non æquiparatur appellationi, sed grauaminis remedio, per quod nõ emendatur sententia, nisi in fauorem illius, qui grauamen tempore debito interposuit, & maximè prædicta procedebant in causa ista, quia reuisio petita fuerat cum
19 clausula (quatenus, & inquantum) quo casu adhæreri non potest etiam quod reuisionis remedium cõmune esset vtrique parti sicut appellationis remedium, ad
10 tex. *in cap. Rainaldus, vbi Abb. nu. 7. de testamen. & in cap. significauerunt, num. 8. de exceptio. & in cap. cum Ioannes, num. 17. de fide instrumen. vbi Felyn. nu. 21. Asin. in praxi. Iudicia. §. 31. cap. 20. num. 2. versic. aut vero. Bursat. consil. 145. num. 21. & sequen. lib. 2. & consil. 176. num. 91. & consil. 432. num. 56. lib. 4. Caualca. decis. 15. num. 10. par. 1. & in repert. in verb. appellare. Lancellot. de attenta. par. 2. cap. 12. limit. 44. num. 1. Vincen. de Franch. decis. 467. num. 4. Osas. decis. Pedem. 142. num. 27. Surd. decis. 143. num. 5.* quæ conclusio tantò fortius procedebat in casu isto, quia sententia continebat diuersa capita, atque res diuersas, vnde dici non poterat, quod saltem ex cõnexitate causæ possit aduersarius adhærere.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur pro dote eius filie constituta per vxorem cum eius interuentu, & consensu.*
Amplia etiam si protestatus fuerit se nolle obligari, num. 2.
3 *Pater tenetur bona sua obligare pro filio ne matrimonium impediatur.*
Contra, num. 6. & 8.
Amplia non solum pro dote, sed etiã pro dotario. num. 4.
Item in bonis fideicommisso subiectis num. 5.
7 *Tex. in l. si quis inter. §. Imperator, ff. de excus. tut. declaratur.*
9 *Bar. in §. transgrediamur, declaratur, & num. 10. & 12.*
11 *Tex. in §. transgrediamur, procedit in filiofamilias.*
Contra si patre absente dos soluta sit, num. 14.
Item vbi filio de iussu patris dos soluta sit, num. 13.
15 *Tex. in §. transgrediamur, non procedit vbi pater filio donauit propter nuptias.*
16 *Pater cogitur donationem propter nuptias filio assignare.*

ARGVMENTVM.

Pater consentiens dotationi factæ filio, an teneatur ad restitutionem dotium, si donauerit filio propter nuptias.

DECISIO XLVI.


DOnna Ioanna de Oppizzinghis creditrix in suis dotibus apportatis Æmilio Vernagallo, olim eius viro se direxit via hypothecaria super bonis fideicommisso subiectis quondam

Aluari Vernagallo eius soceri, quia Æmilius matrimonium contraxerat cum ipsa actrice, & dotes receperat cum præsentia, & consensu dicti Aluari patris, quo fiebat, quod bona prædicta tacitè hy-
1 pothecata videbantur pro restitutione dotiũ, & dotarij, *ad tex. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matr.* vbi est communis omniũ opinio, & præsertim *Bart. optimè distinguentis, num. 4. cum sequen. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg.* 20. *Campeg. in eodem tract. par. 3. quæst.* 166. *Ioannes Lup. alias Palati. Rui. in rubrica de donation. inter vir. & vxor. §. 21. num. 4. & 5. cũ seq.* vbi expresse dicit, quod potest isto casu mulier agere via hypotecaria super bonis soceri, etiã si pro-
2 testatus fuerit tempore cõtractus se nolle obligari, ita decidit *Osasc. decis. Pedem. 44. nu. 8. cum seq. Decian. respon. 49. nu. 27. lib. 2. Fandatè de pignor. in 4. membr. 2. par. à num. 36. vsque ad num. 46. Ioann. Baptist. Bott. consil. 93. nu. 10. cum seq.* qui infinitos alios adducit, & ratio est secundum eos, quia tene-
3 tur bona sua obligare, per *text. in l. si quis inter tres, §. Imperator, ff. de excus. tut.* & ne matrimonium impediatur; quæ conclusio procedit non solum pro dote, sed etiam
4 pro dotario, vt notabiliter dixit *Aret. in §. fuerat, colum. vlt. vers. vltimo aduertas. Inst. de actio. sequitur Prouinz. Doctor eximius in d. §. transgrediamur, in fin.* & procedit
5 non solum respectu bonorum liberorum ipsius soceri, verum etiam fideicommisso subiectorum, ita per *tex. in authen. res quæ, C. commu. de lega.* dixit *Bal. Nouel. de dot. par. 6. priuileg. 20. col. 2.* & hoc esse notandum dixit *Fanut. in loco præallegato, nu. 38. & sentit Osasc. sub d. num.* 8.

Dicebatur ex aduerso, quòd opinio *Bar.* non videbatur vera, tum quia non est omninò verum,
6 quod Pater cogatur obligare se, & bona sua pro restitutione dotium suæ nurus, cum iure cautum non reperiatur, vt dixit *Iacob. de Aren. contra Din. & Oldrad. in d. §. transgrediamur*, quem refert & sequitur dicens ita de facto se obtinuisse, *Alber. de Rosat. in d. §. transgrediamur, num. 3. & Comens. num. 5. Socin. sen. consil. 75. numero 8. lib. 1. Menoch. cons. 33. num. 23.* versic. non enim verum, *lib. 1. dicentes argumenta* Dini, & aliorum non concludere, imò iura per eos allegata contra eos retorquere, maximè *tex. d. §. Imperator*, nã ibi pater ideò cogitur pro filio satisdare,
7 quia satisdare nolebat propter fraudẽ, & dolosè ad hoc vt pupillus tutorem non haberet, cum aliũ non inuenisset nisi ipsum filiũ; Tũ etiam quia nec vera est alia ratio
8 adducta, videlicet ne matrimonium impediatur, cũ possit aliter vxori prouideri pacisendo, scilicet, vt conuertatur in emptionem prædiorum pro eius securitate, vel si deponeretur penès aliquem ad partem honesti lucri, iuxta *tex. in cap. per vestras, extra de donat. int. vir. & vxor.* & verisimiliter matrimonium impediri non posset, vt in indiuiduo hoc considerando di-

xit

xit *Ang. in d. §. fuerat, num. 80. verſ. quoniam non eſt verum, Inſtit. de act. Franc. Curt. in addit. ad Alex. in d. §. trăſgrediamur, in litera B* Alenoc. in *d. conſil. 33. d. num. 23.* vbi dicit rectius ſenſiſſe *Alberic. & Cuman.* contra *Bart.* quòd pater nõ cogatur ſe obligare pro filio in dotis reſtitutione, nec eidem conſtituere donationem propter nuptias, cùm, ſi non fiat, impedimento non ſit, quò minus filius vxorem ducere poſſit: quia mulieri cautum eſſe poterit conuertendo dotem in emptionem prædiorum, vel ad partem honeſti lucri, per modum, vt

9 ſupra; & ſubdit quoque, iura à Barto. allegata, non probare eius ſententiam, quandoquidem *text. in l. ſpurij. §. pater, & in l. honores. §. vlt. ff. de decur. & in l. 2. ff. ad munic.* per eum allegati, loquuntur in caſibus, in quibus filius decurio factus, nõ habebat vnde reipublicæ, cuius honores gerit, caueret, quòd hic contingere non poſſet, cùm ſatis cautum eſſet mulieri, ſi prædiũ ex dotibus emeretur.

10 Rurſus, quia licet opinio Bart. eſſet vera, tamen non procedebat, niſi in filiofamilias marito, hoc eſt ſub patris poteſtate, & ſic non in marito ſui iuris, vt erat ĩ caſu iſto, quia Ermilius fuerat emãcipatus,

11 vt expreſsè decidit *text. in d. §. tranſgrediamur, cuius hæc ſunt verba; Tranſgrediamur nunc ad articulum hunc, vt quæramus aduerſus quos cõpetat de dote actio; et aduerſus ipſum maritum competere palàm eſt, ſiue ipſi dos data ſit, ſiue alij ex voluntate mariti, vel ſubiecto iure eius, vel non ſubiecto: ſed ſi filiusfamilias maritus ſit, & dos ſocero data ſit aduerſus ſocerum agetur, planè ſi filio data ſit, ſiquidem iuſſu ſoceri, adhuc abſolutè ſocer tenebitur; quod ſi filio data ſit non iuſſu patris, Sabinus, & Caßius reſponderunt nihilominus cũ patre agi oportere, & ſequitur gloſſ. ibi in verbo, maritus, & ita Bart. ibidem in principio. Et ſummat Alex. & expreſsè Bartol. in dicta l. ſi quis inter tres, §. ſi quis, verſic. Imperator, nume. 1. ff. de excuſat. tutorum. & eſt etiam text. indiuidualis in l. ſi filiofamilias, ff. ſoluto matri. in princip. Menoch. dicto conſ. 33. num. 25. poſt Coraſ. in l. qui liberes, nume. 50. ff. de ritu nuptia. Curt. iun. conſ. 133. & poſt omnes Milanen. decif. 19. num. 22. cum ſeq. par. 1.* vbi teſtatur fuiſſe in M.R.C. iudicatũ pro Socero; & ratio eſt, quam ponit ibi *text. in d. §. tranſgrediamur*, quia penes patrem præſumitur dotem perueniſſe, ibi, *videri enim ad eum perueniſſe dotem penes quem eſt peculium*, quod cadere non poteſt in filio emancipato, niſi tantum in filiofamilias, ideoque cum in eo pater dotem recipiat, non debet reputare ſe grauatum, quòd obliget ſe ad dotem, quam recipit, vt dixit *Angelus in dicto §. fuerat, dicto nume. 80.* verſic. ſi autem poneremus, *& Milan. dicta deciſio. 19. nume. 24.* & in terminis, quòd diſpo-

12 ſitio *d. §. tranſgrediamur*, non procedat in filio emancipato vxorem ducẽte, imò quòd in eo, eſto quòd dos in patris vtilitatem verſa fuerit, non teneatur, expreſsè determinat *Curtius iunior in d. conſ. 133.* nu.

nu.3.contra Pau. de Castr. & Alex. in d.§.transgrediamur, contrarium tenentes, ea quidem ratione: nam text. dum vult obligare patrem, vbicunque filius sine eius iussu dotem receperit, eum de peculio tantum teneri dicit: vnde cum peculium in filio emancipato locum non habeat, l.fin.C.de inoffic. est, videtur eum loqui in filiofamilias, non autem emancipato: hoc idem dixit ante Curt.Specul.in tit.de dot. post diuort.restitu. §.fortmatis, vers. sed pone filius emancipatus. per text.in l.1.C.de filiofamil.lib.10.& facit etiam doctrina Bart. post Riccard.Malubr.in l.sane,ff.de iur.dot. quod si pater, qui recipit dotem à nuro pro filiofamilias, illum emãcipauit, & ei emancipato dotem restituit, liberatur socer, nec poterit nurus eam à socero repetere, esto quòd maritus illam cõsumpsisset, quem sequitur Crot.consil.74. num.21.lib.1.

Item dispositio d.§.transgredia-
13 mur, non procedit, nisi vbi filio de iussu patris dos fuerit soluta, ita, text.ibi (siquidem iussu soceri, socer tenebitur, &c.) ita Bar. ibidẽ nu. 2.vers. quandoque solus filius recepit, & sine iussu patris, Alberic. ibidem, num.5. Corneus consil.303. quod tamen in casu isto dispositum non fuisse videtur. Nec ex præsentia patris in contractu eius iussum induci, dixit Alber. in d.§. transgrediamur, num.5. tanto fortius in casu isto, quia pater interuenerat non animo se obligandi, sed tantum faciendi donationem propter nuptias. Item dispositio d.§.transgrediamur, procedit vbi pater nedum matrimonio filij consentijt simpliciter, verum etiam
14 & dotis receptioni, quia tunc obligatur, secus si filius inscio patre, & absente dotem recepisset, ita post Bartolum in d.§.transgrediamur,& Soc.in consil.169.col.3.lib. 2.determinat Fan.de pigno. d.6.par. 4.membro.nume.36. versicu.& sic, & hoc ideò, quia poterat dicere, quod dos sibi soluatur, ne dissipetur.

Demum dispositio d.§.transgre-
15 diamur, non procedit vbi pater fecerit donationem propter nuptias filio vxorem ducenti, vt dixit Bart.ibidem, & cum eius distinctione transeunt communiter. Docto. ibi. Soc. Sen.consi.75.num.8. vol.1. Ang.in d.§.fuerat, num.80. Frider. Scot.respon.17.col.pen.num.8.tom. 1.lib.4.Gabri.conf.119.num.31.& seq.lib.2. Milan.d.decis.19. nu.36. quia non tenetur ad vtrumque, ne duplici onere prægrauetur secundum ipsos; cogitur enim pater do
16 nationem propter nuptias filio assignare, per tex.in l.fi.C.de dot.promissio.Soc.Sen.d.consi.75. numer.7. Angel.Scot.& alij: prout factum fuit in casu isto, quia pater donationẽ fecerat propter nuptias de vntijs 180. redditus annualis filiò Ermilio. Ex prædictis Consistoriũ declarauit hypothecata bona tantum donata peruenta penès hæredes dicti Aluari, conuento absoluendo, & liberãdo quo ad alia bona, confirmando sententiam M.R.C.& cum vigore prædictæ sententiæ fuisset causata exequutio, & interposi-

terpositum decretum super alijs bonis, eã procedere iudicauimus super vntijs 50. redditus tantum, peruentis penes ipsos hæredes, die 22. Martij, 1603.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei fideicommisso subiecta valet. sed datur reuendicatio, & num. 10.*
Idem in alienatione feudi, nu. 2.
3 *Instrumentum cancellatum non habet viam exequutiuam.*
4 *Statutum dans viam exequutiuam interpretatur secundum l. fi. C. de edic. Diu. Adrian. tollen.*
5 *Reemptio fieri non potest à fideicommissario.*
6 *Exceptio resolutionis dominij nõ admittitur aduersus executionem contractus iuxta formam Bullæ.*
7 *Vsufructuarius non potest retrouendere censum.*
8 *Instrumentum cancellatum per non habentem potestatem habet exequutionem paratam.*
9 *Text. in §. fin autem, C. comm. de legat. declaratur.*

ARGVMENTVM.

Census iuxta formam Bullæ, an possit relui à manu fideicommissarij.

DECISIO XLVII.

De duobus fuit dubitatum in causa Baronis Solanti cum Illustrissimo Senatu Panormitano, & eius Syndico generali; Primo an exequutio causata pro censibus decursis vigore contractus iuxta formam Bullę ad instantiam Baronis contra Senatum sustineri potuisset, postquam contractus ipse fuerat resolutus, stante reemptione prædictorum redditiuum, facta per Ludouicum Agliata, à quo ius, & causam habebat Baro; Secundo quid stante cancellatione contractus facta per ipsum Ludouicum: & quoad primũ dicebatur ex parte Senatus, quòd contractus subiugatorius erat resolutus stante solutione capitalis, & licet Ludouicus reemens fuerit grauatus restituere isti Don Ioanni actori, tam ex vinculo quõdam Iacobi Chirco, quam ex declaratione facta per Dõnam Brigidam, in qua de nouo prædictos redditus vinculauit, tamen non facta declaratione per fideicommissarium redditus ad eum spectare, vtique in ista via exequutiua obtinere nõ
1 poterat, quia valet alienatio rei fideicommisso subiectæ, *l. seruo legato, §. 1. & ibi Doct. ff. de leg. 1. cum simil.* & ista est nulla ab initio, licet eueniente conditione resoluatur, & detur rei uendicatio, *l. fi. §. fin autem, vbi Doct. omnes C. commu. de lega. Dec. cons. 417. nu. 1. Alex. consil. 178. num. 5. lib. 5. Surd. consil. 238. num. 9. & cons. 73. num. 75. Caualc. decis. 15. nu. 18. lib. 3.* sicut dicitur
2 in feudi alienatione, quæ valet in vita alienantis, & non est nulla ab initio, sed sequuta morte annullatur, & oportet, quòd agatur sententia reuocatoria mediante, *Afflas.*

lan.decis.8.num.345.lib.1.& decis. 7.num.19.& 20.& decis.17.num. 94.lib.2. vbi allegat nostros Siculos super Cap. volentes, *Petr.de Gregor. de concess.feud.par.2.q.10. Clar.in §.feudum,q.42.* Item prædicta fortius procedebant in casu isto, quia contractus fuerat cancellatus per cõtrarium actum, quod sufficiebat ad impediendum viam
3 exequutiuam, *ad text.in l.fin.C.de edict. Diui Adr. toll.* vbi *Ias.* notat, quod omnia statuta tribuentia e-
4 xequutionem sumunt robur, & interpretationem ex illa *l. Bart.in l. emptor,§.Lucius,nume.4.& Castr. nu.5.ff.de pact. Vinc.decis.45.nu.5. & plures alij quos allegaui in cõm. ad Ind.c.44.num.4.* Dicebat Baro,
5 quòd reemptio prædicta erat ipso iure nulla, quia facta erat à Don Ludouico Agliata non habẽte dominium prædictorum redditum stante supradicto vinculo, scientibus Prætore, & Iuratis, *ad tex.in l. 3.§.sed quia nostra, & §.fin autem,* ibi *(conditione impleta ab initio causa inirritum reuocetur) C.comm.de lega.vbi Bal.& cæteri,Dec. in cons. 323.* per tradita per *Fely.in cap.Rodulphus,in fin.de rescrip.* & in puncto ego allegaui *Felician.de Censibus cap.1.nu.5.lib.4.* qui determinat expressè, quod Fideicommissarius redimere censum annuum nõ valet, ea ratione, quia nec alienare potest; & dixerunt multi alij, quos ipse allegat, & consequenter, nec potest facere actum, cuius vigore sequatur alienatio, *Surd.consil.49. num.1.& cons.176.num.13.* & maximè in prima instantia, in qua stã te Priuilegio Regiæ pragmaticæ, nõ admittitur exceptio resolutio-
6 nis cõtractus, vt in terminis tenuit *Iac. Chirco magnus Doc.super d.Bulla, & eum sequutus est Milan. decis. 9.num.42.lib.2.* vbi volunt, quod si emptor vendidit redditus Bullares alicui, & inde venditor reemit à suo primo emptore, ille secũdus emptor in prima instantia exequutionis obtinebit. Item dicebatur,
7 quod Ludouicus reemens erat vsufructuarius durante eius vita tãtum, qui nec retrouẽdere poterat ex his, quæ dixi *in addit.ad Petr. de Gregor. super Bulla quæst.5.n.298.* & consequenter non obstabat cancellatio, quia facta à persona ille-
8 gitima, & tunc actus benè habet exequutionem paratam, vt dixit *Cumi.super Rit.cap.6.num.111.& seq.* vbi testatur ita fuisse iudicatũ per M. R. C. *Salic.in l.si præses, C. quomod.et quan.Iud. Marsil. in rub. de fideius.106.Imol. in l.1. in fin.ff. de his quæ in testam.dolen. Surd.cõsil.16.vol.1.*

Consistorium ex prædictis condemnauit Senatum, sed re vera, in hac via exequutiua non videbantur resoluta ea, quæ dicta fuerunt in principio: nam tex. *in d.§.fin au-*
9 *tem,* voluit expresse, quòd competat vocato actio rei uendicatoria, & sic præsupponit dominium penes agentem, & possessionem penes conuentum; & ideò non data possessione redditum penes Baronem, quomodo poterat competere via exequutiua? Nec obstabat
10 doctrina *Felicia.* & aliorum per eum relatorum, quia licèt fideicõmissarius

missarius alienare non possit, tamen, vt dictum est, alienatio valet ab initio, licet postea eueniente conditione rescindatur. Item tradita per Milan. non faciebant ad casum propositum, sed in aliis terminis, & similiter ea, quæ dicebantur de vsufructuario, cum fideicommissarius sit verè dominus, licèt reuocabilis: tamen, quia causa vertebatur cum Vniuersitate, quæ in iudicio ordinario veniebat omninò condemnanda cum maximo eius damno, interesse, & expensis, fuit per dominos ita iudicatum, confirmando sententiam M.R.C. die 22. Maij, 1603. sed quid ego senserim ex prædictis patet. Audiui postea, quod partes se concordarunt.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio taxatur ad instar legitimæ si filij sint vltra quatuor.*

2 *Dos de paragio potest taxari vsque ad partem competentem ab intestato.*

Limita in muliere nupta, nu. 3.

4 *Nubilis ætas de iure communi est annorum duodecim.*

Quid in Regno respectu dotis de paragio, num. 5. & 7.

6 *Nubilis ætas respectu baleatus Baronis extenditur vsque ad decimum quintum annum.*

ARGVMENTVM.

Dos de paragio an ascendat ad totam portionem ab intestato competentem, & nubilis ætas quando dicatur.

DECISIO XLVIII.



DOnna Ioanna de Perno mulier virgo in capillo, & Nobilis Syracusana petiit in M.R.C. sibi taxari dotes de paragio competentes super Baronia Floridæ, tanquam vna ex filiis olim Baronis exclusa per Constitutionem, in aliquibus, à masculo fratre conuento, & fuit sibi taxata ad certam summam, à qua taxatione per vtramque partem fuit petita reuisio in Consistorio, in quo primo quæsitum fuit, an dos ista, quæ taxanda erat ad semis secundum numerum libero-
1 rum, qui erant quinque, ad instar legitimæ, iuxta dispositionem *authen. nouissima, C. de inoffi. testamen.* (vt aliàs iudicauimus pro Marchione Xurtini, vt in *decis. 1. num. 17. & 19.*) potuisset ascendere ad totam portionem sibi competentem; & fuit cõclusum, quòd sic, at-
2 tenta eius nobilitate, vt nuberet pari, per doctrinam *Andr. in d. const. in aliquibus, in 12. col. & sequ. versic. nos dicimus, & in 6. col. versic. quid si desinat, & in consti. quamplurimum, in 2. col. versic. æquum est, & dixit Petr. de Grego. in tract. de vita, & milit. quæst. 11. nu. 6. & in tract.* de

de Concessio. Feud. p. 4. quæst. 5. nu. 6. Decian. respon. 38. num. 8. Bursat. consil. 132. num. 3. Roland. cons. 55. nu. 10. vol. 1. Cephal. consi. 95. num. 4. & 21. licèt secus sit in muliere
3 nupta, in qua cessat ratio patilitatis, vt iudicatum fuisse refert D. Joann. Fra. tc. de Pont. consil. 45. sub n. 5. quem retuli in addit. ad Petr. de Gregor. quæst. 9. litera A.

Secundo fuit resolutum, in eadem causa, quòd licèt nubilis ætas in muliere ad hoc, vt nubere possit, & consequenter consequi dotem de paragio, sit annorū de
4 iure communi, ad tex. in §. 1. Instit. de nupt. Alexand. cons. 42. nume. 3. vol. 7. & post alios dixit Vinc. de Anna all. 70. num. 23. tamen in termi-
5 nis dotis de paragio, quia in femina, & in masculo succedēte in feudo, & habente balium, & existen-
6 te sub eius gubernatione nubilis ætas respectu vitæ administrationis baleatus facti in Barone succedente in feudo respectu administrationis ipsius feudi, & in eius sorore respectu dotis de paragio extenditur vsque ad decimumquintum annum, & ita propriè loquitur tex. in d. constit. in aliquibus, dū facit mentionem de decimoquinto anno, & illum intelligit Andr. in constit. minorum iura, in 1. col. & seq. vers. quindecim annorum, in tit. de rest. min. Afflict. in const. in aliquibus, nu. 68. & seq. in 8. not. vers. nota tamen, Petr. de Greg. de dot. de parag. quæst. 25. numer. 5. & ita fuit determinatum in vtroque capite die 22. Nouembris, 1602.

SVMMARIVM.

1 Territoria vniuersitatis sunt communia omnibus ciuibus, & destinata ad pasturam animalium.
2 Clerici ciues continentur appellatione populi. Contra num. 13.
3 Clerici possunt immittere eorum animalia ad loca pasturæ prout cæteri ciues.
4 Loca pasturæ communia, quoad dominium sunt vniuersitatis, secus quoad vsum.
5 Vniuersitas non potest prohibere ne clerici vtantur pascuis publicis. Distingue num. 6.
7 Maior pars vniuersitatis potest minori præiudicare, quando agitur de eius vtilitate, & necessitate.
8 Consilium publicum repræsentat totam Ciuitatem. Secus in Consilio decurionum, num. 15.
9 Clerici tenentur soluere pro pascuis eorum animalium, & num. 11. & 12.
10 Barò tenetur soluere pro animalib. missis ad pascua vniuersitatis.
14 Priuilegium competens clerico non vti clerico potest reuocari.
16 Abb. cons. 6. declaratur.

ARGVMENTVM.

Clerici, an teneantur soluere gabellam impositam per vniuersitatem super iure pascendi.

DECISIO XLIX.


Vit per Vniuersitatem Ciuitatis Trohinæ detentum consilium cum licentia

centia Excellentissimi Proregis, & Tribunalis Regij patrimonij, & conclusum, quod nullus dominorum animalium possit ea immittere, & pascua sumere in territorijs ipsius vniuersitatis, sine certa solutione, & hoc vt ex redditu soluerentur collectæ Regiæ, & alia debita, in quibus vniuersitas ipsa reperiebatur valde oppressa, & aggrauata; & quia clerici cogebantur ab arrendatario ipsius gabellæ ad soluendum pro eorum animalibus, compilato super hoc processu fuerunt per Curiam Archiepiscopalem Ciuitatis Messanæ liberati, quæ sententia deinde fuit per Admodum Ill. & Reuerendissimum D. Ioannem de Torres nobilissimum, ac doctissimum Dominum meum, Iudicem Regiæ Monarchiæ, reuocata: causa commissa via appellationis Reuerendo Dō Nicolao Zara cū voto Cō-
1 sistorij dicebāt Clerici, quod Territoria in quibus percipiebantur pascua, seu herbagia erant omnib. ciuibus communia, vt notatur *in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diui. & in l.* 1. *C. de pasc. pub. li.* 11. & erant destinata ad vsum pascenda rum pecudum, & aliorum animalium, *ad tex. in l. in Sylua, ff. de verborum significat.* & ideò ipsi degentes in dicta Ciuitate tamquam ci-
2 ues, qui veniebāt appellatione populi, *Bart. in l.* 1. *num.* 11. *ff. ad municip. post alios Surd. cons.* 301. *vol.* 3. habebant ius in dictis pascuis, & poterant in eis immittere eorum
3 animalia, vt loquendo de religiosis, & Monachis Carthusiensibus scribit *Bertran. cons.* 92. *vol.* 3. *relatus à Surd. cons.* 65. *num.* 6. licèt e-
4 nim quo ad dominium, & proprietatem fuissent ipsius Vniuersitatis, ad tradita per *Couar. practi. quæst. cap.* 37. *colum.* 2. *in principio. Vincent. de Fran. decis.* 197. *nu.* 12. *post Rip. respon.* 93. *Surd. d. consil.* 65. *sub num.* 17. *Caualca. decis.* 1. *num.* 5. *& num.* 45. *par.* 5. nouissimè Dominus Regens *Camil. de Curt. in* 2. *par. diuers. iur. feud. nume.* 78. *in medio fol.* 107. nihilominus, quoad vsum erant ipsorum ciuium, & vnusquisque poterat ad sui libitum vti pro eorum animalibus depascendis, vt tradunt omnes, *& Oldrad. & Alberic. in d. §. Vniuersitatis, & in l. item venit, §. fin. ff. de petitio. hæredi. Borell. consil.* 9. *numero* 9. *& sequen. & consil.* 26. *nume.* 54. *& ex Bertrand. consil.* 293. *scribit Surd. d. consil.* 65. *n.* 7. *& sub n.* 8. *&* 17. *idē Surd. in cons.* 59. *nu.* 9. *&* 13. & consequenter nullum fuerat dictum arrendamentum, & consilium detentum
5 in præiudicium ipsorum clericorum, ne possint vti dictis territorijs, & pascuis ad vsum communē destinatis, *d. l.* 1. *cum alijs relatis per Surd. dicto consil.* 59. *numero* 12. *& seq. & d. cons.* 65. *num.* 12. *& seq. Borel. d. cons.* 9. *nu.* 12. *&* 19. *& Rip. in d. resp.* 93. per totum, vbi probat, quod Vniuersitas non potest prohibere, ne ciues vtantur pascuis publicis, iuxta eorum vsum, & solitū, & magis in terminis allegabatur *Abb. in cons.* 6. *lib.* 2. vbi distin-
6 guit, quod aut territoria pasturæ, quæ vniuersitas vendidit, erāt propria ipsius vniuersitatis, vel cōmunia.

nia tantum cum laicis;& tunc clerici debent soluere:aut dicta loca pasturæ erant publica, & communia laicis,& clericis, vt erat casus iste per supradicta;& tunc non tenentur soluere.

Sed in contrarium pro Vniuersitate, & eius arrendatario dicebatur, quod venditio, & impositio oneris iuris pascendi erat valida, quia facta cum consilio Vniuersitatis,& licentia Principis pro soluendis functionibus fiscalibus, & subiugationibus,in quibus, vt dictũ est,reperiebatur valde oppressa, quo casu poterat maior pars
7 communitatis minori præiudicare,*l.quod maior,ff.ad Municip.l.aliud*, *§.refertur,ff.de regulis iur.Ias. consil.7 1.lib. 3. Franc. Mar. decis. 489.num.4.lib.1.Surd.consi.65.nu. 3.Vincent.de Franch. decis. 2. num. 1.24.& 25.lib.1.& latius in decis. 197.n.9.& 15.& per totum*,& maximè in casu isto,in quo videbatur cessare difficultas si maior pars minori præiudicat,de qua per *Capic. decis.152. Vincent.de Franc.Surd. & alios præallegatos*, quia consiliũ
8 detentum super venditione dicti iuris pascendi repræsentabat totã Ciuitatem, secundum *glo.in Rub. C.quæ sit long.consuetr.Mart.decis. 780.nu.4.Vinc.de Fran.decis.253. numer.8.* qui allegat eandem *gloss. Surd.consi.65.nu.1.& 15.* & in consilio prædicto nemo contradixerat,quia fiebat pro vtilitate communitatis,& ciuium, & Principis authoritate,*l.si.C. de vendit.rer.ciuil.lib.10.* & in re sua quilibet est moderator,& arbiter, vt rectè notat *Rip.in d.resp.93.aliàs 22.in 1. lib.resp.*ex aduersò adductus,*& optime Vinc. de Fran. decis.197.n.15. & seq.*& in terminis, quòd si communitas habeat loca pasturæ, &
9 clericus velit mittere animalia sua ad ibidem pascẽdum,quòd teneatur soluere communitati, determinat *Ias. in l.placet,in 1.lectur.sub n.19.versic.aduerte tamen, & in 2. lectur.n.25.C.de Sacr.sanct. Eccles.* & faciebat maxima æquitas, quia clerici sentirent commodum pascendi, & ceteri homines subirent onera, quod valdè consideradum erat, vt dixit *Surd. d.consi.391.lib. 3.* & post hæc scripta vidi considératum per dominum Regenté *Camil.de Curt.in loco pallegato. Prosp. Petr.in addit.ad Capic.d.decis.152.* idem determinat *Vinc. de Fran. in d.decis.197.nu.9.* si benè aduerta-
10 tur,dum Baro,vti primus ciuis,cõtra dicebat,talem venditionem iuris pascendi factam per Vniuersitatem,quia erat immunis à solutione collectarum,pro quarum solutione faciebat venditio, & fuit cõtra eum iudicatũ, licèt ibi in casu suo asserat causam decisam fuisse in fauorem Vniuersitatis, quia erat in possessione vendendi hęc pascua,tamen multa pro hac sententia adducebat, vt *Camill. de Curt. in loco præalleg.& Remig.in tracta. de charitatiuo subsidio,q.61.nu. 59. in 15.tom.tract.par.2.* ad idem adducebatur decis.*Bar. in l.rescripta, §.sciendum.nu.5.ff.de muner.& ho-*
11 *nor.*vbi dat cautelam vt clerici teneantur, videlicet quod per vniuersitates fiat,quod omnia prędia, quæ

quæ sunt in comitatu, sint affecta onere tributorũ pro collectis imponendis, quia tunc clerici tenentur si prędia ad eos perueniãt, quã opinionem *Bar.* esse in vsu, & seruari ait *Bald. consil.* 180. *numero* 2. *lib.* 2. Vnde cum istud herbagiũ tali onere sit affectum, si clerici illud velint, non sunt immunes: Itẽ faciebat doctrina *Affl. in constit. cum per partes Apuliæ, num.* 9. *& remissiuè in prælud. dictarum constit. quæst.* 6. *in fin.* vbi voluit cum *Luc. de Penn. in l.* 2. *C. de Nauib. non excus. lib.* 11. quod dum sit statutum penale, vt nullus possit cum animali intrare in territorium alterius,
12 tale statutum extẽditur ad animalia clericorum, & eum refert *Rol. consil.* 3. *num.* 22. *lib.* 2. *Bertaz. cõs.* 87. *num.* 7. *lib.* 1. *in criminal.* prout fuit mandatum in casu isto per literas Tribunalis Regij Patrimonij, quòd Clerici soluant, si velint pascua sumere, & dicebatur non obstare in contrarium supra allegata, quia clerici vti clerici nullum ius habebant super territo-
13 rijs prædictis, quia clerici non veniunt appellatione vniuersitatis, *Fel. in cap. cum te, in* 12. *col. extra de rescript. quem refert Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *numero* 6. alius enim est clerus, alius populus, *Abb. in d. consil.* 6. *num.* 1. licèt vti ciues habeant vsum iuris pascendi, quod rectè potuerat vniuersitas vendere absque alicuius iniuria, vt dixit *Abb. in d. loco*, & sibi fuerat præiudicatum per consilium detentum nemine dissentiente, & per venditionem factam pro causa necessitatis, & vtilitatis ipsius vniuersitatis, & sic cessabãt dicta per Rip. & alios, hinc dicebat vnus ex dominis, quod priuilegium, si nõ competit
14 clerico, vti clerico, sed cuilibet, tunc clerici non sunt exempti, at allegabat *Iacob. Conna. quæst. iur. q.* 19. *lib.* 2. *sing.* Nec obstabant *cõs. Surd.* 59. *&* 65. 1. *vol.* quia ipse lo-
15 quitur in prohibitione iuris pascẽdi facta per decuriones ciuitatis, secus tamen erit in prohibitione facta per totam vniuersitatem vt rectè ipse idem tenuit *in d. consil.* 59. *sub nu.* 24. vers. præterea. Item ipse non loquitur, quando venditio, seu prohibitio iuris pascendi fieret pro necessitate totius vniuersitatis, vt hic pro soluendis collectis, & subiugationibus. Demũ
16 non obstare videbatur doctrina *Abb.* quia faciebat pro vniuersitate, loca enim ista pasturæ, & territoria non erant communia laicorum, & clericorũ, vt in secundo casu distinctionis *Abb.* sed erant cõmunia de vniuersitate, & ita cum intelligi laicorum, & clericorum vti ciuiũ, *Ias. in d. l. placet.* & ex prædictis Consistorium votauit confirmando sententiam Regiæ Monarchiæ die 5. Martij, 1603. quæ sentẽtia fuit annõ sequen. de mense Martij, 1604. in alio iudicio cõfirmata, & impositum perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus admittitur ad retrahendum in contractu emphyteutico si posti*

L ca

ea vendatur ius census. Ratio num.3.

Amplia num.4.

2 *Ius congrui non habet locum in emphyteusi.*

5 *Vxor dicitur pars corporis mariti.*

6 *Maritus iurat fidelitatem pro vxore.*

7 *Simulatio contractus ad excludendum vicinum coniecturis probatur.*

Amplia num.8.& 9.

10 *Retractus non competit si vicinus requisitus dixerit nolle emere.*

Amplia in requisitione extraiudiciali, num.11.

Contra num.12.

Amplia num.14.

13 *Iuri de futuro renuntiari non potest.*

ARGVMENTVM.

Retractus an competat in re emphyteutica, & vicinus consentiens alienationi an excludatur à iure retrahendi.

DECISIO L.



N Vrbe hac fœlicissima Panormi adest consuetudo, siue maius declaratio ipsius, vbi disponitur, quòd si prius celebretur contractus emphyteuticus, & postea dominus directus venditit ius suum eidem em-
1 phyteutæ, tunc vicinus admittitur ad retrahendum; super qua latè scripsit eruditus Marius Muta in suis comment. ad dictas consuetud. fol. mihi 237. & est limitatio ad text. in consuetud. 26. vbi vicinus admittitur ad retrahendum præterquam in contractu emphy-
2 teutico, & dixit *Tiraquel. de retrac. lignag. §.23. gloss. vnica, nume.1. & seq. Bertran. consil.7. incip. non vidi, lib.1. D. Mut. in declar. nu.27. Vincen. de Franc. decis.391. numer.9.* &
3 ratio est, quia tunc potius contrahentes voluerunt vendere, quam emphyteuticare, & hoc fiebat ad excludendum vicinum à retractu, qui ideo excluditur in contractu emphyteutico, quia directum dominium remanet penes concedentem, vt dixit *Vincen. de Franc. d. decis.391. num.4.* quæ conclusio procedit non solum si venditio dire-
4 cti dominij fiat in ipsum emphyteutam, sed etiam in eius vxorem, quia vna, & eadem persona censen-
5 tur, & vxor dicitur pars corporis viri, *cap. admonere. 33. q.22. Rolan. consil.1. num.107. & 108. volu.1.* in tantum quòd maritus iurat fideli-
6 tatem, & præstat alia seruitia, & obsequia pro vxore, *Feder. Schenc. in cap.1. sub n.3. de inuest. qua. tit. accep. post Iacob. de Ardiz. Prop. et Aluar. Cosmus Nepit. super Consuetud. constit. tit.2. consue.1. n.5.* & censetur in dubio emisse de bonis mariti, iuxta terminos *l. quintus, ff. de don. int. vir. et vxor. gl. Bar. & Doct. in l. cum oportet, C. de bon* ... *Neuizan. in Silua Nu*... *ro 20.* vbi alio... conclusu... sa D... A...

rij 1603. in qua causa vltra vendi
tionem directi dominij factã eo-
dem die vxori emphyteutæ, & co-
ram eisdem testibus per conceden
tem, quod totum simulate, & ficti
tio modo factum præsumebatur,
vt dixit *Tiraq. de retrac. lignag. §. 1.*
gloss. 14. num. 37. Mascard. conclus.
438. num. 17. & 18. concurrebant
multæ aliæ coniecturæ, quod re-
vera contractus ipse emphyteuti-
cus fuerat isto modo celebratus
ad excludendum illum de Careni
vicinum, quæ probatio ex conie-
cturis sufficiebat in isto casu, ad
7 probandum simulationem cõtra-
ctus, ad exclusionem vicini, vt in
puncto locutus est *Tiraquel. de re-*
tract. lignag. d. §. 1. glo. 14. num. 55.
& 56. quẽ refert, & sequitur *Mu-*
ta in d. cap. 28. num. 22. & procedit
etiam si leues essent coniecturæ,
8 & præsumptiones, vt dixit *Paul. de*
Cast. cons. 109. n. 1. li. 2. imo vna tan
9 tum coniectura, & non multæ, vt
voluit *Mascard. d. conclus. 438. nu.*
11. & 12.

Nec obstare videbatur, quod di-
ctum fuerat pro parte conuenti,
quod iste de Careni erat exclusus
à petitione retractus, quia requisi
tus ante venditionem factam no-
luerat emere, imò li[illegible]iam dede-
10 rat vendendi, q[illegible]enfetur
i[illegible]nunti[illegible]*Iaf. in*
[illegible]*.C. d*[illegible]*al. in c.*
[illegible]*es,*[illegible]*q. nu.*[illegible]
[illegible]ill[illegible]*per q*[illegible]
[illegible]*p.*[illegible]*par*[illegible]
[illegible]*i. 7*[illegible]
[illegible]

tore, *Affl. de iur. protho. vers. subse-*
quenter quæro, num. 41. Tiraq. de re
tract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 113. &
sequen. & præsertim n. 127. & 130.
Magon. decis. Floren. 118. qui plu-
ries refert fuisse iudicatum, *Go-*
mez. super. l. tauri. l. 70. num. 14. Ca
ualc. in reperto. decis. in verb. ius con
grui nu. 10. quia dupliciter respon
debatur, primo hoc non probari
nisi per vnicum testem; & vox v-
nius, vox nullius, *l. vbi numerus, de*
testib. & licet aliqui dicant se no-
luisse emere, tamẽ non dixit se nol
le retrahere casu quo res vendi-
tur; Secundo respondebatur, quòd
etsi realiter dixisset se nolle retra-
12 here, adhuc non excluditur à re-
trahendo, quia non sufficit verba-
lis, & extraiudicialis requisitio ad
tollendum ius congrui, sed neces-
se esset præcessisse pactum expres-
sum, quia simplex refutatio, & re-
nunciatio, siue consensus non tra-
hitur ad futuras emptiones, *Ar-*
chid. in c. si clericus, de præb. in 6. l.
commissorie, C. de pact. inter emp. &
vend. & in terminis voluerunt *Cas*
sa. super Consue. Bur. rub. 10. de retr.
§. 10. in tex. an præiudicet ad fi. idem
Tiraq. de retr. consang. §. 1. gl. 9. nu.
145. Carpa. super stat. Mediol. ca. 4.
17. nu. 416. vbi allegat Ferra. super
Consuet. Burdegal. §. 14. Ruin. cons.
70. nu. 9. 10. & 11. vol. 1. Cannet. in
volentes, vers. Quid. n. si Princeps,
8. 11. 18. *& seq. f.* 200. qui latis-
è examinat hanc cõclusionem,
[illegible]s. Paris. in §. 14. gl. 1. in ver. de sei-
eur feud. n. 8. & 9. lo. Lup. in rep.
[illegible]b. de donat. int. vir. & vxor. f. 27.
col. 3. Corb. de iur. emph. tit. de caus.

prima.limit.5.f.mihi 143. & ratio est apud eos, quia iuri de futuro
13 renuntiari non potest, *ad tex.in l. si ita scriptum,§.si sub conditione, ff. de leg. Affl.in d.const.sancimus. Neapod.in consuetud.si quis emit,nume. 12.& 13.*

Et tantò magis, quando tempore renuntiationis illud ius renuntians non haberet neque in spe, neque in habitu, prout erat in casu
14 isto ante factam venditionem, vt in proprijs terminis loquuti sunt *Ruin.& Cannet.*& alij ex prędictis Doct. & hæc opinio visa fuit verior in puncto iuris, licet prima habeat aliquam æquitatem, vt considerat *Facbin.in loco citato.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria opponi non potest post sententiam.*

Fallit in muliere excipiente de beneficio Velleiani, num.2.

3 *Renuntiari an possit beneficio Velleiani.*

Et quid stante iuramento, num.4.

ARGVMENTVM.

Exceptio peremptoriæ an opponi possit post sententiam, & quid in muliere.

DECISIO LI.

1 EXceptio peremptoria licèt opponi non possit post sentētiam, ad *tex. in l. peremptorias, C.sent.resci.nō poss.post multos scripsit Caualca.decis.*10. *nu.* 19. tamen, 1. fallit prædicta regula in muliere
2 excipiente in exequutione sententiæ de beneficio Senatusconsulti Velleiani, puta quia intercesserat pro viro, vt dixit *tex. apertus. in l.tamen si,ff.ad Senat.consul. Macedon.* vbi habetur, quod condemnati si non opposuerant tale beneficium, possunt vti Senatusconsulti exceptione exemplo mulieris intercedentis, per quem text. apparet posse mulierem post sententiā non solum agere principaliter, verum in exequutione excipere, vt in indiuiduo probat *gloss. super d. textu* in verbo *vtentur contra exequutionem, & gloss.in l.1.C.de iur. & fac.ignor.in verb.vti,* idem probant *Salic.in l.cedenti, §. ad solum, num.4.ff.eod. Alberic.in d.l.tamen in princip.* & in fine ait procedere fauore mulierum, *Castr. & Bald. ibidem; & Duar.in tit.ad Senat.consul.Velleia.fol.mihi* 193. *Bald.in d. l. peremptorias, num.5.* qui omnes ponunt pro fallentia ad regulam, quod ista exceptio licèt sit de peremptorijs, tamen opponitur post sententiam in exequutione sententiæ, & prædicta limitatio non procedit, quando huiusmodi benefi-
3 cio fuisset renuntiatum cum iuramento, vt dixerunt *Doct.omnes in l.fi.C.ad Velleia. Couarruu.in cap. quamuis, de pact. lib.6.§.3. numero 5.par.2.* & esse communem omnium sententiam refert *Thesau. decis.*222. *numero* 10. & iuramen-
4 tum in renuntiatione appositum operatur certiorationem: nam licèt

licèt regulariter mulieri ignoranti vires ipsius beneficij renuntiatio non noceat, *per text. in l. fin. ff. ad Velleia. & est gloss. in auth. quomod. opor. episcop. §. sancimus, Bal. in l. mater decedens, de inoffic. testam. Signorol. conf. 181. Bologn. conf. 45.* tamen si in ipsa renuntiatione interuenit iuramentum, renuntiatio valet, & tenet; quia ex iuramenti prærogatiua præsumitur necessaria certioratio, *Bar. & Rom. in l. sciendum, ff. de verbor. obligat. vbi Alexan. & Ias. Abb. in cap. cum causam, num. 11. de emptio. & venditio. Ang. Aret. in §. item si in iudicio, instit. de excep. Corsett. in rub. de iureiur. in 13. priuileg. de communi Gabri. in commu. opin. in tit. de iureiur. conclus. 3.* & multis exornat conclusionem *Seraph. de priuileg. iura. priuil. 63. & priuileg. 118.* quos cumulaui in alleg. factis per me hic Panormi in causa Don Marij Ioppulo contra D. Costantiam de Ioanne, quæ pendebat in Sacro Consilio Neapolitano, & secundũ prædicta iudicauit Consistorium die 27. Augusti 1603. pro Donna Vittoria de Homodeis Tutrice suorum filiorum contra Sigismundã Virzera confirmando sententiã M.R.C. quod non audiatur in hac exceptione stante renuntiatione cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instantanea prodest ad manutenendum.*

2 *Vnicus actus sufficit ad manutenendum in possessorio.*
Maximè in iuribus incorporalibus. num. 3.

4 *Possessor lite pendente manutenẽdus est. & num. 5. & 6.*
Intellige, num. 11.

7 *Locumtenens Prothonotarij non est substitutus, sed ei æqualis.*

8 *Locumtenens Prothonotarij ordinariam habet iurisdictionem, & creatur à Rege.*
Intellige num. 16.

9 *Relatione pendente nil noui.*

10 *Attentata pendente relatione reuocantur.*

12 *Locumtenens Prothonotarij, quando possit visitare notarios.*

13 *Obseruantia ex quibus inducatur.*
Et sufficit vnicus actus, nu. 14.

15 *Possessor secundum titulum quem habet, possidere præsumitur.*

17 *Locumtenens quis sit.*

18 *Tex. in l. 2. ff. de offic. eius, declaratur.*

19 *Locumtenens Prothonotarij eo præsente non præstat iuramentum.*

20 *Sententia facit ius inter partes.*

ARGVMENTVM.

Locumtenens Prothonotarij in Regno, an possit visitare notarios, & quando.

DECISIO LII.



Ocumtenens Prothonotarij dum vellet accedere per Regnũ ad effectum visitan-

 di

di notarios, fuit ad instantiam ipsius Prothonotarij impeditus, ex quo prætendebat ius ipsum visitãdi aliquo modo ei competere nõ posse; & ex parte locum tenentis, petẽtis manuteneri in possessione visitandi, fuit obtenta prouisio, quod M.R.C. referret auditis partibus, & facta iniunctione Prothonotario ad dicendum, & allegandum aduersus relationem fiẽdam ea pendente Locumtenens discessit, & visitauit quosdam notarios, & ob id fuerũt exoratæ literæ per ipsam M.R.C. quòd rediret, & abstineret se à visita, & hoc stante pẽdentia dictæ relationis, quæ literę fuerunt per Locumtenentem consultatę, petendo eius reuocationẽ, & per M.R.C. fuit decisum, quod stent, declarando competere ius visitandi dicto Locumtenenti, ita quod Prothonotarius præferatur in prædicta visita, & deinde successiuè vnus post alium, & vnus, post completam visitationem alterius, visitare possit, à quà interloquutoria cum ex parte Locumtenentis fuisset petita reuisio in Consistorio dicebatur, quòd literæ prędictæ reuocari debebant, quia priuabant eum actuali possessione visitandi notarios in qua stabat, contra id quod dicunt *Doctio. & præcisè Bal. in l. 2. & l. fi. C. de edict. Diui Adria. tollen. vbi Curt. num. 324. & 372. Neuiza. consil. 80. Rimin. Iun. consil. 585. nu. 36. Peregrin. de fideicom. arti. 48. sub nume. 38. fol. 443.*
1 vbi volunt, quod instantanea possessio prodest, vt interim quis non turbetur, & ad manutenendum in possessione in isto iudicio possessorio sufficiebat vnicus actus, maxi-
2 mè, quando erat vltimus, vt dixit *Vincent. de Anna alleg. 131. numer. 1.* & in iuribus incorporalibus sufficit vnicus actus ad acquirendũ, & retinẽdum possessionem, *Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & proprie. vbi Rip. nume. 13. & 94. Bar. in l. 1. § hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. Roma. consi. 311. Peregrin. de fideicomm. art. 46. nu. 19. prout dicunt Doct. in iurisdictione, Soc. consi. 187. num. 19. lib. 2. Brun. consil. 34. in fin. Gramm. post alios in consil. ciuil. 100. in princip. Abb. consil. 54. lib. 1. Dec. cons. 117. & consil. 124. in princip. Alba. consil. 34. num. 2.* quia stante possessio-
3 ne in iuribus incorporalibus admissa legitima contradictione e-
4 tiam lite pendente, vel de futuro, interim ille est tuendus in possessione, vel quasi, qui possidet, & ille debet vti iure quo antea vtebatur, & sufficiebat ostendere, quod de præterito possidebat, *Innocent. in cap. 2. vt lit. penden. Capic. decis. 189. numero 5. & 6. & decis. 209. nume. 12. Bald. cons. 446. lib. 3. Barbat. consi. 25. colum. 1. lib. 4. Couarr. pract. quæst. cap. 17. in fin. Gramm. consil. ciuil. 54.* & omnia reseruantur in iudicio possessorio plenario, & ordinario, *Bald. in l. quidam existimauerunt, col. 2. ff. si cert. pet. & in l. si seruos, C. quòd cum eo. Pau. de Castr. in l. Aquilius regulus, ff. de donat. & consil. 3. lib. 2. Dec. in cap. cum teneamur, in 4. notab. de appellat. Soc. cons. 32. lib. 1. Neuiz. consil. 80. & consil. 81. Ceph. cons. 19. Benintend.*

nintend.decis.63.numero 7.

5 Et relatione pendente potest quis suam possessionem continuare, & attentare non dicitur, *ad tex. in cap. 1. vt lit. penden. glo. in c. non solum, de appellat. in 6. Capic. decis.* 72. qui dixit, quod tẽtato iudicio retinendæ, potest quis continuare suam possessionem, *Paris. cons. 39. lib. 1 & cons. 41. numer. 38. eod. lib. Menoch. de recuper. possess. remed. 17. nu. 49. Bero. cons. 87 num. 5 lib. 1. Lancel. de attenta. cap. 4. limitat. 1. nu. 2. & seq. & declarat. 4. eod. ca. & lim. 26.* per totũ. *Vincen. de Anna d. allega.* 31. vbi dixit, quod lite pendente impeditur de nouo acquisitio, non tamen prohibetur vsus acquisitæ. Item prædictę literę

6 videbantur attentatæ vti impediẽtes possessionem continuare, *gloss. in d. c. non solum. Paris. cons. vlt. nu.* 14. *lib.* 4. vbi dicit illam glo. communiter approbari, *Beltrand. consil. 51. num. 3. & consil. 253. nume. 1. li. 1. Menoch. de recuperan. possess. d. remed. 17. nume. 50. Lancellot. de attenta. cap. 4. lim. 1. nu. 7.*

Et prædicta omnia tantò magis procedebant, quia Locumtenens non erat substitutus Prothonotarij, sed erat officium separatũ crea-

7 tum à Rege, & erant æquales in iurisdictione, & dignitate, vt dixit *Affl. in const. statuimus, sub num. 7. & 8. fol. 127. & in cõst. præcipimus, in const. Demanij, nu.* 17. qui dicit, quod Prothonotarius, vel Locumtenens antequam admittat aliquẽ ad officium notariatus per priuilegij expeditionem, debet interrogare si habet literas testimoniales, *& num.* 21. dicit, quod Protho-

8 notarius, vel Locumtenẽs ad quẽ spectat officium examinandi petẽtem se fieri notarium, debeat diligenter inquirere si scit bene scribere, idem dixit *in Rubr. de praest. Iuram. à mag. Iustitia. & sequitur Frec. de offi. Prothon. & Logoth. nu.* 21. & idem probari videbatur per Pandectas *in tit. de Iur. Prothon. & ex cap. Regis Alphon. 256. & cap. 291. Boer. decis. 151. B. ff. de senten. num. 22. Clar. in §. fin. q. 40. nume. 2.* & habet ordinariam iurisdictionem, non delegatam, *l. 2. C. de offic. eius qui vic. alt. l. 1. §. à perfectis, ff. de leg. 3. Maran. de ordin. Iudic. distin. 5. nu. 9. Scac. de Iudic. cau. ciuil. & crim. c. 13. sub num. 1. & 2.*

Pro Specta. Prothonotario dicebatur literas ad eius instãtiam obtentas stare debere, quia habebant causam fundatam *in l. fin. C. de re-*

9 *lat.* vbi relatione pendente nil no-

10 ui, & attentata pendente relatione erant ante omnia reuocanda, *Lancellot. de attenta. relat. pend. cap. 8. in princ.* & ad instar appellationis procedebat *Petr. de Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib. 1. c. 4. fol. mihi* 17.

Nec obstabat dicere, quod relatione pendente possessio continuari possit, nec diceretur atrẽtare ex *c. 1. vt lit. pend.* & alijs relatis, quia prædicta procederent, quando an-

11 tiqua possessio continuaretur nõ innouando, nec etiam alterando, secùs autem quando per continuatioẽ antiqua possessio in aliquo alteratur, aut innouatur, aut ei aliquid de nouo additur vt ex pluri-

 bus

bus tradidit *Burs.in cõs.282.n.10. & Lancellot. de attenta. lit.pend.c. 6.limit.1.num.92.* at per discessum Locumtenentis ad visitandum nõ solum possessio sua antiqua altera retur, & ei aliquid adderetur, sed de nouo acquireretur priuando ipsum Prothonotarium à reali, & vera sua possessione, postquã possessio ipsius Locumtenẽtis visitan
12 di notarios per Regnum erat in casu, quo Prothonotarius visitare noluerat, & permittebat, quod ipse Locumtenẽs visitaret, vel eo absente, vel impedito, & per istam continuationem acquirebatur ipsi Locumtenenti possessio visitandi notarios per Regnum, contradicente & inuito Prothonotario, & visitare prætendente, & sic continuatio possessionis erat attentata, & per consequens reuocanda; & quod huiusmodi erat possessio Locumtenẽtis, videlicet absente, vel impedito Prothonotario, & quando permittebat eum visitare, ostendebatur ex literis potestatis concessis illi Antonino de Marchisio in anno 1582. ex quibus apparebat, quod ipse Antoninus de Marchisio, tunc Locumtenens in officio Prothonotarij discesserat ad visitandum Notarios per Regnũ ob causam, quòd Prothonotarius de Xibecca reperiebatur impeditus, & non potuerat personaliter vacare, & stante commissione ipsius Prothonotarij facta ipsi de Marchisio Locumtenenti, quæ literæ tamquam inducentes obser
13 uantiam erant attendendæ, quæ supplebant omnem defectũ, *Bec. consil.6.numero 16. & 17. & consil.96.numero 14. Decian. resp.46. numero 14. & respon.3.nume.260. volumi.4.* & vnicus actus sufficie-
14 bat ad inducendam huiusmodi obseruantiam, quia non erat inductiua, sed interpretatiua, vt respondet *Paul.de Castr.cons.347. num.4. vol.1. Decian.resp.44.num.28. vol. 4. Bec. cons.101. nu.50.* & omnes aliæ literæ emanatæ, & visitæ factæ per Locumtenentes isto modo intelligebãtur, ex quo non apparebat contrarium, vt dixit *Mascard. conclus.1233.num.16.* & possessor
15 secundum titulum quem habet, possidere præsumitur, *l. quædam mulier, ff. de rei vendic. l.2. C. de pact. Bursa.cons.119.nu.6. Menoch. præsumpt.101.num.10 lib.3.* Item nec obstabat dicere Locumtenentem esse creatum à Rege, & ex hoc haberi vti principalis, ordinaria vti iurisdictione, & in eum trãsire omnia iura imperij; nam intelligeban
16 tur casu, quo principalis fuerit mortuus, absens, vel impeditus, *gloss.in d.l.2.C.de offic.eius qui vicibi (eos qui perceptione principali, seu vestræ sedis amplissimæ tueri locum Rectorum Prouinciarum noscũtur) gl.in ver. Rectorum, dicit (decedentium, vel absentium)* & patebat ex diffinitione ipsius Locumtenẽtis, quam posuit *Bart.in d.l.2.* vbi
17 quærens, quis sit Locumtenens creatus à Rege, respondet esset illum cui superior committit propter impedimentum principalis officialis, quam diffinitionem refert, & sequitur *Cagn.in rub.de offi. eius cui mand. est iurisd. numer.72.*

Cassa.

Cassa.optime in consue. Burg.titu.de Iustitiees Drois, rub.1.num.81.f.19. vbi dicendo, quòd Locumtenētes Balliuorum habent eādem iurisdictionem, quam habent Rectores prouinciarum, dicit, hoc intellige absentibus Balliuis, quia in eius præsentia non possunt ferre sententiam, & *Cassan.* loquitur in Locumtenente creato à Rege, qui ad verificandum eius dictum, quod Locumtenētes Balliuorū habeant eandem iurisdictionem quam habent Rectores Prouinciarum, allegat *tex.in l.2.ff.de offic.eius qui vic.*
18 *ger.qui quidem tex.* loquitur de locumtenente creato à Rege, & dixit *Bar.in l.1.§.ij quibus, nume.3.de lega.3.* & dictum Doct. debet intelligi secundum legem, quam allegat *Bart.in l.non solum, §.si liberationis, nume.7.ff. de liber.lega. cum similibus*. Item & *Boer.* ex aduersò alleg. *in decis.151.* loquitur, quando principalis erat impeditus ob suspicionem, & idē dixit *Menoch. in cons.52.num.69.& 96.* & idem *Affl.in consti.statuimus, in 1.notab.* vbi dicens, quod Locumtenēs Magistri Iustitiarij habet eādem potestatem, qua vtitur ipse Magister Iustitiarius, & idem esse attestandum in Locumtenente Prothonotarij, & quod dicatur Locumtenēs tantum nomine, non effectu, & cō missa causa à Rege Prothonotario, possit expediri per Locumtenentem, tamen subdit quod mortuo, vel absente Prothonotario Locumtenēs gerit officium suum, & sic cæteri Docto. ex aduerso relati; & dicebatur hoc verificari ex consuetudine, nam in Regno præsente Prothonotario, Lo-
19 cumtenens non præstat Iuramentum, non recipit vota, non intrat in Sacro Consilio, nec in creatione officialium, non visitat notarios in loco vbi residet Prothonotarius, nec examinat notarios creādos; Item prædicta confirmari videbantur, ex sententia lata in hoc Tribunali Consistorij, S.R.C. inter olim Prothonotarium Alfonsum Rois, & Locumtenentem de Fontanella in anno 1565. per quam apparebat Prothonotarium fuisse reintegratum in eius pristinam possessionem apponendi in priuilegijs notariorum antiquam illam clausulam, videlicet, *Sicut præcipimus ex relatione Regij Consiliarij Alfonsi Rois*, & apponendi mandatum, videlicet, *Dominus Vicerex mandauit mihi, &c.* & hoc stante præsentia ipsius de Rois Prothonotarij in Curia, quæ quidem sententia erat transacta
20 in rem Iudicatam, & per consequens faciebat ius inter partes, *capit.inter re iudic.Rolan.cons.83.nu. 12.volu.1.D.Ioan.Franc. de Pont. consil.90.numer.4.* Causa diu per nos discussa visum fuit non posse aliquo modo in hoc iudicio tractari de meritis, & sic an competat Ius visitandi, vel non, & an absente vel præsente Protho. prout M.R.C. iudicauit, hoc enim in petitione per partes non erat, sed tantum videndum erat si literæ debebant stare, vel reuocari; & quia possessio in qua petebat manuteneri Locumtenēs, non erat bene fundata,

nia tantum cum laicis;& tunc clerici debent soluere:aut dicta loca pasturæ erant publica, & communia laicis,& clericis, vt erat casus iste per supradicta;& tunc non tenentur soluere.

Sed in contrarium pro Vniuersitate, & eius arrendatario dicebatur, quod venditio, & impositio oneris iuris pascendi erat valida, quia facta cum consilio Vniuersitaris,& licentia Principis pro soluendis functionibus fiscalibus, & subiugationibus,in quibus, vt dictū est,reperiebatur valde oppressa,quo casu poterat maior pars
7 communitatis minori præiudicare,*l.quod maior,ff.ad Municip.l. aliud, §.refertur,ff.de regulis iur.Ias. consil.71.lib.3.Franc. Mar. decis. 489.num.4.lib.1.Surd.consi.65.nu. 3.Vincent.de Franch.decis. 2. num. 1.24.& 25.lib.1.& latius in decis. 197.n.9.& 15.& per totum*,& maximè in casu isto,in quo videbatur cessare difficultas si maior pars minori præiudicat,de qua per *Capic. decis.152. Vincent.de Franc.Surd. & alios præallegatos*, quia consiliū
8 detentum super venditione dicti iuris pascendi repræsentabat totā Ciuitatem, secundum *glo.in Rub. C.quæ sit long.consuetu.Mart.decis. 780.nu.4.Vinc.de Fran.decis.253. numer.8.* qui allegat eandem *gloss. Surd.cons.65.nu.1.& 15.* & in consilio prædicto nemo contradixerat,quia fiebat pro vtilitate communitatis,& ciuium, & Principis authoritate,*l.fi.C. de vendit.rer.ciuil.lib.10.* & in re sua quilibet est moderator,& arbiter, vt rectè notat *Rip.in d.resp.93. aliàs 22.in 1. lib.resp.*ex aduersò adductus,*& optime Vinc. de Fran. decis.197.n.15. & seq.*& in terminis, quòd si communitas habeat loca pasturæ, &
9 clericus velit mittere animalia sua ad ibidem pascēdum,quòd teneatur soluere communitati, determinat *Ias. in l.placet,in 1.lectur.sub n.19.versic.aduerte tamen, & in 2. lectur.n.25.C.de Sacr.sanct. Eccles.* & faciebat maxima æquitas, quia clerici sentirent commodum pascendi, & ceteri homines subirent onera, quod valdè consideradum erat, vt dixit *Surd. d.cons.391.lib. 3.* & post hæc scripta vidi considератum per dominum Regentē *Camil.de Curt.in loco pallegato. Prosp. Petr.in addit.ad Capic.d.decis.152.* idem determinat *Vinc. de Fran. in d.decis.197.nu.9.* si benè aduerta-
10 tur,dum Baro,vti primus ciuis,cōtra dicebat,talem venditionem iuris pascendi factam per Vniuersitatem,quia erat immunis à solutione collectarum,pro quarum solutione faciebat venditio, & fuit cōtra eum iudicatū, licèt ibi in casu suo asserat causam decisam fuisse in fauorem Vniuersitatis, quia erat in possessione vendendi hęc pascua,tamen multa pro hac sententia adducebat, vt *Camill. de Curt. in loco præalleg.& Remig.in tracta. de charitatiuo subsidio,q.61.nu. 59. in 15.tom.tract.par.2.* ad idem adducebatur decis.*Bar. in l.rescripta, §.sciendum.nu.5.ff.de muner.& ho-*
11 *nor.*vbi dat cautelam vt clerici teneantur, videlicet quod per vniuersitates fiat,quod omnia predia,

quæ

quæ sunt in comitatu, sint affecta onere tributorũ pro collectis imponendis, quia tunc clerici tenentur si prędia ad eos perueniãt, quã opinionem *Bar.* esse in vsu, & seruari ait *Bald. consil.* 180. *numero* 1. *lib.* 2. Vnde cum istud herbagiũ tali onere sit affectum, si clerici illud velint, non sunt immunes: Itẽ faciebat doctrina *Affl. in constit. cum per partes Apuliæ, num.* 9. *& remissiuè in prælud. dictarum constit. quæst.* 6. *in fin.* vbi voluit cum *Luc. de Penn. in l.* 2. *C. de Nauib. non excus. lib.* 11. quod dum sit statutum pęnale, vt nullus possit cum animali intrare in territorium alterius,
12 tale statutum extẽditur ad animalia clericorum, & eum refert *Rol. consil.* 3. *num.* 22. *lib.* 2. *Bertaz. cõs.* 87. *num.* 7. *lib.* 1. *in criminal.* prout fuit mandatum in casu isto per literas Tribunalis Regij Patrimonij, quòd Clerici soluant, si velint pascua sumere, & dicebatur non obstare in contrarium supra allegata, quia clerici vti clerici nullum ius habebant super territo-
13 rijs prædictis, quia clerici non veniunt appellatione vniuersitatis, *Fel. in cap. cum te, in* 12. *col. extra de rescript. quem refert Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 13. *§.* 5. *numero* 6. alius enim est clerus, alius populus, *Abb. in d. consil.* 6. *num.* 1. licèt vti ciues habeant vsum iuris pascendi, quod rectè potuerat vniuersitas vendere absque alicuius iniuria, vt dixit *Abb. in d. loco*, & sibi fuerat præiudicatum per consilium detentum nemine dissentiente, & per venditionem factam pro causa necessitatis, & vtilitatis ipsius vniuersitatis, & sic cessabãt dicta per Rip. & alios, hinc dicebat vnus ex dominis, quod priuilegium, si nõ competit
14 clerico, vti clerico, sed cuilibet, tunc clerici non sunt exempti, at allegabat *Iacob. Conna. quæst. iur. q.* 19. *lib.* 2. *sing.* Nec obstabant *cõs. Surd.* 59. *&* 65. 1. *vol.* quia ipse lo
15 quitur in prohibitione iuris pascẽdi facta per decuriones ciuitatis, secus tamen erit in prohibitione facta per totam vniuersitatem vt rectè ipse idem tenuit *in d. consil.* 59. *sub nu.* 24. vers. præterea. Item ipse non loquitur, quando venditio, seu prohibitio iuris pascendi fieret pro necessitate totius vniuersitatis, vt hic pro soluendis collectis, & subiugationibus. Demũ
16 non obstare videbatur doctrina *Abb.* quia faciebat pro vniuersitate, loca enim ista pasturæ, & territoria non erant communia laicorum, & clericorũ, vt in secundo casu distinctionis *Abb.* sed erant cõmunia de vniuersitate, & ita eum intelligi laicorum, & clericorum vti ciuiũ, *Ias. in d. l. placet.* & ex prædictis Consistorium votauit confirmando sententiam Regiæ Monarchiæ die 5. Martij, 1603. quæ sentẽtia fuit annõ sequen. de mense Martij, 1604. in alio iudicio cõfirmata, & impositum perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus admittitur ad retrahendum in contractu emphyteutico si posita*

ea vendatur ius census. Ratio num.3.

Amplia num.4.

2 *Ius congrui non habet locum in emphyteusi.*

5 *Vxor dicitur pars corporis mariti.*

6 *Maritus iurat fidelitatem pro vxore.*

7 *Simulatio contractus ad excludendum vicinum coniecturis probatur.*

Amplia num.8.& 9.

10 *Retractus non competit si vicinus requisitus dixerit nolle emere.*

Amplia in requisitione extraiudiciali, num.11.

Contra num.12.

Amplia num.14.

13 *Iuri de futuro renuntiari non potest.*

ARGVMENTVM.

Retractus an competat in re emphyteutica, & vicinus consentiens alienationi an excludatur à iure retrahendi.

DECISIO L.



IN Vrbe hac fœlicissima Panormi adest consuetudo, siue ma uis declaratio ipsius, vbi disponitur, quòd si prius celebretur contractus emphyteuticus, & postea dominus directus vendit ius suum eidem em-
1 phyteutæ, tunc vicinus admittitur ad retrahendum; super qua latè scripsit eruditus Marius Muta in suis comment.ad dictas consuetud. fol.mihi 237. & est limitatio *ad text. in consuetud.26.* vbi vicinus admittitur ad retrahendum præterquam in contractu emphy-
2 teutico, & dixit *Tiraquel.de retrac. lignag.§.23.gloss.vnica, nume.1.& seq. Bertran.consil.7.incip.non vidi, lib.1.D.Mut.in declar.nu.27.Vincen.de Franc.decis.391.numer.9.*&
3 ratio est, quia tunc potius contrahentes voluerunt vendere, quam emphyteuticare, & hoc fiebat ad excludendum vicinum à retractu, qui ideo excluditur in contractu emphyteutico, quia directum dominium remanet penes concedentem, vt dixit *Vincen.de Franc.d.decis.391.num.4.* quæ conclusio procedit non solum si venditio dire-
4 cti dominij fiat in ipsum emphyteutam, sed etiam in eius vxorem, quia vna, & eadem persona cẽsen-
5 tur, & vxor dicitur pars corporis viri, *cap.admonere.33.q.22. Rolan. consi.1.num.107.& 108. volu.1.* in tantum quòd maritus iurat fideli-
6 tatem, & præstat alia seruitia, & obsequia pro vxore, *Feder.Schenc. in cap.1.sub n.3.de inuest.qua.tit. ac cep.post Iacob.de Ardiz.Prop. et Aluar. Cosmus Nepit. super Consuetu. d.const.tit.2.consue.1.n.5.* & censetur in dubio emisse de bonis mariti, iuxta terminos *l. quintus, ff. de don.int.vir.et vxor.gl.Bar.& Doct. in l.cum oportet, C.de bon. quæ lib. Neuizan.in Silua Nupt.lib.4.numero 20.* vbi alios allegat. Et ita fuit conclusum in Consistorio in causa Dominici de Careni contra Augustinum Ventrici, confirmando sentẽtiam M.R.C.die 11.Martij

tij 1603. in qua causa vltra venditionem directi dominij factã eodem die vxori emphyteutæ, & coram eisdem testibus per concedentem, quod totum simulare, & fictitio modo factum præsumebatur, vt dixit *Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 37. Mascard. conclus. 438. num. 17. & 18.* concurrebant multæ aliæ coniecturæ, quod re vera contractus ipse emphyteuticus fuerat isto modo celebratus ad excludendum illum de Careni vicinum, quæ probatio ex coniecturis sufficiebat in isto casu, ad
7 probandum simulationem cõtractus, ad exclusionem vicini, vt in puncto locutus est *Tiraquel. de retract. lignag. d. §. 1. glo. 14. num. 55. & 56.* quẽ refert, & sequitur *Muta in d. cap. 28. num. 22.* & procedit etiam si leues essent coniecturæ,
8 & præsumptiones, vt dixit *Paul. de Cast. cons. 109. n. 1. li. 2.* imo vna tan
9 tum coniectura, & non multæ, vt voluit *Mascard. d. conclus. 438. nu. 11. & 12.*

Nec obstare videbatur, quod dictum fuerat pro parte conuenti, quod iste de Careni erat exclusus à petitione retractus, quia requisitus ante venditionem factam noluerat emere, imò licentiam dede-
10 rat vendendi, quo casu censetur iuri suo renuntiasse vt dixit *Ias. in l. fi. num. 14. C. de iur. emph. Bal. in c. 1. §. sed & res, & ibidem Affl. nu. 8. vers.* & si ille proximior *per quos fiat inuest. Pistor. q. Iur. li. 2. par. 1. q. 12. Fachin. controuer. iur. li. 7. c. 17.* quod procedit etiam si extraiudi-
11 cialiter fuerit requisitus à venditore, *Affl. de iur. protbo. vers. subsequenter quæro, num. 41. Tiraq. de retract. lignag. §. 1 gl. 9. num. 113. & sequen. & præsertim n. 127. & 130. Magon. decis. Floren. 118.* qui pluries refert fuisse iudicatum, *Gomez super. l. tauri. l. 70. num. 14. Caualc. in reperto. decis. in verb. ius congrui nu. 10.* quia dupliciter respondebatur, primo hoc non probari nisi per vnicum testem; & vox vnius, vox nullius, *l. vbi numerus, de testib.* & licet aliqui dicant se noluisse emere, tamẽ non dixit se nolle retrahere casu quo res venditur; Secundo respondebatur, quòd etsi realiter dixisset se nolle retra-
12 here, adhuc non excluditur à retrahendo, quia non sufficit verbalis, & extraiudicialis requisitio ad tollendum ius congrui, sed necesse esset præcessisse pactum expressum, quia simplex refutatio, & renuntiatio, siue consensus non trahitur ad futuras emptiones, *Archid. in c. si clericus, de præb. in 6. l. commissoriæ, C. de pact. inter emp. & vend.* & in terminis voluerunt *Cassa. super Consue. Bur. rub. 10. de retr. §. 10. in tex. an præiudicet ad fi. idem Tiraq. de retr. consang. §. 1. gl. 9. nu. 145. Carpa. super stat. Mediol. ca. 4. 17. nu. 416. vbi allegat Ferra. super Consuet. Burdegal. §. 14. Ruin. cons. 70. nu. 9. 10. & 11. vol. 1. Cannet. in c. volentes, vers. Quid. n. si Princeps, nu. 8. 11. 18. & seq. f. 200.* qui largissimè examinat hanc cõclusionem, *Glos. Paris. in §. 14. gl. 1. in ver. de seigneur feud. n. 8. & 9. Io. Lup. in rep. rub. de donat. int. vir. & vxor. f. 27. col. 3. Corb. de iur. emph. tit. de caus.*

L 2 prius.

prima. limit. 5. f. mihi 143. & ratio est apud eos, quia iuri de futuro
13 renuntiari non potest, *ad tex. in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. Affl. in d. const. sancimus. Neapod. in consuetud. si quis emit, nume.* 12. & 13.

Et tantò magis, quando tempore renuntiationis illud ius renuntians non haberet neque in spe, neque in habitu, prout erat in casu
14 isto ante factam venditionem, vt in proprijs terminis loquuti sunt *Ruin. & Cannet.* & alij ex prędictis Doct. & hæc opinio visa fuit verior in puncto iuris, licet prima habeat aliquam æquitatem, vt considerat *Facbin. in loco citato*.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria opponi non potest post sententiam.*
Fallit in muliere excipiente de beneficio Velleiani, num. 2.
3 *Renuntiari an possit beneficio Velleiani.*
Et quid stante iuramento, num. 4.

ARGVMENTVM.

Exceptio peremptoriæ an opponi possit post sententiam, & quid in muliere.

DECISIO LI.

1 Xceptio peremptoria licèt opponi non possit post sentẽtiam, ad *tex. in l. peremptorias, C. sent. resci. nõ poss. post multos scrip. sit Caualca. decis.* 10. *nu.* 19. tamen
1. fallit prædicta regula in mulie-
2 re excipiente in exequutione sententiæ de beneficio Senatusconsulti Velleiani, puta quia intercesserat pro viro, vt dixit *tex. apertus. in l. tamen si, ff. ad Senat. consul. Macedon.* vbi habetur, quod condemnati si non opposuerant tale beneficium, possunt vti Senatusconsulti exceptione exemplo mulieris intercedentis, per quem text. apparet posse mulierem post sententiã non solum agere principaliter, verum in exequutione excipere, vt in indiuiduo probat *gloss. super d. textu* in verbo *vtentur contra exequutionem, & gloss. in l.* 1. *C. de iur. & fac. ignor. in verb. vti*, idem probant *Salic. in l. cedenti, §. ad solum, num.* 4. *ff. eod. Alberic. in d. l. tamen in princip.* & in fine ait procedere fauore mulierum, *Castr. & Bald. ibidem, & Duar. in tit. ad Senat. consul. Velleia. fol. mihi* 193. *Bald. in d. l. peremptorias, num.* 5. qui omnes ponunt pro fallentia ad regulam, quod ista exceptio licèt sit de peremptorijs, tamen opponitur post sententiam in exequutione sententiæ, & prædicta limitatio non pro cedit, quando huiusmodi benefi-
3 cio fuisset renuntiatum cum iuramento, vt dixerunt *Docto. omnes in l. fi. C. ad Velleia. Couarruu. in cap. quamuis, de pact. lib.* 6. *§.* 3. *numero* 5. *par.* 2. & esse communem omnium sententiam refert *Thesau. decis.* 222. *numero* 10. & iuramen-
4 tum in renuntiatione appositum operatur certiorationem: nam licèt

licèt regulariter mulieri ignoranti vires ipsius beneficij renuntiatio non noceat, *per text. in l. fin. ff. ad Velleia. & est gloss. in auth. quomod. opor. episcop. §. sancimus*, *Bal. in l. mater decedens, de inoffic. testam. Signorol. cons.* 181. *Bologn. cons.* 45. tamen si in ipsa renuntiatione interuenit iuramentum, renuntiatio valet, & tenet; quia ex iuramenti prærogatiua præsumitur necessaria certioratio, *Bar. & Rom. in l. sciendum, ff. de verbor. obligat. vbi Alexan. & Ias. Abb. in cap. cum causam, num.* 11. *de emptio. & venditio. Ang. Aret. in §. item si in iudicio, instit. de excep. Corsett. in rub. de iureiur. in* 13. *priuileg. de communi Gabri. in commu. opin. in tit. de iureiur. conclus.* 3. & multis exornat conclusionem *Seraph. de priuileg. iura. priuil.* 63. *& priuileg.* 118. quos cumulaui in alleg. factis per me hic Panormi in causa Don Marij Ioppulo contra D. Costantiam de Ioanne, quæ pendebat in Sacro Consilio Neapolitano, & secundũ prædicta iudicauit Consistorium die 27. Augusti 1603. pro Donna Vittoria de Homodeis Tutrice suorum filiorum contra Sigismundã Virzera confirmando sententiã M.R.C. quod non audiatur in hac exceptione stante renuntiatione cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instantanea prodest ad manutenendum.*

2 *Vnicus actus sufficit ad manutenendum in possessorio.*

Maximè in iuribus incorporalibus. num. 3.

4 *Possessor lite pendente manutenẽdus est. & num.* 5. *&* 6.

Intellige, num. 11.

7 *Locumtenens Prothonotarij non est substitutus, sed ei æqualis.*

8 *Locumtenens Prothonotarij ordinariam habet iurisdictionem, & creatur à Rege.*

Intellige num. 16.

9 *Relatione pendente nil noui.*

10 *Attentata pendente relatione reuocantur.*

12 *Locumtenens Prothonotarij, quando possit visitare notarios.*

13 *Obseruantia ex quibus inducatur.*

Et sufficit vnicus actus, nu. 14.

15 *Possessor secundum titulum quem habet, possidere præsumitur.*

17 *Locumtenens quis sit.*

18 *Tex. in l.* 2. *ff. de offic. eius, declaratur.*

19 *Locumtenens Prothonotarij eo præsente non præstat iuramentum.*

20 *Sententia facit ius inter partes.*

ARGVMENTVM.

Locumtenens Prothonotarij in Regno, an possit visitare notarios, & quando.

DECISIO LII.



LOcumtenens Prothonotarij dum vellet accedere per Regnũ ad effectum visitandi

di notarios, fuit ad instantiam ipsius Prothonotarij impeditus, ex quo prætendebat ius ipsum visitãdi aliquo modo ei competere nõ posse; & ex parte locum tenentis, petẽtis manuteneri in possessione visitandi, fuit obtenta prouisio, quod M.R.C. referret auditis partibus, & facta iniunctione Prothonotario ad dicendum, & allegandum aduersus relationem fiẽdam ea pendente Locumtenens discessit, & visitauit quosdam notarios, & ob id fuerũt exoratæ literæ per ipsam M.R.C. quòd rediret, & abstineret se à visita, & hoc stante pẽdentia dictæ relationis, quæ literę fuerunt per Locumtenentem consultatę, petendo eius reuocationẽ, & per M.R.C. fuit decisum, quod stent, declarando competere ius visitandi dicto Locumtenenti, ita quod Prothonotarius præferatur in prædicta visita, & deinde succesſiuè vnus post alium, & vnus, post completam visitationem alterius, visitare possit, à quà interloquutoria cum ex parte Locumtenentis fuisset petita reuisio in Consistorio dicebatur, quòd literæ prędictæ reuocari debebant, quia priuabant eum actuali possessione visitandi notarios in qua stabat, contra id quod dicunt *Doctio. & pract. sè Bal. in l.2. & l.fi.C.de edict. Diui Adria.tollen. vbi Curt.num.324.& 372. Neuiza.consil.80. Rimin. Iun. consil.585.nu.36. Peregrin.de fideicom.art.48. sub nume.38. fol.443.*

1 vbi volunt, quod instantanea possessio prodest, vt interim quis non turbetur, & ad manutenendum in possessione in isto iudicio possessorio sufficiebat vnicus actus, maxi-

2 mè, quando erat vltimus, vt dixit *Vincent.de Anna alleg.131 numer. 1.* & in iuribus incorporalibus sufficit vnicus actus ad acquirendũ, & retinẽdum possessionem, *Innoc. in cap.cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & proprie. vbi Rip.nume.13. & 94. Bar. in l.1.§.hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. Roma.consi. 311. Peregrin.de fideicomm.art.46. nu.19. prout dicunt Doct.in iurisdictione, Soc.conf.187.num.19.lib.2. Brun. consil.34. in fin. Gramm. post alios in consil.ciuil.100. in princip. Abb.consil.54.lib.1. Dec.conf.117. & consil.124. in princip. Alba.consil.34.num.2.* quia stante posſessio

3 ne in iuribus incorporalibus admissa legitima contradictione e-

4 tiam lite pendente, vel de futuro, interim ille est tuendus in possessione, vel quasi, qui possidet, & ille debet vti iure quo antea vtebatur, & sufficiebat ostendere, quod de præterito possidebat, *Innocent. in cap.2. vt lit. penden. Capic. decis. 189. numero 5. & 6. & decis. 209. nume.12. Bald.conf.446.lib.3. Barbat.consi.25.colum.1.lib.4. Couarr. pract.quæst. cap.17. in fin. Gramm. consil.ciuil.54.* & omnia reseruantur in iudicio possessorio plenario, & ordinario, *Bald. in l.quidam existimauerunt, col.2. ff. si cert. pet. & in l.si seruos, C. quòd cum eo. Pau. de Castr. in l. Aquilius regulus, ff. de donat. & consil.3.lib.2. Dec. in cap. cum teneamur, in 4.notab. de appellat. Soc.conf.32.lib.1. Neuiz.consil. 80. & consil.81. Ceph. conf.19. Benintend.*

nintend. decis. 63. numero 7.

5 Et relatione pendente potest quis suam possessionem continuare, & attentare non dicitur, *ad tex. in cap. 1. vt lit. penden. glo. in c. non solum, de appellat. in 6. Capic. decis.* 72. qui dixit, quod tẽtato iudicio retinendæ, potest quis continuare suam possessionem, *Paris. cons. 39. lib. 1 & cons. 41. numer. 38. eod. lib. Menoch. de recuper. possess. remed. 17. nu. 49. Bero. cons. 87. num. 5. lib. 1. Lancel. de attenta. cap. 4. limitat. 1. nu. 2. & seq. & declarat. 4. eod. ca. & lim. 26.* per totũ. *Vincen. de Anna d. allega. 31.* vbi dixit, quod lite pendente impeditur de nouo acquisitio, non tamen prohibetur vsus acquisitæ. Item prædictę literę

6 videbantur attentatæ vti impediẽtes possessionem continuare, *gloss. in d. c. non solum. Paris. cons. vlt. nu. 14. lib. 4.* vbi dicit illam glo. communiter approbari, *Beltrand. consil. 51. num. 3. & consil. 253. nume. 1. li. 1. Menoch. de recuperan. possess. d. remed. 17. nume. 50. Lancellot. de attenta. cap. 4. lim. 1. nu. 7.*

Et prædicta omnia tantò magis procedebant, quia Locumtenens non erat substitutus Prothonotarij, sed erat officium separatũ crea-

7 tum à Rege, & erant æquales in iurisdictione, & dignitate, vt dixit *Affl. in const. statuimus, sub num. 7. & 8. fol. 127. & in cõst. præcipimus, in const. Demanij, nu. 17.* qui dicit, quod Prothonotarius, vel Locumtenens antequam admittat aliquẽ ad officium notariatus per priuilegij expeditionem, debet interrogare si habet literas testimoniales, *& num. 21.* dicit, quod Protho-

8 notarius, vel Locumtenẽs ad quẽ spectat officium examinandi petẽtem se fieri notarium, debeat diligenter inquirere si scit bene scribere, idem dixit *in Rubr. de præst. Iuram. à mag. Iustitia. & sequitur Frec. de offic. Prothon. & Logoth. nu. 21.* & idem probari videbatur per Pandectas *in tit. de Iur. Prothon. & ex cap. Regis Alphon. 256. & cap. 291. Boer. decis. 151. Boss. de senten. num. 22. Clar. in §. fin. q. 40. nume. 2.* & habet ordinariam iurisdictionem, non delegatam, *l. 2. C. de offic. eius qui vic. alt. l. 1. §. à perfectis, ff. de leg. 3. Maran. de ordin. Iudic. distin. 5. nu. 9. Scac. de Iudic. cau. ciuil. & crim. c. 13. sub num. 1. & 2.*

Pro Specta. Prothonotario dicebatur literas ad eius instãtiam obtentas stare debere, quia habebant causam fundatam *in l. fin. C. de re-*

9 *lat.* vbi relatione pendente nil no-

10 ui, & attentata pendente relatione erant ante omnia reuocanda, *Lancellot. de attenta. relat. pend. cap. 8. in princ.* & ad instar appellationis procedebat *Petr. de Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib. 1. c. 4. fol. mihi 17.*

Nec obstabat dicere, quod relatione pendente possessio continuari possit, nec diceretur atrẽtare ex *c. 1. vt lit. pend.* & alijs relatis, quia prædicta procederent, quando an-

11 tiqua possessio continuaretur nõ innouando, nec etiam alterando, secùs autem quando per continuationẽ antiqua possessio in aliquo alteratur, aut innouatur, aut ei aliquid de nouo additur vt ex pluri-

bus tradidit *Burs.in cōs.282.n.10. & Lancellot. de attenta. lit.pend.c. 6.limit.1.num.92.* at per discessum Locumtenentis ad visitandum nō solum possessio sua antiqua altera retur, & ei aliquid adderetur, sed de nouo acquireretur priuando ipsum Prothonotarium à reali, & vera sua possessione, postquā possessio ipsius Locumtenētis visitan
12 di notarios per Regnum erat in casu, quo Prothonotarius visitare noluerat, & permittebat, quod ipse Locumtenēs visitaret, vel eo absente, vel impedito, & per istam continuationem acquirebatur ipsi Locumtenenti possessio visitandi notarios per Regnum, contradicente & inuito Prothonotario, & visitare prætendente, & sic continuatio possessionis erat attentata, & per consequens reuocanda; & quod huiusmodi erat possessio Locumtenētis, videlicet absente, vel impedito Prothonotario, & quando permittebat eum visitare, ostendebatur ex literis potestatis concessis illi Antonino de Marchisio in anno 1582. ex quibus apparebat, quod ipse Antoninus de Marchisio, tunc Locumtenens in officio Prothonotarij discesserat ad visitandum Notarios per Regnū ob causam, quòd Prothonotarius de Xibecca reperiebatur impeditus, & non potuerat personaliter vacare, & stante commissione ipsius Prothonotarij facta ipsi de Marchisio Locumtenenti, quæ literæ tamquam inducentes obser
13 uantiam erant attendendæ, quæ supplebant omnem defectū, *Bec. consil.6.numero 16. & 17. & consil.96.numero 14. Decian. resp.46. numero 14. & respon.3.nume.260. volumi.4.* & vnicus actus sufficie-
14 bat ad inducendam huiusmodi obseruantiam, quia non erat inductiua, sed interpretatiua, vt respondet *Paul.de Castr.cons.347.num.4. vol.1.Decian.resp.44.numi.28.vol. 4. Bec.conf.101.nu.50.* & omnes aliæ literæ emanatæ, & visitæ factæ per Locumtenentes isto modo intelligebātur, ex quo non apparebat contrarium, vt dixit *Mascard. conclus.1233.num.16.* & possessor
15 secundum titulum quem habet, possidere præsumitur, *l. quædam mulier.ff.de rei vendic.l.2.C.de pact. Bursa.cons.119.nu.6. Menoch.præsumpt.101.num.10.lib.3.* Item nec obstabat dicere Locumtenentem esse creatum à Rege, & ex hoc haberi vti principalis, ordinaria vti iurisdictione, & in eum trāsire omnia iura imperij; nam intelligeban
16 tur casu, quo principalis fuerit mortuus, absens, vel impeditus, *gloss.in d.l.2.C.de offic.eius qui vici ibi (eos qui perceptione principali, seu vestræ sedis amplissimæ tueri locum Rectorum Prouinciarum noscuntur) gl.in ver. Rectorum, dicit (decedentium, vel absentium)* & patebat ex diffinitione ipsius Locumtenētis, quam posuit *Bart.in d.l.2.* vbi
17 quærens, quis sit Locumtenens creatus à Rege, respondet esset illum cui superior committit propter impedimentum principalis officialis, quam diffinitionem refert, & sequitur *Cagn.in rub.de officio eius cui mand. est iurisd. numer.72.*

Cassa.

*Cassa.optime in consue. Burg.titu.de Iustities Drois, rub.*1*.num.*81*.f.*19. vbi dicendo, quòd Locumtenētes Balliuorum habent eādem iurisdi ctionem, quam habent Rectores prouinciarum, dicit, hoc intellige absentibus Balliuis, quia in eius præsentia non possunt ferre sententiam, & *Cassan.*loquitur in Locumtenente creato à Rege, qui ad verificandum eius dictum, quod Locumtenētes Balliuorū habeant eandem iurisdictionem quam habent Rectores Prouinciarum, allegat *tex.in l.*2*.ff.de offic.eius qui vic.*
18 *ger.qui quidem tex.*loquitur de locumtenente creato à Rege, & dixit *Bar.in l.*1*.§.ij quibus, nume.*3*.de lega.*3.& dictum Doct.debet intelligi secundum legem, quam allegat *Bart.in l.non solum, §.si liberationis, nume.*7*.ff. de liber.lega. cum similibus*. Item & *Boer.*ex aduersò alleg.*in decis.*151.loquitur, quando principalis erat impeditus ob suspicionem, & idē dixit *Menoch. in cons.*52*.num.*69*.&* 96.& idem *Affl.in consti.statuimus, in* 1*.notab.* vbi dicens, quod Locumtenēs Magistri Iustitiarij habet eādem potestatem, qua vtitur ipse Magister Iustitiarius, & idem esse attestandum in Locumtenente Prothonotarij, & quod dicatur Locumtenēs tantum nomine, non effectu, & cō missa causa à Rege Prothonotario, possit expediri per Locumtenentem, tamen subdit quod mortuo, vel absente Prothonotario Locumtenēs gerit officium suum, & sic cæteri Docto. ex aduerso relati; & dicebatur hoc verificari ex consuetudine, nam in Regno præsente Prothonotario, Lo-
19 cumtenens non præstat Iuramentum, non recipit vota, non intrat in Sacro Consilio, nec in creatione officialium, non visitat notarios in loco vbi resider Prothonotarius, nec examinat notarios creādos; Item prædicta confirmari videbantur, ex sententia lata in hoc Tribunali Consistorij, S.R.C. inter olim Prothonotarium Alfonsum Rois, & Locumtenentem de Fontanella in anno 1565. per quam apparebat Prothonotarium fuisse reintegratum in eius pristinam possessionem apponendi in priuilegijs notariorum antiquam illam clausulam, videlicet, *Sicut præcipimus ex relatione Regij Consiliarij Alfonsi Rois*, & apponendi mandatum, videlicet, *Dominus Vicerex mandauit mihi, &c.* & hoc stante præsentia ipsius de Rois Prothonotarij in Curia, quæ quidem sententia erat transacta
20 in rem Iudicatam, & per consequens faciebat ius inter partes, *capit.inter re iudic.Rolan.cons.*83*.nu.* 12*.volu.*1*.D.Ioan. Franc. de Pont. consil.*90*.numer.*4. Causa diu per nos discussa visum fuit non posse aliquo modo in hoc iudicio tractari de meritis, & sic an competat Ius visitandi, vel non, & an absente vel præsente Protho. prout M.R.C. iudicauit; hoc enim in petitione per partes non erat, sed tantum videndum erat si literæ debebant stare, vel reuocari; & quia possessio in qua petebat manuteneri Locumtenēs, non erat bene fundata,

data, neque antiqua ex illis literis directis illius de Marchisio, nec noua ex ista visitatione in qua ad præsens reperiebatur, quia videbatur attentata stante relatione fienda; propterea iudicauimus literas stare debere, reseruando iura vtrique parti quo ad ius visitandi, die 9. Augusti 1603.

SVMMARIVM.

1 *Creditor succedēs debitori extinguit actionem.*

Limita si est grauatus restituere, numero 2.

Amplia etiam non confecto inuentario, num. 4

3 *Dos detrahitur ex bonis fideicommisso subiectis.*

5 *Hæres grauatus non cogitur bona relaxare ante deductionem æris alieni.*

6 *Hypothecæ, & iura hæredis grauati restituere non extinguuntur.*

ARGVMENTVM.

Creditor succedens debitori, & grauatus restituere an extinguat actionem.

DECISIO LIII.

1 REgula est vulgata in iure, quod vbi creditor succedit debitori, vel e contra, per huiusmo di successionem extinguitur, & confunditur debitum, ex quo actio, & passio non possunt manere in eodem subiecto, ita dixit *text. in l. debitori, C. de pact. & in l. Stichum, §. adhibitio, ff. de solut.* est verū, quod prædicta regula non procedit, quā-
2 do creditor est grauatus restituere, quia potest deducere creditum suum de bonis fideicommisso subiectis, ad *tex. in l. cum hæreditas, l. cum hæreditas ex fideicommiss. l. ita tamen, §. Trebell. ff. de condictio. indeb. l. 2. §. cum quis, ff. de hæred. vel actio. vend. Castr. in consi. 564. col. 1. & 2. in antiquis*, vbi dicit,
3 quod dos detrahenda venit de fideicommisso, quoniam in eo non veniunt bona grauati, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil.* idē tenuerunt *Rom. in cons. 276. in 2. dub. Milan. decis. 13. num. 8. lib. 1. Neguf. de pigno. 1. memb. 5. par. nu. 51. Dec. Bar. & Cur. in d. l. debitori, Ias. in l. frater à fratre, num. 4. ff. de cond. indeb. Fulgos. cons. 81. de communi testatur Rol. consil. 65. nu. 13. Soc. sen. consi. 44. in 3. vol. Crauett. cons. 316. num. 4. Natt. cons. 256. num. 6. 7. & 9. Capr. consil. 63. col. 2. in 2. dubio, Gigans in tract. de pensio. q. 49. in fin. Mant. de coniectu. vlt. volun. lib. 7. tit. 8. num. 11. Bertazo. cons. 107. num. 65. in ciuil. Peregr. de fideicommis. artic. 31. nu. 1.* post alios quos ipse allegat, quæ conclusio procedit etiam non con
4 fecto inuentario, secūdum *Rolan. Milan. & alios supra relatos*, & deductio fieri poterit iure exceptionis per retentionem rerum, adeo
5 quod non cogitur hæres grauatus bona relaxare ante detractionem æris alieni sibi debiti, *Peregrin. vbi*
6 *supra*, & hypothecæ, & obligatio nes

nes quæsitæ hæredi grauato, siue sit debitor, siue creditor hæreditatis, non dissoluuntur, *d. l. debitor. vbi Bart. Alex. & Castr. ff. ad Trebell. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. nu. 70. Roland. d. consil. 65. num. 15. Milan. d. decis. 13. nu. 9.* & hęc conclusio procedit in dote, & alio quocumque ęre alieno, *Bertaz. d. cons. 107.* & secundum prædicta iudicauimus in Consistorio die 22. Martij 1603. pro Antonella Gaffore contra V.I.D. Ioseph, & Petrum Triolo.

SVMMARIVM.

1 *Adulto inuito datur curator ad litem, & quæ sit practica, num. 3.*
2 *Sententia lata contra minores indefensos est nulla.*
4 *Minor per procuratorem potest in iudicio comparere, & quomodo intelligatur, num. 7.*
5 *Processus factus cum minore habente procuratorem valet.*
6 *Legitimatio personæ requiritur in iudicio.*
8 *Minor litigans per procuratorem nõ habet restitutionem in integrum.*

ARGVMENTVM.

Minor habẽs procuratorem generalem, an possit cogi ad eligendum curatorem ad lites.

DECISIO LIIII.

1 IN iure clarissimum est, quod inuito adulto debet dari curator ad litẽ, per text. *in §. 1. instit. de curat. vbi glos.* dicit, quod tunc cogitur, & Doct. dant rationem, quia si da-
2 retur sententia contra minores indefensos, esset nulla ipso iure, ideò coguntur recipere curatorem ad litem, cum non habeant legitimã personam standi in iudicio, & vt iudicium sortiatur effectum, est *text. in l. admone C. qui pet. tut. vel curat. Afflict. notab. in sua decisi. 256. incip.* Mater vidua, vbi ponit
3 practicam ex illo tex. quæ hodie seruatur, *Vanti. de nullita. ex defect. mand. num. 32.*

Et ex his dicebant V.I.D. Marins, & Elisabetta Testai, quod habebant regulam pro ipsis, & intentionem fundatam petendo, quod iniunctio ad eligendum curatorẽ facta Petro Mastiani minori adulto deberet procedere, & oppositiones contra ipsam præsentatæ reijci.

At ex aduerso dictũ fuit, quod iste de Mastiani conuentus procuratorem constituerat ad litigandum cum clausulis solitis, ac iuramento, vnde benè poterat, & legitimè in iudicio comparere per
4 ipsum procuratorem, & sic videbatur cessare remedium prædictũ curatoris ad litem, per doctrinam *Bar. in l. minor. ff. de procurat. Guid. Pap. decis. 35. & decis. 494. & cõs. 13. vbi ait ita fuisse iudicatum per Cappel. Tholos. decis. 16. 45. & 49. Beltrand. cons. 307. Neuiz. cons. 17. num. 40. Maran. par. 4. distinct. 14. num. 47.* & ita in contingentia facti iudicatum fuisse refert *Boe. decis. 92.* quẽ refert, & sequitur *Vant.* in

in præallegato loco, *num.* 35. & hac opinionem esse communem testatur *Curt. Iun. in auth. sacramenta puberum*, *num.* 148. *C. si aduers. vendit.* & plures de communi refert, & sequitur *Ioann. Gutier. in d. authent. sacramenta puberum*, *sub nume.* 127. alios infinitos Doctores adducunt. Imò processus factus
5 cum tali procuratore valet, tamquam si fieret cum maiore, vt latissimè vltra allegatos determinat *Anton. Gabr. de minor. conclus.* 5. *nu.* 17. *Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.* 83. *num.* 40. *& latius priuileg.* 133. *num.* 3. *Didac. Perez lib.* 3. *commen. ordi. l.* 4. *tit.* 8. *vers. hinc gl. Vincent. de Franch. decis.* 448. post alios quos refert. Ex quibus videbatur concludendum, quod cum persona semel sit legitimata per procuratorem, ex quo quilibet te-
6 netur in iudicio legitimare personam suam, iuxta tradita per *Doct. in rubr. C. qui admitti*: quòd non possit cogi iterum personam legitimare per procuratorem ad litem.

His non obstantibus contrariũ iudicauimus die 17. Martij 1599. ea ratione, quia præalleg. Docto.
7 loquuntur, quando admissus fuit minor, & procurator ab aduersario eius patientia, & non reclamãte; secus parte inuita, & quando eum non vult admittere, licet paratum se offerat iurare iudicium per iuramentum confirmare, tunc enim non est admittendus inuito aduersario, quia nulla lege hoc cauetur, & ita limitant, & intelligũt prædicti Doct. qui tenent communem opinionem, *Iacob. de Rayn. & Guglielm. de Cuneo*, *prout refert Bal. nota. in consil.* 309. *incip.* Quæritur vtrum adulta, & melius *consil. seq.* 310. *lib.* 2. vbi quod si aduersarius non vult eum admittere, non est admittẽdus, & dicit quòd valet post factum, quod ante factum posset impediri, idem voluit *Cyn. in d. auth. sacramenta puberũ*, *& Salyc. num.* 15. *in fin. vbi latius Hubertus de Benencho num.* 12. Et quidem fatuus esset ille cum debeat facere iudicium, vt ponat in dubio an sit validum, vel nullum.

Accedebat in casu isto, quod cũ hoc sit vtile, & non noceat pupillo, quia potest nominare eundem procuratorem, posset etiam alium nominare, & se defendere, tam cũ curatore ad litem, quam cum procuratore, & sic magis plenè potest se defendere, vt considerant Doct.
8 Tum quia litigando per procuratorem non habet restitutionem in integrum, secus si cum curatore ad litem, *Barto. l. minorib.* 25. *ann. ff. de minorib.* vbi ait, quod aduocati minorum debent esse cauti, ne ij litigent per procuratorem cũ iuramento constitutum, quia tunc etiam læsis non dabitur restitutio in integrum, *Cappell. Tholos. decis.* 206. *Gramm. cons.* 61. *num.* 6. vbi alios citat, & dicit hoc esse in iure expeditum, *Boer. d. decis.* 92. *nu.* 4. *Guttier. num.* 128. & alij omnes, *Natt. consil.* 197. *num.* 3. & hanc esse communem, & receptissimam opinionem refert post alios *Becc. consil.* 59. *sub num.* 3. *Cæsar. Barz. decis.* 107. *num.* 6. *licet Vincent. de Franc.*

Franc.in d. decis. 448. post alios quos allegat dicat articulum hũc fuisse determinatum pro minore, & idem dixit *Vrsil. ad Affl. decis.* 114. & ideò pro nunc nil firmo, quia non facit pro decisione causæ, & tunc curator ad litem dari debet ex iusta causa, quando est necessarium, vel vtile pupillo, prout est in casu isto necessarium actoribus, vt iudicium valeat, ac vtile pupillo per supradicta, *Aret. in l. qui testator, ff. de test. Natt. ad Alex. cons.* 132. *lib.* 1. Posset etiã sua die dici tale iuramentum fuisse extortum à minore, vi, metu, vel dolo, & hoc probare præsertim, quia iste de Mastiani minor post primũ diem quo compleuit annum quartumdecimum fecit procuratorem sine causæ cognitione, & sine decreto Iudicis, licet cum præsentia, quia illud non dicitur decretum, sed assensus, & Iudex debet curare vt acta valeant, *§. curare. inst. de actio. cum simil.* maximè, quod non interuenit expensa aliqua pupilli, ad quam euitandam posset fieri aliqua consideratio.

Ab hac interloquutoria cũ fuerit appellatum ad M.R.C. die 12. Maij eiusdem anni fuit confirmata, & ita exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta primus per consensum directi domini præstitum secundo liberatur à solutione canonum, ratio num.* 2.

4 *Censuarius censetur obligatus ratione possessionis.*
Limita num. 4.

5 *Clausula apposita in actu recognitionis (non liberando primum emphyteutam) quid operetur, & num.* 7.

6 *Clausula (& non aliter nec alio modo) quid operetur.*

7 *Protestatio contraria facto, & naturæ contractus non valet, num.* 8.

9 *Dominus tenetur cõsentire quotiescunque emphyteuta alienat in personam licitam.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuta primus an per cõsensum directi domini præstitum secundo emphyteutæ, sit liberatus à solutione canonũ.

DECISIO LV.

1 PRimus emphyteuta per consensum directi domini præstitũ secundo emphyteutę est liberatus à solutione canonũ, vt dixit *text. in l. fin. §. necessitatem, C. de iur. emphyt.* quem allegat *Specul. in tit. de iur. emphyt. num.* 192. *Ias. in l.* 2. *num.* 150. 152. & 154. *C. eod. tit. Soc. sen. cons.* 256. *vol.* 2. *latè Corbol. in tract. de iur. emphy. tit. de caus. priuat. ob non solut. cano. vers. sexto quæro, fol. mihi* 295. & *melius ampliat.* 20. *num.* 3. *fol.* 215. *addo alium text. in l. fin. C. si sine censu, vel alio iur. pręd. venda.* vbi si vendatur prædiũ, debet emptor onera cẽsualia soluere, q̃ sunt super

2 super prædio; Et ratio huius deci-
sionis est, quia non ipse possidet,
sed secundus, vt benè tradunt *Spe
cul. in loco præallegato, Foller. in tra
cta. de censib. in cap. incip.* Vt vides
disertissime lector *nu.8. vers.* nun-
quid censuarius, vbi ait, quod cen
suarius etiã si esset ex proprio con
tractu, & ex speciali recognitione,
vel receptione fundi ad censum
obligatus, non tenetur si nõ possi-
3 det fundũ debentem censum, quia
ea obligatio intelligitur donec, &
quandiu possidet, quod procedit
etiam si possessor non soluat, nisi
censuarius fuerit in culpa in dam-
num domini directi ordinata, &
similiter ita in terminis probat
Eucrar. in consil. 175. propè finem,
vbi ait, quod licèt emphyteuta sit
personaliter obligatus, tamen si
nõ percipit ipse fructus, sed alter,
non tenetur soluere censum, eo
quia sua obligatio est respectu rei
emphyteuticæ, & fructuum perci-
4 piendorum, semper quod non ad-
est dolus, vel culpa emphyteutæ,
quæ videtur cessare, quando est fa
cta cum consensu domini, vt benè
*Ias. qui declarat dictum Bal. in l. præ-
dia, nu.5. C. de fideicom. in d.l.2. nu.
152. & 153. C. de iure emphyt. &
Pet. Iacob. in forma libelli pro emphy
teotic. in quæstione dominus dedit,
ver. item credo. & vers. item cum do
minus. Couarr. variar. resolut. lib.3.
cap.7. nu.6. vsque ad nu.7. vers.* hinc
etiam deducitur. *Guid. Pap. decis.
42. Cassan. in Consuetud. Burg. rubr.
11. §.6. nu.2. & rubr.9. vers. tamen
vbi refert ista verba*, quod quando
pro pensione, seu redditu est assi-
gnata siue obligata certa res, vt
communiter fit, creat ius in re, &
adhæret rei, adeò quod sequitur
rem, & fundi possessorẽ, quod est
æquum, & iuri consonum, *per l.
Imperatores, ff. publ. Corbol. in loco
præalleg. limit. 24. nu.1. & 2. f.269.*
Sed ex alio petebant Rectores,
& deputati Ecclesiæ Diuæ Mariæ
Annunciationis contra V.I.D. Io-
annem Antonium Lucianum pri-
mum emphyteutam debere con-
demnari, eo quia in secunda reco-
5 gnitione aderat clausula, & reser-
uatio (non liberando primũ em-
phyteutam) quæ protestatio cùm
præcedat actum sequentem, decla
rat à contractu consensum abesse,
quando quicquam in contrarium
protestationis operetur, *Mascard.
concl.* 153. *nu.*11. vbi latè, & impe-
dit quemcunq; consensum in con
trarium operantem post protesta-
tionem, ad *tex. in §. qui in aliena, &
§. vltimo, ff. de acquir. hæred. & in l.
si mihi, & tibi, §. vltimo, ff. de leg.* 1.
Maximè quando sunt adiecta illa
6 verba, (& non aliter, nec alio mo-
do) vt in præsenti casu, quæ faciũt,
vt nihil sit actum in contrarium
protestationis, nisi sub illa forma,
& allegabatur *Ias. in l. fin. nu.*142.
in fine, C. de iure Emphyt.
Sed in contrariũ, ex parte istius
de Luciano dicebatur, quòd talis
7 protestatio non valet, nec fieri po
test in præiudicium primi emphy-
teutæ, cum sit contraria facto, &
naturæ contractus, & continet ini
quitatem, quia non habet rem, &
tenetur soluere pensionẽ, nisi con-
8 sentiret, & pacisceretur, quo casu
pactum

pactum valeret, sed cum protestatio sit solus consensus domini, & non primi emphyteutæ, nõ valet, ad tradita per *Alber. in d. l. 2. de iur. Emphyt. in fi.* & quia, quòd ille primus remaneat obligatus, non dependet à sola volũtate domini, sed à volũtate primi emphyteutæ, l. 2. *& toto tit. de actio. & oblig.* tali casu illa protestatio non valet. *Mascar. conclus. 44. num. 10. cum seq.*

Item faciebat quod cum dominus teneatur consentire quotiescumque emphyteuta transfert in
9 personam licitam, iuxta *text. Glo. & Doct. in d. l. fin. de iur. emphyt. in ver. necessitatem, maximè Ias. nu. 32. Pascet. cons. 53. nu. 2.* & commmuniter alij; sequitur, quòd si tenetur consentire, & inducere secundum emphyteutam, non potest facere, quin primus remaneat obligatus, quia lex ipso iure illũ liberat per superius allegata, & protestatio non valet, tanquam facta in actu necessario, quem tenetur facere, & in actis necessarijs protestatio non iuuat protestãtem, vt latè tradit *Mascar. conclus. 434. nu. 21. cũ seq. vsque ad finem, & conclus. 252. nu. 7. & per totam.* Et secundum prædicta ego ex commissione Excellentiæ suæ iudicaui liberando primum emphyteutã die 18. Martij, 1599. reseruando iura domino directo cõtra secundum, & ita alias fuit decisum per M. R. C. pro Petro Hernandes contra Vincentium Ramires die 21. Iulij, 7. Ind. 1593. & confirmata per Consistorium die 4. Februarij, 1594. & alias in Reg. Cur. Pręt. pro Petro Garsia contra Ioseph. de Mazara die 15. Februarij 9. Ind. 1596.

SVMMARIVM.

1 *Clausula Iuris Francorum excludit fœminas existentibus masculis in eodem gradu.*

2 *Feudatarius non potest excludere fœminas successibiles in feudo, vocando masculos. amplia etiam cum consensu Regis, num. 3.*

4 *Feudum antiquum dicitur si per multos annos fuerit per antecessores possessum. amplia stante clausula (& de nouo concedimus) numero 5. & 6.*

7 *Feudatarius non potest disponere, & mutare formam in feudo antiquo, et quid in feudo mixto, n. 16.*

8 *Baro non potest restringendo formam postergare gradum in feudo mixto, contra num. 26. & 27.*

9 *Proximior admittitur ad reuendicandum feudum alienatum.*

10 *Secundogenitus non potest agere ad feudum non probata morte primogeniti.*

11 *Feudum alienari potest pro causa legitima, & num. 12.*

13 *Successor in feudo non potest reuocare feudum legitimè alienatum.*

14 *Hæres habens tantumdem in bonis non potest reuocare feudum alienatũ, contra nu. 34. 35. 36. & 37.*

15 *Feudum mixtum quale dicatur in Regno.*

17 *Feudum ante acquisitam formam dicitur in forma larga; amplia numero 18.*

19 *Feudum nouum dicitur respectu quali-*

qualitatis additæ, contra nu.22. 23. & 24.

10 Primus acquisitor formæ potest mutare formam, & num.21.

25 Vasallus potest disponere de feudo hæreditario antiquo.

28 Masculinitas in feudo obseruata, debet in futurum obseruari.

29 Mortuus quis præsumitur post centum annos.

30 Ius tertij non potest opponi in feudalibus.

31 Agnatus non admittitur ad reuocandum feudum post annum, & num.32.

33 Feudum an sit legitimè alienatum si pretium in parte fuerit conuersum in causam non legitimam.

ARGVMENTVM.

Primus acquisitor formæ feudi an possit mutare formam, & quid in feudo mixto.

DECISIO LVI.

DON Vincentius Caluello tamquam masculus, & vocatus ad successionem feudorum Meliæ, & Arinellæ, exclusis penitus fœminis ex fideicommisso facto per quondam Simonem Caluello seniorem, direxit se in M. R. C. decontra Franciſchettam Ferrerio possedritricem super reuocatione dictorum feudorum alienatorum per Simonem Caluelli iuniorem, cui tanquam agnato competebat actio *ad text. in cap. 1. de alie. feu. pater. cap. 1. an agnat. & in cap. Titius, si de feud. fuer. cõtrouer.* & obtinuit sententiam in sui fauorem; & transmisso processu via recognoscendi ad Supremum Consilium Suæ Catholicæ Maiestatis, vnà cum votis, & iustificationibus fuit confirmata; Deuoluta causa ad Consistorium via appellationis ad instantiam ipsius de Ferrerio dicebatur ex forma feudorum supradictorum non vocari dictum Don Vincentium, quia aderãt descendentes ex filiabus Ioannis de Caluello, quæ debebant admitti vti filiæ dicti Ioannis, ad exclusionem Hieronymi patris dicti Don Vincentij, cùm feudum Meliæ sit cum clausula iuris Francorũ quæ in Regno non excludit fœminas intuitu masculorum remotiorum, & feudum Arinellæ in forma mixta, quæ etiam fœminas non excludit, nisi in casu, quòd in eodẽ gradu esset prærogatiua sexus, vt di-
1 xit *Andr. in cap. 1. num. 2. de eo qui sibi & hæred. suis. Bald. consil. 275. lib. 2. Tiraq. de primogen. quæst. 10. num. 25.* & maximè in Regno stante Constit. vt de successionibus, & in aliquibus. *Pern. consf. 19. num. 9. vers. sed constitutio. Milan. decis. 1. nu. 55. & nu. 64. cum pluribus sequ. lib. 1. D. Petr. de Gregor. in tracta. de concessio. feud. par. 4. quæst. 4. sub nu. 20. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 5. & nu. 14. Peregrin. de fideicom. art. 27. nu. 14. Ceph. consil. 664. nu. 29. lib. 5. Burgos. de Pax in Proem. legum Tauri, num. 118. cum seq. Auendan. in l. 40. Tauri gloss. 9. nu. 15. & 16. Rodoric. Aluerad. de coniect. ment. defect. lib. 2. cap. 3. §. 4.* per

per totum, & consequenter reddebatur nulla dispositio facta in testamento per Simeonem excludendo fœminas, quę deficiente mascu
2 lo eiusdem gradus successibiles erant, vt consuluit *Brun. consil.* 11. *num.* 1. vbi ex multis probat, quod si feudum erat transitorium ad fœminas nō potuit ita alterari, quod soli masculi admittantur, & idem dixerunt *Neuiz. consil.* 10. *num.* 2. *Natt. consil.* 322. *num.* 3. *&* 4. latè prosequitur *Surd. cons.* 105. *nu.* 26. *lib.* 1. & post alios *Morof. cons.* 30. *num.* 14. & procedit etiam si cum consensu Regis facta fuerit
3 talis restrictio, *Petr. de Gregor. in d. tract. de concess. feud. par.* 3. *quæst.* 5. *& q.* 6. *limi.* 5. *post Bal. cons.* 82. *lib.* 1. *& Pern. in* 4. *notabi. col.* 12. vers. consentiente, quos ipse allegat.

Nec obstabat, quod ille Simon dici poterat primus acquisitor ex priuilegio, & noua forma obtenta per d. cap. Regis Alphonsi, & consequenter valida fuerit eius dispositio restringendi formam feudi, vt infra latè demonstrabitur, quia dictum fuit, quod feuda prædicta ipse nō acquisiuerat, nec primo loco de eis fuerat inuestitus, sed longo tempore possessa fuerāt per familiam de Caluellis, & ideò feuda antiqua dicebantur *ad text.*
4 *in cap.* 1. *§.* 1. ibi (*onus probandi incumbit*) *de grad. succe. in feud. vbi Bal. dicit esse mirabilem, & tex. in cap.* 1. *vbi Aluar. si de feud. fuer. controuer. Dec. cons.* 269. *num.* 8. *& cōs.* 445. *num.* 5. post multos sequitur *Tiraq. de retract. lignag. §.* 32. *glo. vnica num.* 91. *Roland. cons.* 55. *nu.* 10. *& consil.* 57. *num.* 18. *lib.* 3. *& cons.* 48. *nu.* 19. *&* 21. *vol.* 3. *Cepha. cons.* 361. *num.* 5. *Becc. cons.* 88. *nu.* 2. *Riminald. cons.* 9. *num.* 84. *Bursat. cons.* 63. *nu.* 1. *Decian. resp.* 83. *nu.* 5. *lib.* 4. vbi de communi testatur; & prædicta procedere videbantur,
5 etiam si in confirmatione dicatur, (quod de nouo conceditur) *Tho. de Marin. de gener. & qualit. feud. rub. de feud. ex pact. & prouid. num.* 70. *D. meus Petr. de Gregor. de concessio. feud. par.* 5. *q.* 2. *vers.* 2. *infero. Gabr. de feud. conclus.* 1. *nu.* 6. *Crauett. de antiq. tempor. par.* 5. *nu.* 21. præsertim quando ex mente Prin-
6 cipis non compræhenditur confirmationem facere velle iure feudi noui, secundum *Petr. de Gregor. vbi supra.*

Prædicta omnia tantò fortius confirmari videbantur in feudo Arinellæ, quod erat antiquum, ex concessione facta per Regem illi Ioanni de Caluello seniori in forma mixta, pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, de qua concessione apparebat priuilegium in tantum, quòd super eo substineri non po-
7 terat prædicta dispositio Simonis excludens fœminas, vt supra latè deductum est, & voluerunt *Bald. in consil.* 215. *lib.* 2. *Curt. de feud. par.* 2. *q.* 7. *& in consil.* 1. *Dec. consil.* 139. *Pern. consil.* 6. *& est glo. notab. in const. vt de successio-*
8 *nibus*. Et licèt Baro possidens feudū in forma mixta, possit primogenitū postergare, nihilominus ista postergatio intelligi debet respe-

ctu ætatis, non autem ratione gradus, vt notanter limitat *Blasc. Lancea in cap. Volentes, in 7. limi. Aloy. de Septimo in eod. cap. verf. sed pulchra est dubitatio. Petr. de Greg. in d. tract. de concess. feud. par. 6. q. 15. nu. 5. & 6.*

Præterea dicebatur pro istis conuentis Don Vincentium actorem non probasse extremum mortis Ioannis primogeniti, Antonij secundogeniti, Caroli tertiogeniti, & Marij quartogeniti filiorum prædicti Simonis senioris acquisitoris prædictorum priuilegiorum, nec etiam mortem filiarum prædicti Ioannis, videlicet Apolloniæ, Pinæ, & Vincentiæ, ad hoc, vt iure optimo actor iste vti de linea Hieronymi filij quintogeniti Simonis senioris potuisset in
9 feudis prædictis succedere, existentibus de medio masculis, & fœminis maioribus natu & proximioribus in gradu, *cap. si aliquem, & ibi scribentes omnes. cap. 1. de grad. success. in feud. vbi Andr. & omnes feudist. e, & præsertim Affl. num. 11.* vbi dixit, quòd secundogenitus non potest agere nisi pro-
10 bata morte primogeniti, & eius descendentium, quia vnà semel, quòd successit primogenitus, se inclusit, & omnes alios secundogenitos perpetuò exclusit, & non potest fieri transitus ad alias lineas, nisi linea primogeniti deficiente, & sic successiuè aliorum primo loco vocatorum, vt notat *Bald. in l. cum antiquioribus, nu. 11. C. de iur. deliber. & in conf. 145. nu. 4. volum. 5. Paul. de Castr. conf. 164. num. 4. & 5. lib. 2. & infinitos adducit Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. sub num. 29. cum seq. Menoc. conf. 442. num. 10. Vegg. conf. 74. à nu. 10. vsque ad finem, verf. sed præmissis non obstantibus, Surd. consil. 362. num. 6. & conf. 403. num. 16. lib. 3. Peregri. conf. 26. nu. 24. Osasc. decis. 108. nu. 17. & conf. 8. nu. 69. cum seq. Viui. commun. opinio. 318. Caualc. de tut. & cura. nu. 331. Turret. conf. 67. num. 20. lib. 1. Riminal. iun. conf. 64. num. 6. lib. 1. Monald. consi. 43. num. 9. Aemilia. consi. 18. num. 1. Pancirol. conf. 117. num. 18.* & multi alij, quos prædicti Doct. cumulant.

Accedebat prædictis, quod alie-
11 natio prædictorum feudorum facta fuerat pro causa legitima ex causa dotium de paragio secundum *And. cap. 1. §. quid ergo, de contro. inuest. & in consti. in aliquibus. Cannet. in cap. volentes, verb. colligitur, fol. mihi 31. & 32. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 2. quæst. 10. Cumi. in cap. si aliquem, in ver. Antiquis, num. 478. & in verb. onere, sub num. 2.* Imò caput Baroniæ po-
12 test alienari, *Prouinz. in addit. ad Bertach. in verb. Dos.* Et tantò magis, quod ille Simon senior vinculans disposuerat posse successorem de bonis disponere pro dote filiæ, & propterea non poterat successor ea reuocare, etiam soluen-
13 do pretium, *Peregrin. artic. 42. nu. 23. Padill. in auth. res quæ, nu. 47. C. comm. de leg. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 13. cum seq. Gabr. consil. 111. lib. 2. Cannet. in d. cap. volentes, verf. colligitur, fol. 31. & di-*

& dixi supra in decis.8. num.16. & maximè, quia actor ipse erat hæres alienãtis per intermedias per-
14 sonas, & habebat tantundem in bonis, vt dicunt *Doctores omnes in in l.fin.§.in computatione, C. de iur. delib.l.cum à matre. C.de rei vendicat.l.ex qua persona, ff. de regul.iur. cum similibus allegatis per Pinell.de bon.mater.l.1.par.3.nu.79. Molin. de primogen. Hispan.lib.4.cap.1.nu. 16.cum sequen.*

Sed ex aduerso dicebatur actorem intentionem habere fundatam tam in feudo Meliæ in quo expressè ipse tamquam masculus exclusis fœminis erat vocatus ex testamento illius Simonis senioris, & ex priuilegio obtento in anno 1453. in quo fuerunt vocati omnes descendentes ex dicto Simone, cum clausula iuris Francorum, *ad text. in l. peto, §. fratre, & l.cum pater, §.libertis, & ibi Doctores omnes, ff. de legat.2. & tex. in c. 1.§.Titius, si de feud.defunct. milit.* quàm in feudo Arinellæ propter
15 formam mixtam, scilicet (pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus) ex communi opinione in Regno recepta, de qua per *Cannet. in cap. volentes, versic.sed quid si fuerit additum, numero 39. cum sequen. fol. mihi 49. Milanens. decis.7. numero 3. lib.1. Bongiorn. in causa Golisani*, vbi ait de hoc in Regno amplius non disputari, & per quam reddebatur nulla alienatio dicti feudi fa-
16 cta per Simonem iuniorem in extraneas personas, & non comprehensas in inuestitura, in præiudicium actoris expressè vocati per priuilegium dicti feudi, vt determinat in feudo mixto *Pern. consil. 4. quasi per totum, & consil. 7. & consil.22. inter consil. feudal. diuersor.* quem sequuti sunt *Doctores omnes, vt testatur Cannet. in præallegato loco. Petr. de Gregor. proauus meus inter Doctores Siculos suæ tempestatis facile Princeps, in dicto tractatu de concess. feudi d. quæstio. 10. in versic. stante igitur, & post eum Milan. post alios in dicta decis.7. numero 12.* secundum quam in Regno fuit iudicatum in feudo Tonnariæ Sancti Nicolai pro Illust. Duce Misilmerij cõtra Dominam Catherinam de Andræa Baronissam Prizi.

Nec obstabant ex aduersò deducta, & in primis non potuisse dictum Simonem seniorem dicta duo feuda fideicommisso subiicere, vocando descendentes masculos, cum per antea obtinuisset dictum priuilegium feudi Meliç pro se, & hæredibus, cum clausula iuris Francorum, per quam fœminæ non excludebantur, quia dicebatur feudum prædictum Meliæ penès antecessores Simonis fuisse informe, cum appareat de primæua forma obtenta per dictum Simonem seniorem in anno prædicto 1453. & consequenter ante acqui-
17 sitionem dicti priuilegij, & formæ fuisse in forma larga, vt tradiderunt multi Doctor. quos refert *D.Octauia. Bambac.ad tit.si de feud. defunct.mili.quæstio.14. num.100. D.Camil.de Curt.in prima parte Diuers. num.129. fol. mihi 75. Ioan.*

Aloys. de Septim. qui dicit hanc esse cōmunem opinionem in causa Tonnariæ Capipassaris, *Blasc. Lanc. in causa feudi Gruttar. & in repet. cap. volentes*, & hanc opinionem esse veriorem, communem, & ab ea, nec in iudicadno, nec consulendo esse recedendum, dixit *Cannet. in dicto cap. volentes, versic. & pariformiter, num.* 21. *fol. mihi* 72. *Petr. de Gregor. de Concess. feud. par.* 8. *quæstio.* 16. *& par.* 6. *quæst.* 1. *nu.* 25. & ratio est secundum eos, quia videtur quis stipulari, vel acquirere, seu præscribere pro se, & suis hæredibus, hocque procedere in Regno etiam ante cap. volentes dixit *Pern. in d. consf.* 7. *&* 8. *Petr. de Gregor. in d. quæst.* 16. *nu.* 7. *& par.* 3. *quæst.* 3. *num.* 9. vbi ait, quod feudum informe censendum sit in forma larga, maximè stante cap. Volentes, & propterea ex acquisitione nouæ formæ in personam ipsius Simonis Vinculantis feudum fuisse nouum, quia primus accepit inuestituram, etsi ab eo suisque antecessorib. absque aliqua forma dictum feudum fuerit possessum, *Pau. de Cast. cōs.* 461. *in antiquis, Cepol. consil.* 31. *num.* 4. *Roland. cons.* 60. *nu.* 4. *lib.* 1. *Osasc. decis.* 23. *nu.* 21. & tātò magis quando in priuilegio, seu prima inuesti
18 tura adsunt illa verba (de nouo concedimus) prout erat in casu isto, secundum *Osas. in prædicta decis.* 23. *num.* 21. *Petr. de Greg. de concess. feud. par.* 5. *q.* 2. *nu.* 2. *&* 4. Item quia ipse obtinuerat formam nouam, vt dixit *Andr. in cap.* 1. *de vasal. decrep. ætati. Oldrad. consil.* 178. *Thom. de Marin. de feu. tit. de feud. ex pact. & prouid. num.* 3. *Bal. cons.* 249. *lib.* 2. *Bellon. cons.* 33. *nu.* 9. *Ias. cons.* 24. *lib.* 3. *Barbat. cons.* 66. *lib.* 4. *Becc. cons.* 56. *nu.* 20. *Curt. de feud. par.* 1. *nu.* 31. *Iacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb.* & cū pacto, quod inuesti. *Affl. decis.* 112. *Gozadi. cons.* 47. *nu.* 17. *Arct. cons.* 3. *Duen. reg.* 323. *limit.* 2. *optimè Grat. cons.* 4. *lib.* 1. *Soc. iun. cons.* 92. *nu.* 5. *lib.* 4. *Rot. Roman. decis.* 16. *&* 17. *apud Verald. Alex. Raud. de Analog. cap.* 34. *num.* 56. *& cons.* 1. *nu.* 147. *lib.* 1. *Surd. consil.* 351. *num.* 21. *& cons.* 440. *nu.* 41. *&* 42. *lib.* 3. *Bursat. cons.* 219. *nu.* 4. *lib.* 2. *Decian. respon.* 23. *num.* 35. *lib.* 1. dum dixit maiori ratione, quādo noua qualitas siue noua conditio concernat successionem, prout erat in casu isto, in tantum, quod videtur feudum in manibus Regis inuestientis refutatum, & deinde per Regem ipsum refutantem inuestiri, vt dixit *Affl. in d. decis.* 112. *& post multos voluit Osasc. in d. decisio.* 23. *nu.* 24. *cum seq. Gram. cons.* 76. *nu.* 6. *Pet. de Gregor. de concess. feud. par.* 3. *quæst.* 7. *num.* 10. *Decian. & Surd. in locis relatis.*

Nec obstabat, quòd respectu no
19 uæ qualitatis feudum erat censendum nouum, & in cæteris remaneat antiquum, & ob id ius quæsitum descendentibus per illam restrictionem non poterat per patrem inuitis primogenitis auferri, vt post alios considerauit *Cannet. in d. cap. volentes. versic. At retenta opinione diu obseruata, nu.* 3. *cum seq. fol. mihi* 83. *& in vers.* Sed ista opinio

opinio vtriusque. *Blasc. nu. 3. & seq. fol. mihi 116. Affl. de iur. prothom. §. 2. nu. 1. Rebuff. in trac. de nominat. q. 9. princi. num. 33. Ceph. cõs. 173. nu. 9. & 10. lib. 1. Osas. d. decis. 23. num. 24. Rol. cons. 60. num. 35. lib. 1. Ias. cons. 136. num. 18. lib. 4.* nam dictum fuit, quod acquisitor formæ, & non rei dicitur primus acquisitor, & penes eum feudum est nouum, & vti primus acquisi-
20 tor formæ potuerat disponere vti de feudo nouo, maximè formam restringendo, vt consuluit *Grat. d. cons. 4. lib. 1. Osas. d. decis. 23. nu. 22.* qui testatur hanc esse communem opinionem, *Alexan. Raud. de Analog. cap. 34. num. 56. & 58. vers.* ex qua conclusione sequũtur duo corollaria. *Menoch. cons. 104. numero 37. & 56. & consil. 160. numero 13. Ceph. consil. 3. numero 1. cum seq. lib. 1. Surd. d. consil. 351. num. 21. & 23.* versic. hoc autem stante, quod feudum esset nouum, infertur, quòd Comes, &c. & in specie, quod habens feudum informe, & recipiat formam iuxta
21 cap. 456. Regis Alphonsi sit primus acquisitor, & potuerit de eo disponere, tamquam de feudo nouo, consuluit *Ioan. Ansalon. in causa Nasrisiæ, Blasc. de San. Angel. & Blas. Lance. in causa feudi Barchimi, idem Lancea in cap. volentes, in 4. quæst.* vbi ait de hoc vidisse plura consilia patrum nostrorum in Regno, *Cannet.* sibi contrarius in causa Militelli prò Don Blasco Barresio. *Bongiorn. in apostil. d. capit. 456. Regis Alphonsi, & in addit. ad Blasc. Lancea in prædicta quæst. 4. & voluerunt Ioann. Thom. de Marin. de feud. d. tit. de feud. ex pact. & prouid. nu. 42. Ceph. d. cons. 3. nu. 1. cum seq. & præsertim num. 9. in fin.* & secundum hanc conclusionem fuit iudicatum in anno 1508. In fauorem Antonij de Caluellis filij secũdogeniti Simonis vinculantis contra filias fœminas Ioannis de Caluellis filij primogeniti.

22 Nec obstabat authoritas *Cãnet.* quia in contrarium erat communis sententia supra relata; Item
23 conclusio *Cannet.* posset procedere, vbi feudum haberet formam expressam, & acquisitor solum acquisiuit nouas qualitates, vt intelligunt *Rol. Affl. & alij allegati post Cannet.* secus in casu isto in quo feudum Meliæ formam non habebat ex supra deductis.

24 Rursus *Cannet. ipse in ead. repet. dicti cap. Volentes.* vers. sed quid si fuerit, *fol. mihi* 82. fuit in opinione, quod primus acquisitor in præiudicium vocatorum nõ possit formam mutare, vel alterare, & nihilominus talis sententia ab omnibus in Regno est reprobata, nimirum si ipse *Cannet.* tenuerit, quod primus acquisitor formæ non possit de feudo tãquam nouo disponere, cum antea in fortiori casu contrarium determinauerit.

Præterea *Cannet.* fatetur, quod remanet antiquum feudum, & ta-
25 mẽ de feudo hæreditario antiquo potest vasallus disponere, & testari, sicut de feudo nouo, vt dixit *Frecc. de subfeud. lib. 2. ver. superest, num. 3. fol. mihi 161. & post alios*

Surd. consil. 384. *num.* 91. *lib.* 3. præsertim in hoc Regno propter cap. Volentes, quod permittit omnem alienationem, & feudorum dispositionem forma non repugnante, vt dixerunt omnes scribentes ibi.

Insuper non obstabat, quod feudum Arinellæ erat in forma mixta, & in eo nõ poterat fieri postergatio exclusis fœminis; quia dicebatur, quod vtique Simon senior potuerat de dicto feudo disponere in comprehensos in inuestitura postergãdo etiam primogenitum,
26 & eligendo quarto, vel quintogenitum, *Ioan. Aloys. de Sept. in repet. d. cap. volentes, in* 1. *effectu, in* 2. *forma, vers. sed pulchra dubitatio est. Blasc. Lance. ibid. in vers. septimo limita, & in finalibus verbis, & ibi Bongior. notat in addit. ad eum, Montalt. ibid. vers.* ad materiam, vbi ait quod mater de feudo inter filios potest disponere, quomodolibet data quacumque forma concessionis, nisi expresse dictum sit, quod viuatur iure Francorum, *Ferd. Bongior. in causa Comitatus Golisani. Gualter. de Paternio. in repet. d. cap. Volentes; vers.* Item est dictum supra; idem *Blas. & Hieron. Fimia in causa feudi Gaspa. Pern. in cons.* 4. *num.* 8. *cum seq. Petr. de Gregor. de concess. feud. par.* 4. *quæst.* 1. *num.* 21. *latè Milan. decis.* 8. *à num.* 99.
27 *vsque ad num.* 111. & in feudo mixto posse constitui primogeniturã dixit ex pluribus *Menoch. consil.* 104. *num.* 8. *& cons.* 156. *num.* 65. *& cons.* 161. *num.* 5. *lib.* 2. vbi adducit rationem ad inducẽdum, quod cæteri filij non possunt conqueri, quæ est, quod dum sunt exclusi, non sunt hæredes, & si non sunt hæredes, non possunt succedere, quia tale feudum cum hac qualitate transit; at in casu isto Simon senior non postergauit primogenitum, neque gradum, sed primogenitos masculos ordine successiuo vocauerat, quod quidem fuerat valde fauorabile, ex dictis per *Crauett. consil.* 256. *num.* 3. *lib.* 2. & ratio supradictæ conclusionis est secundum Doct. præallegatos, quod cum in Regno ex cap. volentes, feuda sint indiuidua, & alienabilia, & sint vocati omnes descendentes, nec forma restringat, quod detur plus vni, quàm alteri, aut primogenito plusquàm secundo genito, permissum est feudatario de eo disponere ad eius libitum voluntatis, non postergando tamen gradum, nempè prædiligendo nepotem, excludendo filium, vt dixerunt Doct. prealleg. Et prædicta confirmari videbantur, quia in ista familia de Caluel-
28 lis semper masculi tantum successerunt exclusis feminis, quę obseruantia operatur, vt ita in futurum seruari debuerit, vt ex multis tradit *Tir. de pri. q.* 16. *nu.* 3. *And. in cap.* 1. *§. præterea ducatus, nu.* 37. *de probib. feu. alien. per Feder. Petr. de Gregor. de concess. feud. par.* 3. *q.* 10. *num.* 7. *Loffred. cons.* 11. *nu.* 22. *& cons.* 14. *nu.* 24. vers. quinimo, & ista obseruantia ortum habuerat contradicentibus feminis ex transactione facta inter Ioannem, & Antonium, vt infra dicam.

Secun-

Secundo principaliter non obstabat, quod in processu non constabat de morte cæterorum filiorum dicti Simonis senioris, videlicet Ioãnis, Antonij, Caroli, & Marij, quia dicebatur, quod tempore confectionis testamenti præfati Simonis senioris, in quo prædicti quatuor filij fuerant per eum hæredes instituti, erant maioris ætatis, & ab illo tempore vsque ad præsens erant decursa annorum curricula vltra centum, vnde præ-
29 sumendum erat eos esse mortuos, *l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. post infinitos Gabriel. de præsumpt. conclus.* 16. & mortuos sine filijs, & contradicenti incumbebat onus probandi, *l. ea facto, §. si quis autem susceperit. vbi Bart. ff. ad Trebellian. idem Bart. in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dubi. Alexan. consil. 20. num. 12. & cons. 39. num. 2. vol. 1.* quæ opinio est communis secundum *Dec. cons. 652. num. 7. Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 40. Mol. de prim. Hispan. lib. 3. cap. 9. in fine. Decian. resp. 24. num. 85. lib. 1.* Quò vero ad filias fœminas Ioannis primogeniti dictum fuit obstare fideicommissum cum earum exclusione in testamento d. quondam Simonis, vt latè supra discussum fuit, & consequenter non fore necessarium illarum mortis probationem; Item dicere, quod adsunt filiæ fœminæ Ioannis, ad quarum primogenitam spectat successio dictorum feudorum, est allegare ius
30 tertij, quod in feudalibus prohibitum est, *And. in cap. 1. num. 3. de Cap. Corrad. & in c. 1. §. illud quoque præcipimus, num. 66. de prohib. feud. alie. per Fed. & in constit. si dubitatio, colum. 2. Pern. consil. 21. Iacob. Chirc. in causa fluminis Dionysij, in 2. dubio, & Ioan. Aloys. de Septim. in feudo Nasissiæ, cons. 18. in fin. lib. 4. Hipp. Rimin. cons. 477. nu. 64. lib. 4.* & licèt dictum fuerit, quod opponi possit de iure tertij, quando esset exclusiuũ iuris agentis, *Bart. in l. 2. ff. de excep. rei iudi.* tñ replicabatur, quod istud ius tertij non erat exclusiuũ iuris agentis; non enim constabat in processu, quod dictæ mulieres voluerãt admitti ad successionẽ prædictorum feudorũ, qđ omninò probandũ esset, cum potuissẽt dicere, nolumus succedere in feudis pđictis, quod in dubio ꝑsumitur, vt dixit *Gerard. Mazzol. in consil. 87. num. 36. Gozad. consil. 4. num. 18.* & prædicta tantò fortiùs militabant in hac causa, cum ab eo tempore, quo ob mortem Ioannis, patris prædictorum mulierum, successerunt Antonius frater, & Franciscus eius filius, & postea Guglielmus frater Francisci, & cæteri, sicque in præsentiarum sunt elapsi plusquam nonaginta anni, vnde tacitè videbantur noluisse succedere, vt notabiliter dixit *Grat. consil. 4. num. 74. libro 1.* & ob lapsum tanti temporis etiam ignorantes censentur exclusi, secundum communem, relatam per *Brun. consil. 67. num. 8.* imò nedum ob lapsum tanti temporis sibi præiudicauerunt consen-
31 tiendo successioni Simonis, & eius patris, verum etiam ob lapsum anni, *ad tex. in cap. Titius, in fine,*

ne, si de feud. fuer. controuers. vbi Bald.dicit illum text. esse menti tenendum ad hoc, quod agnatus proximior, qui habet potestatem reuocandi feudum ab agnato remotiori, quod perdit ius suum, nisi illud infra annum prosequatur; & tradit *Alua.& Laudens.ibi*, & hanc esse communem opinionem dixit *Gram.decis.103. nu.36. & Molin.de prim.Hispan.lib.4.c.1. num.15.cum sequent.* communem quoque dixit *Clar. de feud. quæst. 42. vers.* scias autem & post multos *D.Octa. Bambacar. in tit. si de feud. defunct. quæst.4. num.7. cum seq.fol.mihi* 186. & consequenter cum tale ius nō fuerit exclusiuum penitus iuris agentis, nedum non poterat opponi à conuenta, vt dixit notab. *Gozad.consil.4.num.20.* Verum etiam nec in iudicium deduci poterat ab ipsis mulieribus in eorum fauorem. Rursus dictum fuit, quod Antonius frater Ioannis in transactione facta inter eos, in qua Ioannes post eius mortem refutauit feuda prædicta, Antonio, & filijs suis masculis promiserat soluere dotes de paragio dictis filiabus fœminis in tot redditibus, vt constabat in transactione, quas succedente Antonio receperant, vnde resultat tacita ra-
32 tificatio ipsius transactionis, & refutationis, ad *text.in l.Paulus, ff. rem rat.habe. latè Menoch.de recuperan. possess. remed.15. num.123. Dec.in l.semper, de reg. iur. vbi Cagnol.num.20.Bursat.consil.240.nu. 20.lib.2.* & sic ius quod forsan habere potuissent in successione prędictorum feudorum amiserunt, & consequenter cessabat exceptio iuris tertij.

Præterea non obstabat alienationem prędictorum feudorum factam fuisse pro causa legitima; nàm quicquid sit in rebus fideicommisso subiectis, de quibus per *Crot.in repet.l.filiusfamilias,§.diui, nu.156.ff.de leg.2.Gabr.consil.118. lib.1.præsertim num.6.& 7.* tamen in feudis clarissimum est, quòd si totum pretium non apparet con
33 uersum in alienatione feudi in causam legitimam, quod alienatio annullatur, & rescinditur, quia in Regno feuda sunt indiuidua, & non potest eius venditio substineri pro parte, & pro parte non, vt dixerunt *Alexan.Rauden.decis.29. num.197. & decis.30. num.219. Ioan.Aloys.de Septim.in causa Burgij.Cannet.in cap. volentes, versic.* Colligitur etiam ex ista lege, *num. 13.& sequen.fol.mihi 32.Osasc.decis.171.* & post alios *Ioseph. Ludou. conclus.* 14. tamen quia constabat in processu dotes prædictas de paragio partim non deberi, & partim fuisse solutas, ideò non oportuit discutere prædictum articulum ex quo non pauca dicere necessariū esset pro eius decisione. Et ad ea quæ vltimo loco dicta fuerunt, quod actor erat hęres alienantis, seu verius consenserat alienationi, & habebat tantumdem in bonis, dictum fuit, quòd erat hæres cum beneficio legis & inuentarij, & agebat ad rei vendicationem feudorum in forma mixta tamquam vocatus nō ex dispositione

sitione sui patris, sed maiorũ suorum, vt supra dictum est in princ. quo fit, vt minimè teneatur approbare factum sui patris, cuius est
34 hæres, sed illud impugnare poterat, & reuocare alienationem factam, *Paris.cons.2.num.32.cons.3. num.18. & consil.76. num.43. volum.1.Crauet.cons.256.Dec.consil.208. & alijs quos refert Pinel. in d. l.1.par. 3. num.93.* allegans hanc esse magis communem opinionẽ, & communem quoque dixit *Clar. in §.feudum, q.42.* vers. successiuè quæro. Item dicebatur, quod hæreditas d. Don Hieronymi cuius erat hæres Don Vincentius, erat
35 exhausta, vt in processu constabat, vnde hæres non debebat damnum pati, nec tenebatur habere ratum factum defuncti, ita *Doct. in d.l.fin.Andr.Alua. & alij in cap.1. an agnat.cum alijs relatis per Gabr. cons.125.num.9.*

Immò in istis feudis habentibus dignitatem annexam, & anti-
36 quis, licet filius hæres habeat tantundem in bonis, & teneatur de euictione, non tamen tenetur præcisè habere ratum factum defuncti; poterit enim feuda ipsa reuendicare, & possessor aget de euictione contra bona hæreditaria, ita *Alber.optime in d.l.fin.§.in computatione, C.de iur.delib.* quam decisionem refert, & dicit menti tenendam *Greg.Lopez in l.24.tit.13. par.5.in verb.entonces, & Pinel. de bon.matern.d.l.1.par.3.nu.80.vers. ex quo sequitur. Gabr. d.consil.125. num.12.Landrech.consi.130.Peregrin. de fideicommiss.artic.33. Ioan. Aloys.de Septimo in d.cap.Volentes, in 3.forma. Cannet. ibid.in versic.* occurrit quæstio non otiosa, & in Regno ita passim fuit sæpissimè iudicatum vt alibi dicam, quamuis *Molin. vbi supra nu.29.* dicat non esse admittendam; & tantò fortius prædicta procedebant in ca-
37 su isto in quo D.Hieronymus, cuius hæres erat Dominus actor, per intermedias personas consentiit tantum alienationi factæ per Simeonem iuniorem, & non se obligauerat de euictione, & consequenter talis consensus non nocebat actori quin potuisset agere, & reuocare alienationem factam, vt nõtanter limitat *Pinel. vbi supra, num.83.vers.* limita sexto, vbi plures authoritates Doctor. cumulat *Gabriel. d.cons.125.num.1. Natta cons.470.*

His discussis Consistorium facto prius verbo Excellentiæ Suæ die 5. Maij 1604. condemnauit dictam de Ferrerio conuentam ad restitutionem feudi Meliæ tantum vnà cum fructibus à die litis contestatæ, & sic habuit pro vero, quod Simon senior vti primus acquisitor formæ potuerat disponere de feudo prædicto in præiudicium fœminarum, & quo ad feudum Arinellæ fuit conuenta liberata, fuit etenim pro absoluto tantùm Simeonem non fuisse primum acquisitorem, nec respectu formæ, nec respectu rei, iam enim feudum prædictum habebat suam formam, vt supra dictum fuit, & per consequens non potuisse dictum Simeonem aliquam dis-

positionem

positionem facere in præiudicium fœminarum; & licèt verum sit feu datarium posse in tali forma postergare ætatem, nihilominus non potest hoc fieri in præiudiciũ gradus proximioris, quia & si Simeon respectu primæ institutionis non fecerit, nihilominus cum D. Carolus modo actor prætendat admitti ad exxlusionem filiarum Ioannis, quæ filię vti proximiores erant admittendæ ad feudum prædictũ, verum erat dicere dispositionem factam per dictum Simeonem operari exclusionem proximiorũ, & inclusionem remotiorũ, & per consequens nullam esse, quia ex forma dicti feudi talis postergatio, & exclusio proximioris gradus fieri non poterat ex prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ob adulterium dotem amittit.*
2 *Hæres mariti potest excipere de adulterio contra mulierem petentem dotem.*
Amplia num. 3.
Quid in hærede extraneo, numer. 4. *& 5.*
6 *Mulier ob adulterium an amittat partem competentem ex bonis viri vigore statuti, & num.* 7. *&* 8. *ratio num.* 10.
Amplia in Arrha, et bonis parapher nalibus num. 9.
11 *Exceptio adulterii an possit opponi contra hæredem mulieris. intellige num.* 13.
12 *Delictum morte extinguitur etiam quo ad confiscationem bonorum.*
14 *Actio extinguitur morte delinquentis, secus exceptio.*
15 *Anto. Gomes. in l. tauri.* 80. *nu.* 69. *declaratur.*

ARGVMENTVM.

Mulier, an per adulterium amittat partem bonorum mariti competentem ex consuetudine Regni. Et an eius hæredes possint agere contra hæredes viri.

DECISIO LVII.



Dulterium in casu de quo agebatur erat plenè probatum, tam per testes, quam per cõdemnationem postea subsequutam in Curia Episcopali, Item & conquestum mariti in vita, adeò quod inde habita notitia semper extra habitauerat, quo fiebat, vt eius vxor non solum non potuerit acquirere lucrum hoc, de quo in causa ista petitio facta fuerat super bonis ipsius mariti, stante consuetudine huius Vrbis, *sub nume.* 43. per quam bona viri, & vxoris contracto matrimonio more latinorum confundũtur, sed etiam amiserit, & perdiderit
1 veram dotem, quando eam apportasset, ad *tex. in l. consensu, C. de repud. & in capit. plerumque, extra de donatio. inter vir. & vxor.* in tantum quod quilibet hæres etiam extra-
2 neus potest excipere de hoc iure aduersus

aduersus vxorem agentem ad recuperãdam dotem, vt dixit *Ioann. de Imol. in l. cum mulier, in 8. col. vers.* Item aduerte, *ff. solut. matrim. Ang. in l. rei iudicatæ, §. & hæredi, ff. eod. Alex. cons. 189. num. 4. & nu. 10. vol. 6.* vbi dicit hanc esse communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum; & probat etiam *sub num.* 11. quod omnibus de agnatione competit ista ex
3 ceptio, sicut omnibus fit iniuria, hanc eandem communem opinionem dixit *Bermund. d. public. consu bi. in tit. de adulter. nu. 71. vers. sexto & vltimo, & in nu. 72. August. ad Ang. de malefic. in verb. che mi hai adulterato, num. 29.* & ibidem *Vgolin. de Arimino. Rim. Iun. cons. 260. num. 4. cum sequent. vol. 3. Gargiar. patroci. 43. Menoch. cons. 30. vol. 1. D. Ioan. Bapt. Cost. in tract. de iur. & fact. ignor. distin. 53. num. 3. & 6. centu. 1. Bertazzo. cons. 20. num. 25. & 32. vol. 1. Suarez. recepta. sententia. in verb. Adulterium, nu. 82.* magis communem refert *Bonacos. com. opin. in verb. Adulterium mulieri dotem. Vincen. de Franc. decis. 184.* qui licet ibi in fin. dicat Sacrum Cõsilium habuisse pro dubia prædictam conclusionem in extraneis hæredibus, secundum opinionem *Bal. in cons. 221. vol. 2.* tamen in *alia decis. 240. nu. 2.* absolutè refert ita iudicasse Sacrum Consilium per *doctri. Iacob. de Beluis. in §. quia plurimas, in auth. vt lice. matr. & aui. in vlt. oppos. per text. in l. hæredem, ff. de reg. iur. & in l. 3. §. fi. ff. ad Sillania.* quæ iura generaliter loquuntur in quolibet hærede. Et licèt multi Doct. contrarium dixerint, & præcipuè *Bald. in d. consil. 221. Bart. in l. rei iudicatæ, in gl. morum, ff. solut. matrim. & Castr. ibidẽ in §. hæredi, nu. 4. Alex. nu. 5. Abb. in d. cap. plerumque. vbi gloss. Boer. decis. 338. nu. 7. Pedemon. decis. 77. nu. 10. Peregrin. de iur. fisc. lib. 2. tit. 8. num. 13.* & alij: tamen ex prædictis magis communis opinio erat in contrarium, & in iudicando recepta, & maximè stante sententia
5 condemnatoria lata super adulterio. *Gargiar. d. patrocin. 43. Menoch. de arbitr. cas. 287. nu. 15.* & conquestum mariti vsque ad eius mortem, secundum *Vinc. de Franch. in d. decis. 184.*

Nec obstabat hic non tractari de dote, sed de parte hæreditatis
6 competente vigore statuti, quo casu non debet fieri extensio; nam dictum fuit, quod eadem ratio, quæ militat in dote, militat etiam in lucro dotis ad *text. in d. cap. ple-*
7 *rumque, de donat. inte. vir. & vxor. in verb. dotalium*, quod importat lucrum dotis, vel partem competentem mulieri de bonis viri, vt dixit *ibi glo. in d. verb. dotalitium, & Abb. qui ait gloss. prædictam* communiter approbatam, in tantum,
8 quod vxor sicut ob adulteriũ perdit dotem, ita & fortius lucrum dotis per dictum text. & dixerunt *Bald. Nouell. in tracta. de dote, priuileg. 37. num. 3. Peregrin.* si benè *aduertatur in prælleg. loco. Lup. in repetitio. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 67. num. 15. Surd. decis. 61. num. 18.* vbi loquitur in quarta debita ex bonis mariti; tamquã

pauca

pauca dote dotata, secundum Doctores *in auth. præterea, C. vnd. vir & vxor. Suarez in prædicto verb. adulterium, num.* 80. qui ampliat in
9 archa, & bonis paraphernalibus, & in puncto ita inueni, quod determinat quidam apostillator antiquus super Consuetudi. 43. quẽ ad pennam habeo, vbi ait, quod dos amittitur propter iniuriam,
10 quam facit vxor contra fidem matrimonialem, quæ ratio tanto fortius militat in ista dimidia consuetudinaria, quia vxor illam non haberet, nec consequeretur, nisi fuisset matrimonium, & ideò causa efficiens, & finalis est ipsum matrimonium, & propterea violato matrimonio ex fide fracta per vxorem, nõ debetur ipsa dimidia, *arg. l. cum proponas, C. de pact.* nam matrimonium dicitur contractus vltro citroque obligatorius, & vxor tenetur ex parte sua adimplere illud ad quod de iure tenetur, meritò tamquam indigna non debet consequi commoditatem aliquã ex eo, quod ipsa improbauit.

Præterea nõ obstabat, quod pe-
11 titio ista facta fuerat per hæredes mulieris, quo casu non poterat opponi exceptio prædicta adulterij,
12 cum delictum morte extinguatur etiam quo ad bonorum confiscationem, & pœnam pecuniariam lite non contestata, vel cõclusa causa cum testatrice, ad *tex. in l. 1. & ibi glo. ff. de priuileg. delict. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 82. Osas. Pedem. decis. 152. Thesau. decis. 144. Gail de pac. public. cap. 20. cum simil.* & in puncto *D. Ioann. Baptist. Costa in tract. de iuris, & facti ignor. d. distin. 53. centu. 1. num. 1.* posthæc scripta visus: nam prædicta conclusio procederet vbicumque actio tentaretur contra hæredes adulteræ delinquentis post mortem ipsius ob pœnam commissam sub eo prætextu, quod pœna delicti transierit in hęredes conuentos, secus verò in hæredibus mulieris delinquentis a-
13 gentibus contra hæredem mariti ad repetenda bona, quæ mulier amittit propter adulterium; nam tunc hæres mariti non agit, sed excipit, & se defendit retinendo, & sic licet secundum prædictos Doctores non competeret actio, benè tamẽ competit exceptio, & defensio aduersus eos, quia licet actio
14 extinguatur morte delinquentis nisi lite contestata, vel conclusa cũ defuncto, nihilominus hoc procedit agendo; & non excipiendo, quia exceptio durat etiam lite nõ contestata, vt dixit *gloss. in l. vnica in final. verbis, vers. præterea, C. ne ex delict. defunct. Dec. in l. pupillum qui, §. in hæredes, ff. de reg. Iur. num. 7. & not. Ang. in d. l. vnica, col 2.* & licèt contrarium in hoc dixerit *Go-*
15 *mez. in l. tauri 80. num. 69.* tamen Doct. per eum allegati non dicunt aliud, nisi quod pœna delicti morte extinguatur, sed non loquũtur de exceptione, & præsertim *gloss. penult. in l. fin. C. de adul.* quam ipse pro expresso allegat, & tamen eadem *gloss. inde sequens in verbo, Imponere,* dicit quod exceptio durat perpetuò, & secundum prædicta fuit indicatum in Consistorio de mense Ianuarij 1598.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Decretum secundum non potest stare sine primo. & nu. 5.*
2 *Exequtionis principium & finis quale sit.*
3 *Subhastationes praecedere debent in distractione bonorum.*
4 *Quindena data per Ritum ortum habuit à iure communi.*
6 *Redditnum appellatione nō veniunt censualia decursa. & numero 9. & 11.*
7 *Iura auocandi, & reuocandi sunt distincta à redditibus, & num. 12.*
8 *Redditus est quid vniuersale.*
10 *Donato censu censetur donatum directum dominium.*

ARGVMENTVM.

Decretum secundum absque primo est nullum, & an decretum primum interpositū super redditibus reddat nullum secundum decretum receptum super redditibus, cū iurib. auocandi, & reuocādi.

DECISIO LVIII.

1 SEcundum Decretum non potest esse sine primo, tam de iure communi, quàm de iure Regni, stante Capit. Ritus 112. & pacto ad discursum in contractu adiecto; Ex forma iuris,
2 quia principium exequtionis dicitur expignoratio, quando in pignus iudiciale bona debitoris capiuntur, finis verò dicitur eorum distractio vt dixit *Bar. in l. is qui republicae, ff. quib. ex caus. maior. Bald. in l. consentaneum, C. quom. & quand. Iud. Bald. de praescrip. in 3. par. sextae partis, num. 15.* medium autem dicuntur subhastationes
3 bonorum expignoratorum, quae praecedere debent ad *tex. in l. ordo, C. de exequut. rei iudic. & l. fi. C. si aduers. fisc. Bald. vbi supra.* in tantum, quod absque dictis subhastationibus nō potest deueniri ad distractionem praedictam, idem *Bal. in l. 3. num. 4. C. de exequut. rei iudic. Roder. Suar. libro recepta. sententia. in verb. Decretum, & sunt verba tex. in l. si quos. C. de rescindend. vēdit.* ibi *(nec sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur, vt possessionibus viliori pretio distractis plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio consequatur) Milan. decis.* 14. *num.* 36. *lib.* 1. *Mod. Mar. Mut. super d. Rit.*
4 112. *num.* 18. Immo, & quindena data per Ritum orta fuit ex dispositione iuris communis, nam de iure fit expignoratio, & elapsis duobus mensibus à die expignorationis, postea fit distractio. *Alex. in l. à Diuo Pio, §. in conditione, nu.* 10. *& ibid. Ias. num.* 15. *ff. de re iudic.* quae expignoratio ex Ritu dicitur primum decretum, & loco dictorum duorum mensium successit quindena vt dixit *Bongiorn. super d. capit. Ritus* 112. & sic ex forma iuris non potest fieri secundum decretum nisi super bonis priùs expignoratis, & effectis pignoribus iudicialibus & preto-

prætorijs, elapsa quindena, & factis subhastationibus: Idem est ex forma Ritus prędicti ibi *infra quā (scilicet quindenam) bona in quibus processit exequutio banniantur, & elapsis quindecim diebus bona distrahantur. Si verò se opposuerit præcedente bonorum subhastatione, &c.* & consequenter requiritur ex Ritu expignoratio, & quod sit lapsa quindena, & facta subhastatio, aliàs non potest deueniri ad distractionem, & omnia, quæ disponit Ritus, intelliguntur pro forma, & sunt seruanda, aliàs iudicium est nullum, secundum omnes scribentes in proę.u. dicti Ritus *Mila.d. deci.14.num.36.lib.1.* Idem etiam stante pacto ad discursum in contractu adiecto, ibi *(vltimo emptori, & plus offerenti)* & ob id non potest dari distractio, & sic decretū secūdum absque principio, & medijs necessarijs, videlicet primo decreto, & subhastationibus, aliàs esset nullius momēti, vt dixit idem

5 *Bongior. super d. Rit. vbi allegat Alex. consil.53. num.4. volum.5. Roman. cons.454. col.3. Abb. cons.84. vol.2. Corn. cons.132. num.6. vol.4. Milan. d. decis.14. num.1. cum plur. seq. li.1.* nec potest dari secundum validum si fuerit interpositum in rebus super quibus non fuerit interpositum primum, *Imol. & Alex. in l. si finita, §. Iulianus, num.79. ff. de dam. inf. Apostilla ad Bart. in l. cum vnus, §. fin. ff. de bon. auth. iudic. possid. in verb. ergo dicebatur. D. Marius Mut. super d. Rit. 112. num.19. & in Comment. 2. ad Consuetud. Panor. cap. 1. num.55. Milan. d. decis.* 14. *lib.1.* & propterea ex ista conclusione, quam non semel in iudicando approbauit Consistorium, & M.R.C. dicebatur Decretum interpositum ad instantiam Ioannæ Corrao contra Mariam Schifaldo esse nullum, quia primum fuerat interpositum super vntijs viginti redditus de maiori summa debitis per Baldassarem Rizzo, & super fructibus maturatis, & secundum fuerat receptum super omnibus redditibus debitis per dictum de Rizo cum iuribus auocandi, &

6 reuocandi, præferendi, & consensus præstandi, vnà cum fructibus maturatis pendentibus, & maturandis; & tamen sub restitutione redditum non intelliguntur cessa interusuria iam cursa, *Ruin. cons. 193. vol.1.* & aliud est census præteritus, & census futurus secundū eum; idem est de iuribus auocandi, & reuocandi, quæ sunt distin-

7 cta ab annuis redditibus, vt dixit *Guid. Pap. decis.264. Soc. sin. consil. 50. num.24. vol.4.*

8 Nec obstabat, quod redditus est quid vniuersale, *vt dixit gl. in cap. generali, ver. redditus, de appellat. in 6. Benedict. Bon. de censib. artic.14. in princip. Ceph. cons.150. num.17. Card. in Clem. vnica, de excess. Prælat. Alex. Raud. cons.9. num. 40. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glo. 6. in princip. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. in princip. rub.13.* & comprehēdit sub se omnes species fructuum, & sic tam maturatorum, quàm maturandorum, & similiter

9 cēsum, & iura directi dominij maximè in actis onerosis, prout in vēditione,

ditione, vel adiudicatione, vbi res semper censetur data pleno iure, & libere, vt tradit *Bald. in rub. C. de contrah. emptio. & vendit. num. 6.*

10 Item quia donato censu censetur donatum directum dominium, vt consuluit *Beltrand. in cons. 3. lib. 3.* nam dictum fuit quòd licet redditus sit verbum generale, tamen nõ per hoc potest in se comprehendere census maturandos, qui sunt nomen debitoris separatum, & tam ex natura rei venditæ, & emptionis, & venditionis, tum etiam ex clausulis apponi solitis in d. secundo decreto, cessio est (ad habendũ de cætero, & ex nunc in antea,) ita

11 & *Cedens*, ergò aliud est census præteritus, scilicet nomen debitoris præteritum; ita & similiter dicebatur de iuribus auocandi, & reuocandi: nam census qui pro aliqua re debetur, & dominium directum talis rei se habent, vt principale, & accessorium, & dominium

12 directum est principale, & canon est accessorium, quia ad causam dominij directi fit, & præstatur ad *text. in l. 2. C. de iur. emphyt.* & ideò nõ est inconueniens vnum habere dominium directum alicuius rei, & alium super eadem re percipere censum, *ad tex. in l. fin. §. fi. ff. de contrahen. emptio. & vendit. Soc. sen. d. cons. 50. num. 24. lib. 4.* nec principale sequitur suum accessorium vt dixit idem *Guid. Pap. in prædicta decis. 264.* post multa iura, quæ allegat, & præsertim *tex. in l. summa cũ ratione, §. emptor, ff. de pecul.* vbi seruo concesso, qui est principalis, nõ censetur peculium concessum, qui se habet, vt accessorium, cum de vno ad aliud non fiat illatio, *l. si ante, ff. de except. cum simil. &* licet *Beltrand.* dicat, quod dato censu censeatur donatum directum dominium, tamen ipsemet subdit istum passum habere aliquid difficultatis, & propterea inquirendum esse quid fieri consueuerit.

Accedebat in causa ista, quod dicta Ioanna conuenta ex adiudicatione ipsa facta pro vntijs sexaginta tribus exegerat de fructibus præteritis dictorum redditium summam vntiarum septuagintanouem, & vltra sibi quolibet anno exegerat vntias triginta censuales cum iuribus prædictis auocandi, & reuocandi, quæ nullitas licet in Regno nunquam fuerit recepta, vt non semel diximus, tamen in casu isto stantibus prædictis erat valde attendenda. Et propterea Consistorium declarauit secundum decretum nullum, confirmando sententiam M.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Pater est legitimus administrator, & vsufructuarius bonorum filiæ. Intellige num. 4.*

2 *Tutor habenti patrem non datur.*

3 *Mater constituere potest tutorem filijs, & quando.*

5 *Mater potest prohibere vsumfructũ, & administrationem patri instituendo filium, & num. 6.*

7 *Prohibita administratione patri, censetur prohibitus vsusfructus, & num. 8. & num. 9.*

10 *Pater prodigus prohibetur administrare.*

A R-

ARGVMENTVM.

Mater an possit constituere tutorem filijs suis excluso patre existente de medio.

DECISIO LIX.



Ater in eius testamento suam hæredem vniuersalem instituit eius filiã infantem, cui in tutores, gubernatores, & administratores constituit patrem testatricis, & eius socerum coniunctim, & non diuisim, & quod vnus sine alio nihil facere, nec administrare possit, qui tutores post eius mortem fuerunt per Curiam confirmati; Comparuit pater petendo nullitatem huiusmodi dationis tutorum, quia tamquam pater dictæ infantis sub eius potestate
1 constitutæ, erat de iure legitimus administrator, & vsufructuarius omnium bonorum hæreditariorum dictæ testatricis eiusque filiæ, ideoque constitui, nec confirmari potuisse prædictos tutores, & administratores, *ad text. in l. fin. §. sin autem, C. de bon. quæ liber.* ibi *(Patre nolente) Andre. in consti. minoribus in fin. Vincen. de Franch. decis.* 10. *n.* 8. & habenti patrẽ nõ da-
2 tur tutor, *Aret. in §.* 1. *inst. de tutel.*

Sed contrarium iudicauit Consistoriũ confirmando sententiã latam per M.R.C. *per tex. in l. mater, C. de testa. tutel.* vbi habetur, quod
3 mater potest in testamento filijs suis tutores dare, si eos hæredes instituerit, & si hæredes non fecerit, tunc opus est confirmatione, & in casu isto non solum aderat hæredis institutio, sed etiam confirmatio, vt dictum est; & licet pater sit
4 legitimus administrator, & vsufructuarius, tamen hoc non procedit, quando mater creauit alium in tutorem, & administratorem, & non patrem; nam tunc de iure cẽsetur pater ipse prohibitus ne possit administrare & gubernare bona prædicta hæreditaria, *ad tex. in §. 1. in auth. vt lice. matr. & aui.* & optimè consuluit *Bero. qui articulum istum decidit in consil.* 139. *sub nu.* 18. *vol.* 2. & maximè stante expressa prohi-
5 bitione administrationis facta per ipsam testatricem, quo in casu nõ solum vsusfructus, sed etiam commoditas cẽsetur prohibita, vt concludit *Rip. & alij in l. cum filiofamilias, ff. de leg.* 2. *Gabr. consil.* 118. *nu.* 13. vers. etsi ego puto nullo casu commoditatem esse patris, *vol.* 1. *Surd. cons.* 116. *nu.* 73. quia si vsusfructus sibi deberetur multo magis, & administratio sibi competeret, nam vnum trahit ad se aliud, videlicet pater administrationem nõ habet ex hominis dispositione, ergo nec vsumfructum, licet tale argumẽtum affirmatiuè non procedat, videlicet pater habet administrationem, ergo & vsumfructũ, *d. l. fin. §. sin autem, C. de bon. quæ li-*
6 *be. Bero. in supradict. cõs.* 139. *nu.* 19. & mater instituendo eius filiũ potest prohibere, ne vsusfructus patri acquiratur, *ad tex. in auth. excipitur, & ibi scribẽtes omnes, C. de bo. quæ lib.* quæ prohibitio nedum ex-
7 presse fieri potest prout suprà disponẽdo, verum etiam tacitè constituendo

stituendo

stituendo alios tutores, & admini stratores, vt dixerunt *Cuman. Cast. Aret. Soc. Ias. & Rip. in d. l. cum filio familias, sub nu. 68. & 69. ff. de leg. 1. Boer. decis. 193. vbi in fin.* testatur sic fuisse conclusum per illam Curiam, & Senatum Burdegalensem. *Surd. d. consil. 116. num. 34. & per totum.*

Nec obstabant in contrarium adducta ex *Vinc. de Franc. in d. decis. 10. post And. & Affl. in d. consti. minoribus*; nam vera, & communis
8 Doctor. distinctio est, quod aut sumus in casu in quo patri non quæritur vsusfructus, & quia non potest queri etiam si ipse vellet, stante prohibitione hominis, prout erat casus de quo agebatur, & tūc pater prohibetur etiam administrare, *ad tex. in d. §. 1. in auth. vt lice. matr. & aui.* aut verò sumus in casu quo patri non quæritur vsusfructus ex eo: quia ipse pater illum acquirere non vult, & tunc pater est legitimus administrator, etiam quod non sit vsufructuarius, & nolit acceptare ipsum vsumfructum, ita distinguit post alios *Ias. in l. nō solum, nu. 15. ff. solut. matr. Paris. consil. 157. maxime sub num. 15. vol. 4.* & est receptior, & magis communis sententia, de qua testatur *Cagnol. in l. frater à fratre, nu. 163. uers. à receptiori tamen, ff. de cond. indeb.*

Præterea solet, & aliter distingui, quod aut sumus in prohibi-
9 tione legis, aut in prohibitione hominis: primo etenim casu procedunt dicta per *Affl. Andr. & Vincent. de Franch.*
10 Secundo verò casu procedit *tex. in d. §. 1. in auth. vt lice. matri.* & vera, ac communis opinio de qua supra, quia durius cum homine quàm cum lege, & mitius cum lege, quàm cum homine agitur: & hæc distinctio, & concordia colligitur ex his quæ tradit *Affl. in eadem const. minoribus, in fine. & expresse per Vinc. de Franc. in d. decis. 10. sub num. 8.* & in casu isto concurrebat nedum prohibitio tacita per constitutionem aliorum tutorum, sed etiam expressa, vt dictum est. Item prædicta decisio *Vincent. de Franch. sub num. 11. & 12.* faciebat contra patrem, quia vt consta-
10 bat in processu erat prodigus, & dilapidator, qui sua negotia administrare nequierat, quo casu ad tutelam prædictam admitti non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quòd stetur iuramento alicuius circa interesse, validum est. Intellige num. 4. Amplia etiam in vltimis voluntatibus, num. 2.*
3 *Statutum, quòd stetur iuramento damnum passi, valet.*
5 *Probatio extrinseca requiritur circa damnū in genere passum, & qualiter fieri debeat, num. 6.*
7 *Interesse extrinsecum quādo veniat, & quæ requirantur remissiuè.*
8 *Pactum, quòd stetur dicto alterius cum iuramento, an extendatur ad tertios? Amplia in procuratore ad hoc specialiter constituto, num. 9. Limita num. 10.*

ARGVMENTVM.

Pactum, quòd stetur alterius assertioni cum iuramento circa damna, & interesse, an valeat, & an extendatur ad alias personas.

DECISIO LX.



Actum in hoc Regno frequentissime apponi solitum in contractu locationis feudorum, & aliorum prædiorum rusticorum, quod circa damna, & interesse credatur dicto partis cum iuramento, vali-
1 dum est in iure, vt voluerunt *Doctor. in l. fina. ff. de prætor. stipulat. & in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. vbi Cagnol. num. 114. qui alios allegat, Bald. Alberic. & Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, ff. de iureiurando.* vbi communem esse tradunt, & magis communem *ibidem num. 1.* testatur *Alexand. Socin. consil. 54. volum. 2. & consil. 80. lib. 4. Signorol. consil. 157. colum. 2. Abb. in cap. dilecti filij, colum. fin. de foro compet. Natta consil. 450. per totum, lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 934. lib. 2 Serafin. de Serafin. de priuileg. iuramen. priuileg. 31. nu. 8. cum sequen. Ioan. Bott. consil. 57. Caualcan. decis. 2. numero 31. par. 2. Surd. decis. 259. nu. 7.*
2 vbi ait procedere non solum in contractibus, sed etiam in vltimis
3 voluntatibus; sicut enim valet statutum, quod credatur iuramento damnum passi, ita & pactum, secundum *Plot. de in litem iuran. §. 47. & 48. per totum. Menoch. consil. 217. num. 8. 9. & 10. lib. 3.* vbi refert hanc esse magis communem opinionem; & subdit, quòd istud pactum est quoddam remedium expediendarum, atque finiendarum litium à iure permissum, in tantum, quòd statim, quando pars iurat super huiusmodi damnis, non est amplius inquirendum super iuramento, quia in eo standum est, & allegat *tex. in l. non erit, §. dato, ff. de re iud. cum similib.* Nihilominus, & si prædicta conclusio regulariter verissima sit, secundum quam sæpissimè fuit iudicatũ in his nostris Tribunalibus; pluribus tamen modis limitatur de quibus per Doctor. supra relatos. Duas tantùm afferam, quæ in causa pendente in Consistorio adductæ fuerunt, quarum prima est, quòd licèt de damnis, & interesse credatur dicto partis damnũ passi cum iuramento; attamen dicebatur hoc intelligendum esse, vt credatur circa quantitatem damno-
4 rum tantum, non autem de damno in genere passo, quia in hoc re-
5 quiritur extrinseca probatio, vt tradidit *Plot. in d. §. 48. num. 3. cum seq. & num. 7. Bart. cons. 168. Grat. cons. 10. num. 7. & num. 12. vol. 2.* qui dicit, quod ex quo pars est testis in causa propria contra regulas iuris, ideo prius verificandum est liquido damnum esse passum, & exinde pars iuret super quantitate, idem dixit *Lup. de vsur. §. 6. in fi. Imo. in l. Paulus, ff. de solut.* & dicit

6 cit esse communem. Nec sufficiebant ad hoc probãdum literæ delegatoriæ, nisi ostenderentur expignorationes, carcerationes inquilinorum, sequestrationes & aliæ molestiæ verificatæ per acta, vel saltem per testes parte incitata; & maximè quia iuramentum in casu de quo agebatur, fuerat præstitum super damnis emergentibus, & lucris cessantibus ob impedimẽtum missionis zuccarorum ad nundinas Salerni, & aliorum negotiorũ, quod re vera subsistere non videbatur, cum sint damna extrinseca, & satis remota à materia subiecti, secundum quam regulatur obligatio contractus, & non extendi poterat vltra ea, quæ veniebant ex natura ipsius contractus, scilicet fructus, & lucra, quæ ex arrendamento percipi potuissent, si non fuisset impeditus vsus, & commoditas fruendi re locata, quia non
7 venit nisi interesse extrinsecum ad late tradita per *Siluan. consil.* 10. *num.* 32. 41. *&* 42. & multa essent necessaria ad petendum lucrum hoc cessans, & damnum emergẽs, de quibus per *Natt. d. consil.* 450. *num.* 2. *Rot. Ianuens.* 167. *num.* 7. *Alex. consil.* 41. *num.* 4. *volum.* 3. *& cons.* 141. *vol.* 5. *Dec. cons.* 39. *col.* 2. *Bursat. cons.* 68. *per totum*, quæ conclusio fundatur ex decisione *tex. in l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. empti.*

Præterea dictum fuit, quòd pa-
8 ctum prædictum concessum fuerat conductori tantum, & sic non posse extendi ad heredes, vel alios subconductores, vt erat in casu isto, quia aliquis dando facultatem alicui iurandi potest confidere de eo, & non de hærede, vel alio habente ius, & causam ab eo, vt dixit *Plot. in d. §.* 47. *nu.* 7. *& melius in l. si quan lo, nu.* 626. *C. vnde vi. per text. in l. generaliter, & ibi Glo. & Doct. no. C. de reb. cred. Ias. in dicta l. si quando, num.* 52. *vers. secus in iuramento, & in in l. penult. §. fin. col. fin. vers. aut nos, ff. ne quis eum qui. & ibi Alexan. Rom. Socin. & alij. Rot. Ianuens. decis.* 78. *Natta d. cons.* 450. *& Ioan. Bott. in d. cõs.* 57.
9 in tãtum quod nec etiam per procuratorem ad hoc specialiter constitutum præstari possit, *Grat. con-*
10 *sil.* 28. *num.* 10. *lib.* 1. licèt secùs sit, quando potestas iurandi concessa fuisset à statuto, seu lege, vt latissimè idem dixit *Plot. in d. l. si quandò, num.* 519. *versic.* 24. *amplia.* vbi refert communem opinionem, maximè quando hæres esset informatus de negotijs defuncti, vt consuluit *Bald. cons.* 53. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 81. *num.* 21. *& in tract. de arbit. iud. casu* 191. *num.* 5. *& sequen. Mandel. in cons.* 430. vbi additio, quæ concordantes allegat.

Causa non fuit determinata; hæc tamen dixisse volui, quia secundum prædictas conclusiones non semel fuit iudicatum, & in Regno sunt quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Pactum euictionis sequitur rem.*

2 *Euicta re emphyteutica, an dicantur extincti redditus, cũ iuribus auocandi, & reuocandi.*

 3 *Eui-*

3 *Euictio si sequatur ex natura rei, nō tenetur venditor de ea.*
Intellige num.6.
4 *Res censetur vendita cum sua qualitate, & natura.*
5 *Euictio promissa de redditibus, an habeat locum, si euincatur res super qua debentur.*
7 *Creditor lapso termino ad redimendum efficitur dominus irreuocabilis.*
8 *Terminus ad redimendum currit à die captæ possessionis.*
9 *Prorogatio fieri non potest per partes, si terminus datus sit à lege.*

ARGVMENTVM.

Promittens de euictione nō tenetur, si euictio fuerit sequuta ex natura rei; & quid si emptor fuerit effectus dominus irreuocabilis?

DECISIO LXI.

Fidericus Bonafidi possidens tenimentum quoddam domorum sibi ad emphyteusim concessum pro annuo censu vntiarum 36. comprehēso iure proprietatis debito cuidam de Bononia per Nicolaum, Gulielmum Spatafora, illud subemphyteuticauit Iacobo de Arculeo, pro censu vnci. 62. videlicet pro illis vncijs 36. debitis, vt supra dictis de Spatafora, & reliquas vnc. vigintisex sibi soluendas, de qua summa vendidit vncias vigintiunam hæredibus Antonini lo Ingurdo, cedendo iura in ampla forma contra dictum de Arculeo, & eius bona, quas sibi exegit per aliquos annos; euenit quod facto iudicio per illos de Spatafora proprietarios contra dictum de Arculeo possessorem prædicti tenimenti domorum pro censibus decursis illarum vnc. 33. fuit condemnatus ad soluendum census prædictos, vel dimittendum, qui tandem illud dimisit, & stante dicta dimissione hæredes de lo Ingurdo præsupponentes d. redditus sibi venditos fuisse euictos, & sic esse locum pacto adiecto in contractu venditionis, quod in casu euictionis potuisset exequutiuo modo agere ad pretium, executionem exercuerunt contra Octauium Bonafide hæredem illius Friderici, qui præsentatis oppositionibus fuit per primum Iudicem condemnatus & per secundum via contrarij imperij liberatus, a qua vltima dum esset petita reuisio in Cōsistorio per dictos de lo Ingurdo dicebatur quod executio erat fundata in pacto expresso euictionis promissæ per illum Fidericum bonafide. Nec obstabat quod euictio, & molestia principaliter ex illo actu dimissionis, & consolidationis non fuerit sequuta super dictis redditibus, sed super tenimento domorum pro quo non fuerat aliter promissum, & pactum exequutiuum 1 euictionis sequitur rem, quæ venit in contractu, & eam non egreditur, vt dixit *Duaren. de pact. cap. 6. nu. 10. Ioann. Baptis. Perus. de arbit. lib. 7. c. 15. nu.* 1. vers. ex his promissis,

missis, nam dictum fuit quod in venditione non solũ fuerunt venditi redditus, sed etiam Iura auocandi, & reuocandi, intantum, quod vna semel quod perijt em-
2 phyteusis, & in iudicio fuit euicta propter actum recognitorium nõ factum, ius auocandi, & redditus qui erant super re, & emphyteusi remanserunt accessoriè resoluti, & euicti, vt dixit *Gabelli. de euictio. §. 1. num. 3.* maximè stante pacto cum verbis prægnantibus, & amplissimis. Sed ex aduerso dicebatur quod euictio tenimenti prædicti domorum sequuta fuerat ex natura rei, quia erat emphyteutica, & reuocabilis ob canones non solutos, prout fuit reuocata, de qua emphyteusi ille de lo Ingurdo emptor habebat scientiam ex venditione sibi facta de parte redditũum cum Iuribus prædictis auocandi, & reuocandi, quo casu non tenetur venditor ad euictionem
3 generaliter promissam, nec ad pretij restitutionem, vt dixit *glo. in l. si familiæ, in verb. pro parte, C. famil. ercis. Becc. cons. 24. num. 34.* vbi dicit dictam *gloss.* communiter esse approbatam, & loquitur in re emphyteutica; debuit enim cogitare is qui emit, id quòd euenire poterat, & res cum sua quali-
4 tate, & natura videtur vendita, quam rationem *Bar. Bal. Salic. & Castr. & omnes in d. l. si familiæ expendunt, & subdit. Bec. num. vlt.* opinionem istã esse communem, & in practica seruandam, & receptissimam, & ante eum *Alexand. cons. 21. num. 7. & seq. vol. 4.* qui etiam de cõmuni testatur, *Alciatus cõs. 133.* vbi etiam de cõmuni. *Dec. in specie cõs. 411. nu. 4.* & additio ad eum quæ plures allegat, *Gabelli. de euictio. §. 5. num. 33. Rolan. cons. 51. vol. 4. Magon. decis. Lucens. 7. Ioseph. Ludouic. decis. 19. Corbol. de iur. emphyt. de caus. priuat. ob alien. non fact. amplia. 31. Honde. cons. 3. nu. 40. D. meus Ioan. Bapt. Costa in suo subtilissimo tract. de iur. & fact. ignoran. centu. 1. distinct. 32. nu. 1. cum seq. Turett. cons. 83. vol. 1. Mand. cons. 83. Peregrin. de fidei com. arti. 52. nu. 53. cum seq. & cõs. 93. nu. 23. Canalc. decis. 8. nu. 17. & 18. par. 2. Surd. cõs. 15. nu. 5.* vbi ait hãc opinionem indistinctè veram esse. Et licet multi Doct. contrarium affirment, tamen si rectè eorum dicta perpendãtur, omnes loquuntur in diuersis terminis ab istis, de quibus agebatur, puta quãdo expresse promissum fuisset de euictione causãda ex natura ipsius rei, vt declarat *D. Ioan. Bapti. Costa in loco præallega. nu. 4. post Surd. & alios quos more suo cumulat.*

Dicebat vnus ex dominis, quod casus iste erat aduersus à conclusionibus firmatis per Doct. prædictos, nam ille de Bonafide non ven-
5 diderat rem emphyteuticam, sed redditus, qui erant super illa re, & in isto casu, si est promissum de euictione, tunc tenetur venditor, vt notanter limitat prædictam conclusionem *Gabelli. in d. §. 5. num. 38.* & maximè si promissio est facta verbis prægnantibus, & vniuersalibus, & est *tex. in l. 1. & 2. C. credit. pignor. euict.* Itẽ in casu

isto voluit venditor teneri de qua
6 libet, & quacumque euictione quomodocumque,& qua litercūque tam ex causa de præsenti, quā de præterito,& in hoc casu dicunt Doct. quod, etiam quod euictio sequatur ex natura rei, teneatur venditor de euictione, *Cur. Iun. cons. 49. nu. 13. Soc. Iun. cons. 116. nu. 63. lib. 1. Decian. resp. 55. nu. 91. & seq. vol. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115. nu. 17.* & ratio est, quia illa vniuersalis euictionis promissio habet vim specialis euictionis in prædicto casu, *Ceph. cōs. 58. num. 16. lib. 1. sed quia Rol. Magon. & Perus.* cum multis alijs ex præcita. Doct. pro contraria opinione præsupponunt etiam pactū prædictum euictionis generalissimum, ob id Consultorium habuit pro dubio prædictum articulum, & fecit transitum ad aliam difficultatem, quæ fiebat ex parte dicti conuenti; nam vt in facto constabat, ille de lo Ingurdo ante euictionem de qua agebatur pro censibus prædictarum vnciarum viginti vnius sibi venditarum executionem exercuit contra hæredes dicti de Arculeo possessorem tenimenti domorum, & illud sibi liberauit per secundum decretum, & capturam realis possessionis; & elapso termino ad redimendum mensium quatuor, fuit effectus dictus actor verus dominus, & irre-
7 uocabilis, & ius vtile dictarū vnciarum 21. fuit consolidatum cū proprietate, quo casu tam vtile, quam directum fuit extinctum, & per dictum de lo Ingurdo actorē acquisitum plenum dominium, vt dixit *Bero cons. 204. nu. 45. & cōs. 84. num. 47. vers. nec obstat, vol. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. num. 70. Afflt. decis. 8. & decis. 16. Milanen. decis. 17. num. 71. & seq. lib. 2.*

Nec obstabat, quod relaxatio facta fuerat infra terminum numerandum à die captæ possessionis cum alia prorogatione facta per actorem; nam dictum fuit, quod etsi verum sit, quòd terminus præ-
8 dictus currat à die captę possessionis, vt dixit *Blas. Lance. in quodā suo consil. Bongiorn. Percol. Cumi. & alij super d. Ritu. 112.* vbi nouissimè *Marius Muta numer. 49.* quam opinionem semper in Regno seruatam fuisse refert *Marianus Iulianus consummatissimus Doctor in suis quæstionib. super d. Ritu quæst. 7.* & ita fuit iudicatum per tres sentētias conformes pro Domna Beatrice de Ienio contra Ioannem Andræam Orgolio, & bis in eadem M.R.C. pro Isabella Anfuso cōtra Franciscum la Gula de anno 1601. & 1602. tamen prorogatio ipsa erat nulla in præiudicium illius de Bonafide, cui ex dicta consolidatione fuerat ius ac-
9 quisitum, & fieri non poterat in termino dato à lege, vt dixit *Tiraquell. de retract. sangui. §. 1. gloss. 10. num. 30.* Item & cum tota prorogatione apparebat relaxationē factam fuisse extra terminum, & propterea Cōsistorium confirmauit vltimam interloquutoriam latam per D. Ioannem Baptistam de Blaschis, tunc Iudicem M.R.C.

cui

cui soli fuerat cõmissa causa,nunc meritissimum Magistrum Rationalem Regij Patrimonij, Regiumque Consiliarium absoluendo dictum de Bonafidi conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nullitatis potest super meritis pronuntiare.*

Limita coram eodem iudice qui protulit sententiam nullam inuita parte, num. 2.

3 *Iudex qui super meritis pronuntiauit, dicitur suspectus in eadem causa.*

4 *Cap. 44. Regis Ferdin. non procedit coram eodem Iudice primi Iudicij.*

Amplia si nullitas processerit respectu denegatarum defensionum, num. 5.

6 *Nullitas quando respiciat acta decisoria.*

7 *Cap. 44. Regis Ferdi. procedit quando nullitas respicit acta ordinatoria.*

8 *Nullitas defectu iurisdictionis non potest cognosci ab eodem Iudice.*

ARGVMENTVM.

Nullitas quãdo cognosci possit vnà cum meritis.

DECISIO LXII.



IVdicium nullitatis coram iudice cum deducitur, deuoluit totam causam, & principale negotium meritorũ,in tan-
1 tum quod siue Iudex ille qui pronuntiauit, siue superior adeatur, poterit super nullitate, & super meritis pronuntiare, secundum *Bart. & Imol. in l. si expressim, num. 15. ff. de appell. idem Bart. in l. si vt proponis, la 1. num. 4. C. quomo. & quan. Iud. Inno. in cap. cum contingat, de offic. deleg. Abb. in cap. in literis, de offic. delega. & in cap. dilecto, de appella. Cardin. in Clemen. 1. in 10. q. de re iudic. Felyn. in d. c. in literis, num. 4. de offic. delega. Alex. cons. 78. num. 2. vol. 2. & cõs. 53. vol. 5. & in l. Iudex postea quam, num. 22. ff. de re iudic.* & sic poterit sententiam absolutoriam nullam terminare, & iterum pronuntiare contrarium, proferendo sententiã condemnatoriam, *Imol. in d. l. si expressim, Lanfran. in cap. quoniam contra, de probat. c. 10. de interloq. & appella. sub nu. 32.* vbi ait istam esse veritatem, *Vini. decis. 53. num. 6. Vanti. in trac. de nullita. tit. corã quo, num. 9.*

2 Est verum quod si petita esset nullitas coram eodem Iudice, qui ipsam sententiam,siue interloquutoriam nulliter protulisset, non posset ipsemet Iudex cognoscere super meritis, super quibus antea pronuntiauerat,si ille, qui proposuit nullitatem, non contentatur, vt post *Ang. & alios dixit Ioann. de Imol. in d. l. si expressim, sub num. 14.* & ratio est,quia non debet esse quis cognitor suæ iniustitiæ,vel iniquitatis;& vnà semel quod Iu-
3 dex super ipsis meritis pronuntiauit, & votum protulit dicitur suspectus, *ad not. per Franc. in c. Postremo, & ibi Præpos. & alij extra de appellat. Maran. de ordin. iudic. par. 6. in materia suspicionis. Aret.*

conf. 29. *Ruginell. de appellat.* §. 3. *cap.* 1. *num.* 11. *&* 12. *Gail. obseruat.* 127. *num.* 7. semper enim de reiteratione grauaminis posset suspicari, *cap. qui semel, de reg. iur. in* 6. &
4 hoc procedit etiam stāte cap. Regis Ferdinan. 44. illud enim loquitur quando nullitas deducitur coram superiore, & non coram eodem Iudice primi iudicij, vt patet ibi (auanti di esso) & maximè parte dissentiente, quo casu dicitur suspectus ipso iure, *ad tex. in l. eos, & ibi Bal. colum.* 1. *in fine, C. de appellat. l. qui iurisdictioni præest, ff. de iurisd. omn. iudic. in specie, Bongiorn. in Apostilla dicti cap.* & præsertim si nullitas processerat ex defectu
5 denegatarum defensionum, & durante termino productionis, prout erat casus de quo agebatur; quia tunc non posset reparari per cognitionem meritorum, cum respi-
6 ciat acta decisoria, vt post alios tradit *Crauet. conf.* 140. *num.* 8. *& conf.* 179. *nu.* 7. *vol.* 1. *Anguisc. conf.* 1. *& conf.* 241. *num.* 2. & voluit expressè cap. prædictum sub Rege Ferdinando 44. ibi *(nisi nullitas sit defectu terminorum, vel denegatarum defensionum) & ibi (si merita clara sint)* & concludit idem *Bong.*
7 *ibi in addit.* dicens cap. Regni prædictum intelligi quando nullitas respiceret acta ordinatoria, secus si essent decisoria, vt dictum est, & secundum prædicta fuit iudicatum per binas sententias conformes pro Barone Biscaris contra Donnam Vittoriam Milanensi, de anno 1597. & pluries in aliis causis in eodem processu præsentatis. Idem dicendum esset, quando nullitas ortum habuisset defectu iurisdictionis, puta quod Iudex esset prorsus incompetens, vt iudicauit Consistorium pro Fratre Berardo Capece contra hæredes Baronis S. Laurentij.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non potest aliquid accipere pro maritanda pupilla.*
Et cui est restituenda pecunia, ibidē.
2 *Tutor tenetur gratis desponsare pupillam.*
3 *In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis.*
4 *Glos. in l. qui sine vsuris, ff. de neg. gest. declaratur.*
5 *Exceptio obligationis ob turpem causam potest opponi, non obstante pacto de non opponendo.*
6 *Exceptio, Itidem iuris, admittitur aduersus instrumentum habens executionem paratam, non obstante iuramento, & num.* 7.

ARGVMENTVM.

Tutor an possit aliquid accipere à sponso pro maritanda pupilla.

DECISIO LXIII.



ARticulum istum (an tutor possit accipere aliquid à sponso, vel à patre sponsi pro maritanda pupilla) disputauit Pileus, antiquus Doctor, & Glossator in suis quæstionibus, quæst. 49. quem refe-

referunt *Doctores omnes in l. qui sine vsuris, vbi Glo. ff. de negot. gest.* & præsertim *Odoffred. Alber. de Rosat. Angel. Fulgos. & Bald. rursus Alber. in l. quidquid, C. de arbit. tut.* & ideo dicit *Odoffr. in d. l. qui sine*
1 *vsuris*, quòd tutor turpiter agit recipiendo pecuniam pro maritanda pupilla, quem supra relati Doctores sequuntur, variant tamen, cui nam sit restituenda pecunia; nam omnes, præter *Bald.* faciunt distinctionem; aut tutor nuptui tradit pupillam viro digno, & tunc non tenetur restituere pupillæ; aut collocauit eam in virum indignum, & eo casu tenetur restituere pupillæ, quæ læsa est ex tali matrimonio, *Bald.* vero reprobando hanc distinctionem indistinctè determinat pecuniam esse restituendam pupillæ, siue digno, siue indigno nupserit; fundatur eius decisio, quia turpe est recipere pecuniam, & pretium pro actu, qui gratis debet expediri, *ad tex. in l. fin. vbi hoc probatur, C. de*
2 *condict. ob turp. caus.* tutor enim tenetur gratis desponsare pupillam, *ad text. in l. copulandis, C. de nupt.* & ideò receptum potest ab eo condici conditione ob turpem causam, vt in terminis consuluit *Anchar. cons. 174. & melius Natt. cons. 76. & 77.* vbi latissimè tractat materiam, & concludit tutorem debere repelli à petitione cuiusdam summæ pecuniarum promissæ ex causa matrimonij pupillæ, & promissores esse tutos exceptione turpitudinis contra tutorem, & posse allegare turpitudinem propriam, etiam contra participem. *Riminal. iun. consil. 62. Honde. post alios quos allegat consil. 46. nu. 32. & sequen.*
3 nam in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. Nec obstat *Glo. in dicta l. qui sine*, dum
4 dicit, quod tutor non tenetur restituere pupillæ, quam simpliciter refert *Guglielm. de Ludou. sing. 41. & post eum Caualc. de tutor. & curat. num. 277.* quia ea non decidit, quod ideò turpiter non accepit, nam etsi non teneatur restituere pupillæ, forte tenetur restituere fisco, vt monet *Bald. in loco præallegato*, vel pauperibus, *secundum Ancharan in d. consil. 175.* vel danti, secundum aliàs opinionem. Item Glo. loquitur in pecunia exacta, & ideò non procedit in casu de quo agebatur, vbi tutor exequutionem exercuerat pro scutis mille quingentis sibi promissis, & non solutis per parentes sponsi, vnde prædicta fortius procedere videbantur excipiendo, ex regula: Cui damus actionem, tantò magis damus exceptionem, quæ quidem exceptio cum sit iuris, orta
5 ex eodem fonte, & insita actioni, poterat opponi, non obstante pacto de non opponendo, *Fel. in cap. ex parte, nu. 26. de offic. deleg. Bart. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam.* & in fortioribus terminis *Mil. decis. 9. num. 1. lib. 2.* Præterea ex prædictis decisionibus ori-
6 tur illa exceptio (Itidē iuris) quæ potest opponi contra instrumentū habēs exequutionem paratā, videlicet *(dolo facis petere quod restituturus es) Alex. in d. §. & parui. Roder.*

Suarez

Suarez in l. post rem iudicatam, nu.
7 *45.ff.de re.iudic. in 2.par.* nec iuramentum in contractu adiectum obstabat, quia fuerat interpositum contra legem, quæ emanauit in odium certarum personarum vt hic secundum *Abb.in cap.super eo, nu.4.de vsur.* Item quia promissio est contra bonos, & propterea nõ obligat iuramẽtum in ea interpositum, vt dicit *Bal.in rub.C.de vsur. quem sequitur Corn.cõs.159.vol.3. Midan.d.decis.9.lib.2.Scrafi.de priuileg.iuram.priuil.61.nu.12.* & faciebat quia in casu isto obtẽta fuerat absolutio à iuramento per conuentam *ad not.per Capic.decis.175. quem allegat Bongiorn. ad hoc super. Rit.cap.6.* vbi ait, quòd Iudex non tenetur obseruare tale iuramentum, immo potest cogere partem ad remittendum; qua propter fuit iudicatum, quòd oppositiones starent, de anno 1599. & interloquutoria transiuit in rem iudicatam, quia per partes fuit impositũ perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Aes alienum deducendum est in taxatione legitimæ.*
2 *Vita, & militia taxatur ad instar legitimæ.*
3 *Feudum dicitur feudatarij sicut vsus fructus.*
4 *Legitima taxatur deducto ære alieno legitimo & necessario, & num.7.*
5 *Dos de paragio taxatur deducto eo, quod legitimè debetur super feudo.*
6 *Onus seruitij militaris non deducitur in taxatione dotis de paragio.*
8 *Frater potest cogere Baronem fratrem, vt sibi iura cedat ad excludendas subiugationes existentes super feudo.*
9 *Vita & militia taxatur attento valore redditunm feudi.*
10 *Dos de paragio non debetur super feudo quod reperitur alienatum.*
11 *Dos de paragio augetur recuperato feudo alienato.*
12 *Exceptio resolutionis dominij non admittitur in prima instantia.*
13 *Baro tenetur ad onera si pretium fuit cõuersum in vtilitatem Baroniæ.*
14 *Feuda quoad melioramenta obligantur.*
15 *Crauet. conf.141. declaratur.*
16 *Donatio in fraudem filiorum facta reuocatur vsque ad legitimam.*
17 *Frater in taxatione legitimæ an debeat expectare liquidationem æris alieni.*

ARGVMENTVM.

In taxatione dotium de paragio, an sint deducenda onera illegitima.

DECISIO LXIV.


Acta taxatione vitæ, & militiæ debitæ D. Carolo, & Don Baldassari de Termine super Baroniis Berrabaidæ, & Calamonaci parte incitata per Reg. Cur.Præt. iuxta practicã Regni ad vnc.1570. fuit eius vigore in eodẽ Tribunali causata exequutio contra Baronem, qui licèt de multis se opposuerit, tñ tota difficultas fuit redacta in vnica tãtũ exceptione, videlicet

videlicet si in taxatione prædicta deducendæ essent plures subiugationes debitæ super dictis Baronijs tanquam æs alienum prout in
1 legitima ait *tex.in l.Papinianus, §. quarta, ff.de inoffic.testam.* maximè cum onera prædicta sint ex titulo oneroso *Cagnol.ibi num.*10.& quo ad taxationem vita,& militia legi
2 timæ æquiparatur, *Loffred.in cap. 1.§. qui vero de inuestit. de re alien. fact.Vincen.de Franc.decis.*61.*Petr. de Gregor.in tract.de vita, & milit. quæst.*2.*& quæst.*7.*nu.*4.*& in tractat.de dot.de parag.quest.*2.*num.*8. & tenent omnes scribentes in Regno;Dicebant fratres,quod onera prædicta erant illegitima,quæ feuda non afficiebant, nec respectu feudorum dici poterant æs alienum; feuda enim erant ex pacto, & prouidentia Principis,quæ tan-
3 tum sunt feudatarij dum viuit, sicut vsusfructus,secundum *Andre. in cap.*1.*§. donatio, qual. olim feud. poter.*& feudistę omnes, & eo mortuo effecta fuerunt caduca,& omnia iura, & obligationes extinctę, *ad not.in l. lex vectigali, ff.de aqua pluu. Petr.de Gregor.de Iudic.caus. feudal.quæst.*18.*nu.*13.*& seq.*cum alijs per eum adductis, & sunt cõclusiones claræ, & indubitatæ, & propterea possunt exceptionẽ remoueri *ad tex.in l.vel obligatis, ff. de liberal.caus.*ibi[*obligatum accipere debemus si exceptione tueri se non potest; cæterum si potest, dicendum est,non esse obligatum*] *Afin.de execut.cap.*12.*nu.*2.cum alijs per eum relatis; Item dicebant quod sicut
4 legitima debetur deducto ære alieno necessario,& legitimo,vt dixit *Crauett.cons.*141.*nu.*5.vbi reddit rationẽ, quia alias daretur occasio fraudandi filias legitima; & ita refert fuisse iudicatum, & hãc opinionem non habere contradictorem, *Surd.cons.*216.*nu.*14.vers. Intelligendo tamen; ita & fortius videbatur dicendum in casu isto, secundum *Petr. de Gregor.in tract. de dot.de parag.d.quest.*2.*nu.*8.quia subiugationes deducendæ, respectu feudorum prædictorum ex pacto, & prouidentia Principis fuerant pro causa illegitima impositæ,& propterea dicebantur ęs alienum volũtarium quoad baronem successorem,non autem verum, & necessarium, pro quibus feudum rectè dicatur obligatum, secundũ *Crauett.Surd.& Petr.de Grego.in locis præallegatis*,& melius idem *Petr.de Gregor. in eod.tract.quæst.*28. *num.*6.vbi expressè decidit, quod taxatio dotis de paragio, quæ in
5 hoc procedit ad instar vitæ,& militiæ,taxari debeat attẽtis facultatibus dotantis, deducto prius ære alieno annexo pro onere ipsius feudi, prout ibi ponit exemplum de alijs oneribus vitæ,& militiæ,dotium de paragio & similibus one-
6 ribus legitimis;in tãtum quòd excludit onus seruitij militaris,quia illud debetur tanquam tributum ex forma,& pacto priuilegij ab initio concessionis,& tamen est adeò priuilegiatum, vt dixit idem *Petr. de Gregor. in tract. de conces.feud.p.* 8.*quæst.*2.*num.*14.& propterea illud æs alienum,quod non est annexum pro onere ipsius feudi,nõ deducitur

ducitur secundum eum, & idē sentit *Ioan. Aloys. de Septimo in terminis vitæ, & militiæ in quodam suo cons. quod a l pēnam vidimus, incip. Cor mundum crea*. Præmitto duas quæstiones, vbi *in 2. q.* tractat, quę onera sint deducenda à feudo, & semper loquitur, & exemplificat in oneribus, quæ respiciunt feudū, vt facit *Petr. de Grego.* quorum dicta in Regno habentur pro lege, vt dixerunt *Doct. nostri Regnicolę*. Prætεrea in terminis legitimę fuit
7 allegatus *Paul. de Montepico in l. in quartam, num.* 170. *ff. ad l. Falcid.* vbi ait, quòd filio petenti legitimam, si forte hæres scriptus moram faciat, asserendo in hæreditate extare plures creditores, quib. ante detractionem sit satisfaciendum, quòd tali casu, si filius offerat se paratum, recepta legitima, satisfacere pro rata creditoribus hæreditarijs, & fideiussores præstet, cogendus erit hæres portionem legitimam illi assignare, non expectata vlterius liquidatione æris alieni, *ad text. in l. cum hæreditas, ff. ad Trebelli.* & subdit, quod & si aliàs tenuerit contrarium, tamen tunc non viderat illum text. & si vidisset fortè res aliter fuisset decisa per Senatū, idem sequutus est *Rip. ibidem num.* 216. vbi ait hanc opinionem esse magis ęquā; & post eos *Vincen. de Franc. decis.* 127. qui hanc quæstionem ponit, & adducit rationes ad vtramque partem, & licet ibi dicat, quod hoc non fuerit determinatum per Sacrum Consilium, quia visis per eum distinctè oneribus accedente partium consensu fuerat causa cōcordata, nihilominus ipse inclinabat in hanc opinionem pro filio prout alij D. de Consilio, & respōdet ad contraria adducta per dictum de Montepico, plura alia cōsiderando, vt ibi per eum. Sed ex aduerso dictum fuit, quòd omnia onera deducenda erant, quia dum non adsunt sententiæ declaratorię super eorum illegitimitate, soluūtur per Baronem de anno in annū; & aequum non esset, quòd Baro solueret subiugatarios, & fratres haberent eorum vitam, & militiam immunem, & liberam à prædictis oneribus, in tantum, quòd nil remaneret pro Barone: & si dicatur onera esse illegitima, & quod negligentia Baronis in eis excludendis à feudo non debeat fratribus nocere, poterunt petere, vt sibi ce-
8 dantur actiones pro declarari faciendo subiugationes Baronias nō afficere, vt inde vna cum expensis integrè persoluatur, *ad not. per Crauett. cons.* 109. *num.* 8. vbi quædam Margarita petebat legitimam ab hærede vniuersali super bonis matris, cuius fideicommissi erat delatum, & quærebatur an pro rata fideicommissi non exacti teneatur hæres? & determinat ibi *Crauett.* hæredem tantum posse cogi, vt cedat actiones, & quidem pulchra ratione; nam cum in hæreditate sint tantum actiones pro petendo fideicommisso, non debet obligari ad supplendum legitimam, nisi quatenus est in hæreditate: ita dicendū erat in casu isto, quia in Baronijs nihil est de prædictis reddi

tibus,

tibus, sed tantum actio pro eis excludendis. Item faciebat, quod vi-
9 ta, & militia taxatur attento valore redditiuum feudi, qui per Baronem percipiuntur, vt dixit *Andr. & Affl. in consti. Comitibus, et Petr. de Greg. in d. tract. de vita, & milit. quæst. 3. & quæst. 10. & 11.* & sic ratione fructuum, in tãtum, quòd si feudum non faciat fructus, quia fortè esset alienatum, tunc non debetur, nec vita, & militia, nec dos
10 de paragio, vt concludit idem *Petr. de Greg. in tracta. de dot. de parag. quæst. 24.* quia tunc primogenitus non habet nisi ius recuperandi feudum ex persona propria, & sic ius incorporale, ex quo fructus non percipiuntur, nec renascuntur, est benè verum, quod eo recuperato
11 dos augetur, & retaxatur, vt post alios dixit *D. Ioann. Franc. de Pont. in cons. 79. num. 28. & 29.* & propterea cum Baro in casu isto non percipiat redditus nisi deductis oneribus, & subiugationib. ex quibus non percipit fructus, sed tantũ habet ius eas excludẽdi, de quo iure nulla est habenda consideratio in taxatione prædicta, certè dici non poterit, quod vita, & militiã istorum fratrum taxari debeat eis prius non deductis, quæ vt dictum est diminuunt redditus Baronis. Rursus confirmari videbantur prædicta, quia in prima instantia Baro cogitur effectiuè soluere stante priuilegio Bullæ, ac Regiæ Pragmaticæ reijcientis omnes exceptiones; nam exceptio ista re-
12 solutionis dominij non admittitur, vt dixerunt *Petr. de Gregor. de censib. quæst. 6. Milanen. decis. 17. num. 20. & decis. 1. nume. 157. par. 2.* Et in secunda instantia adhuc non constabat subiugationes impositas fuisse ex causa illegitima, quia posset probari, quod pecuniæ fuissent cõuersæ in vtilitatẽ Baroniæ, vel maioratus, putà pro solutione seruitij militaris, pro maritagio alicuius filiæ, & similiũ; & tali casu probata cõuersione per cre-
13 ditorem, successor maioratus tenetur, licet ad aliud fuerit mutuata pecunia, vt dixit *Anton. Quesad. in suis quæst. quæst. 32. num. 23.* modus enim nõ inspicitur, sed effectus, adeò quod si creditor contraxit cum prædecessore Baronis, licet denuntietur causa legitima, tamen ea non sufficit, sed probanda est conuersio in vtilitatem Baroniæ, vt post multos refert *Merez. de Maior. par. 4. quæst. 22. num. 7. fol. mihi 505.* ergo probato effectu licèt non enuntietur causa legitima, Baro tamen est obligatus. Item in Baronijs possent adesse melioramenta, vnde feuda re-
14 maneant obligata ratione illorum, *Menoch. cons. 662. vol. 7.* & ideò non videbatur de his aliquo modo haberi posse rationẽ in hoc iudicio summario, quæ tamen vt dictum est, requirunt altiorem indaginem, ad *tex. vbi Doct. in l. filia, quæ. §. si de testamento, ff. ad Trebellia.* & ex prædictis cessare videbantur obiecta ex aduersò circa extinctionem, & resolutionẽ onerũ ob successionem noui feudatarij. Item minus resistebat, quod vita, & militia taxanda erat deducto

ære

ęre necessario, & legitimo; quia vt dictum est plenè non constabat in processu de huiusmodi illegitimi-
15 tate onerũ, nec *Crauett. in d. consil.* 141. loquitur in omni ære alieno,
16 sed tantum in donatione facta in fraudem filiorum, ideoque vsque ad legitimam reuocatur, & propterea eam non minuit, *tot. ti. C. de inoffic. dona.* & declarat idemmet *Crauett. in consil. 165. num. 5. & 6. Ceph. consil. 393. nu. 110. cum plur. sequen.*

Postremò pro hac opinione adducebatur doctrina eiusdem *Pauli de Montepico ex aduerso allegati in d. nu. 170.* vbi Senatus iudicauit
17 non teneri hæredem tradere legitimam filio ante factam æris alieni liquidationẽ etiam si filius offerat fideiussionem de restituẽdo, sed iussit hæredem liquidare intra tempus sibi statutum, & sequitur *Surd. d. consf. 248. nu. 17.* vbi refert ita pluries fuisse per Senatum determinatum, *& num. 24.* respõdet *ad text. in d. l. cum hæreditas, ff. ad Trebell.* qui mutauit opinionem dicti de Montepico. Discusso hoc puncto inter nos, quod non modicam habuit difficultatem ex controuersia Doctor. vt aliàs adnotaui *ad Pet. de Grego. in d. tract. de dot. de parag. quæst. 36.* in apostilla satis ante decisionem huius causæ, tandem determinauimus, subiugationes, quæ ex facie ipsius instrumenti apparebant illegitimæ, non esse deducendas, reliquas verò deduximus reseruando iura fratribus, casu quo fuerit declaratum eas non afficere Baroniam, die 7. Februarij. 1599. & sententia fuit per partes approbata, & transactio finita; & ita etiam fuit pluries iudicatum in alijs causis tã in M. R. C. quam in Consistorio, & præcipuè pro Barone Solanti, & hodie pendet iudicium inceptum per Baronem ad excludendas subiugationes, vt dixi in decis. 14.

SVMMARIVM.

1 *Linea vnius perdurante non fit transitus ad lineam alterius.*
2 *Monasterium non excluditur à substituto, & quando.*
Et quid viuente filia monasterium ingressa, num. 3.
4 *Testator quando præsumatur voluisse monasterium excludere.*
5 *Fideicommissum renuntiari potest, & num. 9.*
Amplia in fideicommisso conditionali, num. 6.
7 *Renuntians expellitur à iudicio.*
8 *Renuntiatio quando extendatur ad iura competentia de futuro, & num. 10.*
11 *Renuntiatio facta per ingredientem monasterium dicitur realis.*
Nec rescinditur stante læsione numer. 12.
Nec si renuntians esset minor, numero 13.
14 *Renuntians fauore masculorum, eis mortuis, admittitur.*
Limita num. 15. 16. & 17.
18 *Renuntiatio facta per ingredientem monasterium cum eius consensu ante rescissionem semper obstat.*

AR-

ARGVMENTVM.

Monasterium quando excludatur à substituto, & quid viuente filia monasterium ingressa, & an renuntiatio per eam facta extendatur ad bona fideicommisso subiecta.

DECISIO LXV.

Michael de Milana senior fecit fideicõmissum in donatione vocando tres eius filios, quos tunc habebat, qui dictum fideicommissum confirmauerunt, & mortuis duobus ex eis omnia bona peruenerunt ad Marianum, ex quo fuerunt nati duo filij, Michael Iunior, & Francisca; ex Michaele orti fuerũt plures filij, tres masculi, & tres feminæ, quæ in ingressu monasterij renuntiauerunt in larga forma; quibus omnibus mortuis, remanserunt tantummodo duo ex dictis filiabus fœminis monialibus in monasterio Sãctiss. Saluatoris, quæ adhuc viuebant; ex Francisca verò veniebat D. Elisabetta Monzuni, quæ dicebat se esse vocatam in dicto fideicommisso, & obtinuit in Curia Archiepiscopali, inde per Tribunal Regiæ Monarchiæ aliter decisum, & introducto processu via appellationis ad iudicem Ecclesiasticum cum voto Consistorij dicebatur ex parte monasterij, quod præsupposito fideicommisso, si bona ipsa fideicommisso subiecta ex vocatione peruenerunt ad vnum, durante

1 illius linea non fit reuersio ad lineam alterius, donec linea primi duret ad instar successorij edicti, ita consuluerunt *Abb. cons. 85. & cons. 60. num. 17. lib. 1. Paul. de Castr. cons. 164. lib. 2. Paris. cons. 12. num. 102. lib. 4. Tiraq. de primog. q. 40. num. 156.* & quamplures alios allegat *Molin. lib. 3. de primog. cap. 6. num. 29. & vltra eum Cels. Vgo in cons. 49. num. 22. D. Marchio. de Pont. cons. 47. nu. 7. Ceph. cons. 656. nu. 50. Peregrin. de fideicom. arti. 20. num. 8. & arti. 22. nu. 24. Menoch. lib. 4. præsumpt. 88. num. 11. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 4. quæst. 4. num. 19.* & sic verum erat dicere, quod donec durabat linea Michaelis iunioris, ista de Munzone, quæ veniebat ex linea Franciscæ non erat vocata, nec ad fideicommissum poterat aspirare. Itẽ quia Monasterium capax bonorũ temporalium prout erat istud de quo agebatur, non excludebatur à substituto; imo Monasterium excludebat substitutum non obstante quacũque forma in substitutione adiecta, quia testator Monasterium

2 non potest excludere, *ad text. in §. sed, & hoc præsenti, in Auth. de Sanctissim. Episc. quæ est nouella 123. ex quo desumitur alius tex. in auth. nisi rogati, C. ad Trebellia. & de iure Canonico est tex. in ca. in præsentia, de proba.* & licèt inter Docto. sit controuersia: an Monasterium sit loco filij, vel hæredis; & an viuente filia Monasterium excludatur, vel nõ; nihilominus ad hoc, quod habeatur loco filij ad effectũ, vt perpetuo

petuo substitutus remaneat exclu sus, faciebant iura præalleg. circa quorum intelligentiam Doct. moderni, qui articulum pertractant, & præsertim post omnes *Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. & Peregrin. de fideicom. art. 28. & arti. 52. & Doctissimus Dominus meus Regius Consiliarius Carol. Tappia in auth. ingressi, cap. 13. num. 18. fol. mihi 470.* in hoc cōueniunt, quod si testator verbis expressis, vel probabilibus coniecturis Monasterium excluserit, quod remaneat exclusum, & succedat substitutus; sed nec *Menoch.* nec alij discordant in alio casu, videlicet viuēte filia, quæ fuit ingressa Monasteriū, quia data capacitate Monasterij omnes cōcludunt, quod isto tempore Mo-
3 nasterium excludat substitutum, ita tenet *Couar. varia. resol. lib. 1. c. 19. num. 7. Ias. consil. 212. lib. 2. Rol. cons. 99. num. 21. lib. 2. & consil. 35. num. 11. & 12. & 24. in tertio vol. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 13. nu. 71. cum sequen. Bursat. cons. 97. num. 23. in 1. Rimin. Iun. consil. 270. num. 6. in 3. lib. Sforz. Odd. in tracta. Compendiosæ, par. 6. fol. 200. vers. regula igitur. Hondel. consil. 62. nu. 15. & seq. lib. 1. Ioan. de Montesperel. consil. 252. Viui. comm. opin. 480. & seq. D. Carolus Tappia in loco præallegato num. 49. & latissimè omnium Peregrin. d. art. 28. num. 81. fol. 265.* vbi dicit, quod durante vita nemo discrepat, & licèt in contrarium allegentur multi Docto. *per Caualc. decis. 1. in 3. par. & Menoc. d. præsumpt. 83. Vincen. de Frāc. decis. 29.* & alij; nihilominus isti Doct. omnes non loquūtur durante vita ingressi, sed tantummodo in illa prima conclusione, an Monasterium sit loco filij; in quo puncto, vt dixi, vera resolutio est illa, quod vbi probabilibus coniecturis constaret testatorem voluisse excludere Monasterium, quòd tūc Monasterium excludatur, & succedat substitutus.

Minus obstabant coniecturę ex aduersò deductæ ad probandam
4 istam testatoris voluntatem circa exclusionem Monasterij, & primò quod testator dixit (*si decesserit sine liberis ex suo corpore, & de legitimo matrimonio procreatis*) nam in isto casu maxima est Doct. controuersia, an voluerit testator excludere Monasterium vel non; & articulus est ita inuolutus, & opiniones ita discordes, vt pro vtraque parte adsint multi Doct. qui dicūt de communi, & eo deuentum est, vt dicant Doct. Iudicem posse inherere vni, vel alteri opinioni, prout sibi placuerit, vt refert *Caual. in d. decis. 1. num. 7. in 3. p. & Menoch. d. præsumpt. 83. in 1. coniectura, nu. 27.* allegat plures in fauorem substituti, *& deinde numer. 29. & 33.* vers. cæterum aduersus hanc allegat infinitos in contrarium, & latissimè *D. Carol. Tappia in præall. loco num. 12.* & licèt *Caualca. ipse & Menoch.* tenuerint pro substituto, tamē *Caluac. sub nu. 31.* circa finem, dicit magis communem esse contra eos; Item non obstabat alia coniectura, quòd post omnes substitutos erat vocata pia causa, *ex Menoch. d. præsump. 83. in fin. vers. declara-*

declaratur decimo,& D.Carol.Tappia num.29. nam dictũ fuit, quod hodie non agebatur cum alia pia causa; item quia testator non poterat excludere Monasterium, secundum *Peregrin. d.art.28.nu.84.* Sed ex aduersò dicebatur, quod quidquid sit de prædictis conclusionibus, tamen in casu de quo agebatur aderant renuntiationes amplissimæ factæ per dictas sorores existentes in monasterio D. Michaeli eorum patri præsenti, & stipulanti pro se, & suis hæredibus de omnibus eorum bonis mobilibus, stabilibus, &c. in largissima forma, nec non in specie omnibus substitutionibus, fideicommissis, legatis, donationibus, ac omnibus, & vniuersis iuribus ad dictas sorores quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, de præsenti, præterito, & futuro, cum similib. alijs verbis generalibus, quo fiebat, quod cum fideicommisso possit renunciari, *ad tex. in l. cum proponas, C. de pac. l. de fideicõmisso, C. de transact. Osasc. decis. 112. nu. 16. & in terminis fideicõmissi, Crauett. conf. 24. nu. 4. Marzar. de fideicom. q. 59. Decia. respon. 39. nu. 42. cum seq. vol. 2. Burs. conf. 195. nu. 11. lib. 2. à Gãma. deci. 264.*
5 vbi dicit fideicommissum posse renũtiari, & talem spem donari posse, quæ conclusio procedit etiam
6 in fideicommisso conditionali, & de futuro. *Grat. resp. 60. lib. 1. Marzar. in d. quæst. 59. Menoch. consil. 87. nu. 27. cum seq. de communi testatur Gabr. lib. 4. titu. de Fideicommiss. conclus. 1. num. 22.* ideo stantibus prædictis renunciationibus nul-
7 lus dari debebat regressus, *ad text. in lege quæritur, §. si venditor, ff. de ædil. edict. Decian. respon. 29. nu. 72. vol. 2. Menoch. conf. 80. nu. 50. Gab. conf. 127. num. 6. Rol. conf. 28. nu. 4. & conf. 110. num. 24. lib. 4. Bec. cõsil. 34. nu. 12. optimè Pancirol. consi. 114. num. 3. & 4.* & licet regulari-
8 ter renuntians omni iuri competenti, & competituro intelligatur tantummodo renunciasse iuri de futuro ex causa de præsenti competente, ex traditis per *Cagnol. in l. 1. num. 80. C. de pact. & ibi Zuccard. nu. 159. cum alijs mille relatis per Turett. consi. 65. num. 8. volu. 1.* tamen in casu isto cessabat prædicta difficultas, quandoquidem dictæ sorores omnibus, quæ in futurum, & in perpetuum possent eis obuenire renuntiauerunt, & sic nõ solũ iuribus de præsenti, sed de futuro, vt ex lectura dictarum renuntiationũ apparebat, quo casu post infinitos concludit *Menoch. in d.*
9 *conf. 87. num. 20.* fideicõmisso fuisse renuntiatum, cum verba renuntiationis nil aliud operari possent, & idem voluerunt *Matt. Brun. cõsil. 43. Becc. consil. 111. nume. 26. Turett. in d. consil. 65. num. 14.* & maximè stantibus verbis renũtia-
10 tionum prægnantibus, quo casu etiam iuri de futuro competenti renuntiatum esse determinãt *Menoch. in d. conf. 87. & consi. 289. nu. 5. & conf. 237. nu. 3. lib. 3. & consil. 335. lib. 4. & ante eum Port. consil. 142. Dec. consil. 345. num. 3.* qui in specie considerant, & perpendunt clausulas renuntiationum de quibus agebatur, & esse magis com-

O munem

munem opinionem refert *Turett. in d. conf.65. nu.6.* licèt in hoc vltimo adsint multi Doctor. contrarium tenentes, vt post alios dixerunt *Honde. conf.29. numer. 70. Surd.decif.14.* tamen vt dictum est ex facto præsentis causæ cessabat prædicta Docto. controuersia in tantum, quod ex dictis verbis generalissimis, & vniuersalibus videbatur saltem in genere cognitum de fideicommissis, adeò quod non requirebatur altera certioratio, vt latè ostendunt *Menoch. dicto cons.335. lib.4. Bec. cõs.108.Surd. conf.267.lib.2.*

Accedebat in causa ista, quod renuntiationes factæ per istas sorores moniales tempore ingressus monasterij erant reales, volentes
12 (vt in ipsis renuntiationibus asserebatur) mundum relinquere, & Deo seruire, & se de omnibus, & singulis eorum bonis temporalibus vndecumque acquisitis, & acquirẽdis spoliare, cum Aquiliana stipulatione; & cum pacto de aliquid non petendo; & meritò omni tempore, & loco nocebat renuntiatio ipsa, vt dixit *D. Vinc. de Franc. in decis. 375. qui allegat cõs. Minad.22.* & ante eum *Couar. 3. par.relect.§.3.vers.9.* Hinc dicunt Doct. quod renuntiatio facta à filia professura religionem hereditatis paternæ, non poterit aliter rescindi ex eo prætextu, quod enormissima interueniat lęsio, *Dec.cõs. 31.col.pen.ver. non obstat.Crauett. conf.160.col.1.Couar. in 3. p. relectio.c. quãuis pactũ,§.2. nu.5. Vasq. de suc cessio.resol. lib. 2. nu. 116. & nu.130.* vbi ait ita de consuetudine seruari, *Molin.de primog.Hispa. lib.2.cap.3. num. 27. & num. 33.* qui subdit hoc procedere etiam si
13 renuntians esset minor, *Menoch. lib.4. præsumpt. 83. num.18.*

Nec obstabat id quod ex aduerso adducebatur, quod hæc renuntiatio facta fuerat patri per ingredientem Monasterium, qui habebat filios masculos, quo casu respectu masculorum facta censeatur, in tantũ quod eis mortuis admit-
14 tatur renũtians non obstante tali renuntiatione, vt consuluerũt *Baldus conf.437. in 2. dub.lib.1. Ang. consil.52.col. fin. Paris. consil. 3. in fin.lib.2. Crauett. conf.42. Loffred. in cap.1.col.12. de nat. succes. feud. D. Io. Franc.de Pont. in cõs.39. Ioã. Anton. Lanar. conf.49. Surd. consil.244. vol.1. & decis.252.num.4. Honded.d.conf.29.num.7. D.Ioann. Baptist. Cost. in tract.de iur. & fact. ignor. centu.2. distinct.50.num.16.* qui alios quamplures allegat.

Nam dictum fuit, quod prædicta conclusio non procedebat in casu isto in quo renuntiationes fue-
15 runt reales, vt supradictum est ex *Vinc. de Fran.* qui refert ita fuisse iudicatum, & fuit eadem causa cõtra quam consuluit *D.de Pont. in alleg.cõs.39. & voluerunt Couar. & Vasq. per eum relati*, & est cõmunis opinio, de qua per *Sforz.conf. vlt. nu.33. & 34.* vbi dicit talem renũtiationẽ esse factam in fauorẽ omnium agnatorũ, & transuersalium, maximè stante amplitudine clausularum in renuntiatione appositarum; vt post alios declarat prædictam.

ctam conclusionem *D. Costa. in d. distin.50.num.18.& seq.*

Rursus prædicta conclusio non procedebat hic;nam Michael, qui receperat renuntiationem, testa-
16 tus fuit,quo casu monialis renuntians semper dicitur exclusa, *ex eod.D.de Pont.in d. consil.39.nu.2. & cons. 40.nu.6.ver.caut loquitur.*

Postremò respōdebatur, dato, quod prædicta conclusio esset vera,illa tamen non procederet si fratres morirentur viuente patre, de
17 cuius hæreditate agebatur, secus quando superuixissent, & post mortem patris decessissent, prout in casu isto; quia tunc renuntiatio nocet etiam deficientibus masculis, vt dixerunt *Dec. in d. cons. 31. numero 5. Marant. in 10. disputat. numero 15. Capic. decisio. 190. numer. 20. Vrsil. decis. 161. num. 5. Michae. Cras. lib.1. com. opin. cap. 10.quæst.2. in fin.* vbi testatur hanc esse communem opinionem,& de communi etiam testatur *Honde.in d. consil.29.nu.80.*

Prædicta omnia confirmari videbantur, quia dictæ renuntiationes fuerunt approbatæ per D. Abbatissam Monasterij vnà cum omnibus monialibus, & quidem cum iuramento, vndeadhuc dictis renuntiationibus non rescissis non
18 poterat aliquid allegare dictum Monasterium, *Rebuff. in tract. de rescissio. contrac. arti. vnico, glo.4. num.7. Ioan.Gutier. de contract. Iura. cap.2. num. 29.* vbi refert ita fuisse decisum, & propterea facta longa discussione in Consistorio fuit votatum bona prædicta fideicommisso subiecta spectare ad dictam actricem excluso Monasterio,die 14. Augusti 1599.

SVMMARIVM.

1 *Oratio vnica dicitur quando regitur vnico verbo.*

2 *Qualitas posita inter plura debet omnia pariter qualificare.*

3 *Rub. inducitur ad decisionem causarum,& quando, num.19.*

4 *Clausula in fine posita ad præcedentia refertur,& quando,ibidem,& num.12. & num.20.*

5 *Ritus dispositio fundatur in conclusione,non in præsentatione.*

6 *Instantiam perpetuari correctorium iuris est.*

7 *Statuta Regni abbreuiantia instātias causarum sunt fauorabilia.*

8 *Instātia causarū in Regno est biennij.*

9 *Prag. vnica de instan. causa declaratur.*

10 *Instantia in Regno perpetuatur,& in quibus causis.*

11 *Instantia perempta quando pereat ius, & causa.*

13 *Instantia de iure communi est triennij,in causis principalibus,& anni vnius in causis appellatis.*

14 *Ritus 184. declaratur.*

15 *Causæ appellationum post præsentationē processus in Consistorio non transeunt in Hermodigium.*

16 *Consuetudo probatur per binas sententias latas.*

17 *Consistorium S.R.C. an repræsentet Consistorium Principis.*

18 *Auth. sed lis, non procedit si causa committitur per Principem suis auditoribus.*

21 *Causa feudales non comprehenduntur sub dispos. Reg. prag. de instan. caus.*

22 *Causa feudalis pacti de retrouendendo habet suam instantiam, & modum procedendi particularem.*

ARGVMENTVM.

Causæ conclusæ in M.R.C. non transeunt in Hermodigium, idem in causis appellatis à Curijs inferioribus, si infra tempora fuerit processus præsentatus, & quid in causis feudalibus.

DECISIO LXVI.



IN anno 1593. fuit facta petitio per Donnam Aleonorã Campulo, Russo, & Spatafora, vt filiam primogenitam, & hæredem quondam Alphonsi Valdaxi Baronis Martinorum contra Don Ioannem, & Vincentium Valdaxi, Russo, & Spatafora, vt via spolij de antiquo, & remedio Can. reintegrãdæ, restitueretur, & reintegraretur in possessionem dictę Baronię, & aliorum feudorum, in qua petitione in primo iudicio, & corã Iudicibus Curiæ Straticotialis ciuitatis Messanæ succubuit, & cum fuisset appellatum ex parte Donnæ Aleonoræ ad M.R.C. & infra tẽpora præsentatus processus, & cõclusũ in causa in anno 1586. & iterum in anno 1588. & in causa procedi ad vlteriora prætenderetur per Don Franciscum Campulo hæredem Donnæ Aleonoræ, fuit missum ad effectum ad instantiam Don Aluari filij Don Vincentij, quod vtique prædictæ conclusiones, contumacia ad prosequendam causam, & collatio declararentur nulla, & inualida; quia instantia causæ iam erat perempta, & acta prædicta facta reperiebantur post peremptam instantiam, & ex forma Rit. 184. ad euitandum Hermodigium requiri infra tempora instantiæ causas esse concludendas; & ex parte D. Francisci fuerunt missæ scripturæ ad contrariũ effectum conclusiones illas factas fuisse non ad perpetuandã instantiam, quandoquidem Ritus prædictus requirit conclusionem in causis principalibus inchoatis in ipsa M.R.C. in causis verò appellatis prout erat ista ex dispositione eiusdemmet Ritus sufficere præsentationem processus, in tantum quod facta præsentatione instantia numquam perijt, & ita fuit determinatum per M. R.C. declarãdo acta prædicta valida; Causa deuoluta via reuisionis ad Consistorium ex parte Don Aluari dicebatur, quod rubri. Rit. prædicti sub vnica oratione, & vnico verbo, & cum dictione copulatiua (&) determinat quod causæ appellationum, & principales debent concludi ne transeant in Hermodigium; nam vnica dicitur oratio, quando vtrumque regitur vnico verbo, *Bart. in l. re coniuncti, nu. 12. ff. de leg. 3.* post alios *Honde. consil.* 1

consi.4. nu.32.lib.1. & cons.4. nu. 12.lib.2. vbi ex hoc concludit, qđ ideò vna qualitas ibi apposita qualificat, & pariter determinat vtrũque; nam qualitas posita inter plura, quæ in eadem oratione reguntur
2 tur ab eodem verbo, debet omnia pariter qualificare, ad tradita per *Bar. Soc. & Corn. relatos per Honde. d.cons.4.nu.14.22. & cõs.8. nu.33. lib.2. Menoc. de præsump. lib.4. præsum. 180. Bimi. cons.93. numer.15. & seq.* & Rubr. potest deduci ad decisionem causarum, quando ha-
3 bens orationem perfectam est certa, & nigrum est dubium, secundũ *Bologn. in l.1. ff. si cert. peta. nu.40. & in rubr. ff. quod quisque iur. nu.9.* prout erat in casu de quo agebatur, quia Nigrum Ritus erat incertum & dubium, circa hoc, si in causis appellatis sufficeret præsentatio, an verò requiratur conclusio; & si clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia: Rubrica verò erat certa, vt supradictum est. Rursus prædicta opinio confirmari videbatur ex nigro dicti Ritus (cuius verba hic subnectenda esse cẽsui postquam agitur de eius interpretatione,) videlicet, *(Item volumus, quod causæ appellationis post præsentationem processus in M. R.C. non transeant in Hermodigium Nec etiam causæ principales in M. R.C. de successio. resol. lib. 2. nume. 116. & num. 130. incboatæ, si infra terminum, secundum Ritum antiquum hactenus obseruatum, concludantur)* stante illa clausula ibi
4 apposita (si infra terminum, &c.) quæ ad omnia præcedentia refere-

batur *ad tex. in l. talis scriptura, ff. de leg.1.* cum simil. adductis per *Gabriel. de clausul. conclusi. 9. in princip. Menocb. d. præsumpt. 180. & 181. & Honde. in præalleg. cõs. 4. num.2. lib. 2.* vbi ait, quòd hæc regula destruit illam, quod relatio fiat ad proxima, *& consil.29. num. 27.* & alibi pluries; & procedit etiam in materia odiosa, statuaria, & exorbitante, *Ias. in l.1. C. de lib. præter. Capic. d. decisi. 108. num. 14. & 16. Menocb. d. præsumpt. 181. num.4. Honde. consi.64. num. 15. & 16. Surd. consil. 379. num. 1.* maximè quando non adesset diuersa ratio secundum Doct. præallegatos, qui latissimè tangunt materiam, & dispositio Ritus fun-
5 datur in cõclusione, non in præsentatione propter vim conclusionis, quia partes concludendo quo ad eos dicuntur fecisse quidquid potuerunt, adeo quod iustè instantia debet perpetuari, quam rationem considerant *Montal. & Pancal.* ibi & *D. Muta ibidem numero 1.* per dictionem *(neque)* & prædicta ratio conuenit vtrique casui tam in causis principalibus, quam appellatis, & tantò ma-
6 gis clausula prædicta ad omnia præcedentia referri debebat ad euitandum correctorium iuris quod instantia perpetuetur, *ad text. in leg. properandum, C. de*
7 *iudic.* & faciunt statuta Regni, quæ abbreuiant instantiam, & sunt fauorabilia, vt lites finiantur secundum Doct. quos refert & sequitur *Sforz. Odd. cons.11. nu. 53. cum seq.*

Postremò faciebat *Pragmat.R.-gia, sub tit.de inst.caus.nam per Cap. Carol.V. sub num.* 198. *incip. liti-*
8 *ganti instantiæ causarum fuerunt redactæ ad biennium*, & cum fuisset dubitatum si stãte d.cap.esset correcta dispositio Ritus,quod causæ conclusę non transeant in Hermodigium, habita cõsultatione cum
9 Imper.fuit condita dicta Pragmatica, quòd tam causæ appellationum, quàm causæ principales sufficerent concludi iuxta Ritum, & sic videbatur declarata dispositio Ritus, quòd in vtroque casu requiratur conclusio in causa, & licèt in d. cap. fuerint exceptuatæ causæ feudales, tamen exceptua-
10 tio operabatur quoad terminum instantiæ, vt remaneat,prout ante erat triennij in primo iudicio, & anni vnius in secũdo iudicio, quo verò ad reliqua Cap. & Prag. declarans procedunt generaliter, prout generaliter procedebat Ritus declaratus,vbi nulla fit distinctio causarum siue feudalium, siue allodialium, & ita fuisse decisum in M. R. C. in causa Montisfort is refert *Modernus Catinen. in sing.*158.

Sed in contrarium dictum fuit, quod Ritus prædictus duos decidit casus diuersos diuersimodè, primus erat causarum,quæ veniebant via appellationis ad M.R.C. & in hoc primo casu deciditur, quod post præsentationem processus causæ appellationis in M. R. C. non transeunt in Hermodigium; secundus est casus causarum principalium in M. R. C. inchoatarum, & in isto secundo casu deciditur, quòd si concludantur infra terminum secundum Ritum antiquum hactenus obseruatum non transeat in Hermodigiũ; ratio decidendi illos duos casus diuersimodè illa est, quia in causa principali pereunt acta tantum perempta instantia, in causa verò appellationis perempta instantia
11 perit ius, & causa,secundum *Bar. in l.properandum, C.de iudic. & est text.in Clem.si appellationem,de appellat.* cum similibus allegatis per *Marant.par.6.art.2.sub num.*238. quod autem in causa appellationis *per d.cap.*184. fuerit dispositum, quod sufficiat sola præsentatio, inducebatur ex illis verbis Rit.ibi*(post præsentationem processus)* frustra enim fuisset facta mentio de præsentatione, si post illam cõclusio fuisset necessaria ad perpetuandam instantiam,ad not.per *Gabr.de clausu.conclus.9.nu.*10.qui
12 limitando regulam de relatione clausulæ in fine positæ dicit illud non fieri,si dispositiò ex relatione fieret inutilis, & superuacanea,& maximè quando aptè relatio fieri non potest, ex eod. *Gabr. in d.loco, num.* 16. & prædicta verba de sui natura denotant actum momentaneum, & extremum à quo incipit ad non Hermodigiandum, per *tex.in l.libertas,§.fin.& l.si ita fuerit,ff.de manum.testam.Bar.in l.2.§. creditum,nu.7.ff.si cer.pet.& est Gl. in c. concertationi, in verb.sciuerit, de appellat.in 6.Ang.cons.*404. *col.* 2. *vers.* hoc confirmatur, ex quibus verbis cum non solum actus mo-

momentaneus, sed etiã immediatus, subsequens demonstretur, videbatur dicendum, quod statuentes voluerint, sufficere solam præsentationem, maximè quia ita fuit declaratum ***per d. Cap. Carol.*** 198. corrigendo dictum cap. Ritus in causis allodialilibus, dũ in Proœmio ipsius cap. dicitur, quod litigantes in Regno protrahũt in tantum suas lites, vt immortales, & infinitas illas fecerint, & si respicimus ius commune, nulla potest dari immortalitas, & infinitas; quia causa principalis in prima
13 instantia infra triennium expediri debet ***ad tex. in d. l. properandum.*** causa verò appellationis infra annum ***authent. ei qui. C. de tempo. appellat.*** si vero respicimus ius statutarium, & quidem non datur aliquod c. per quod hoc statuatur, & si dicatur, quod adest prędictum ***Cap. Ritus*** 184. per quod statuitur, quod sufficiat conclusio in vtroq; casu, & sic ex eo datur immortalitas, & infinitas, de qua per Cap. 198. Caroli, hoc verificari non potest, cum per prædictum Capit. iuncta Prag. idem statuatur, scilicet quòd sufficiat conclusio in causa appellationis, & principalis in causis allodialibus; ergo verũ erat dicere, quòd ista immortalitas, & infinitas ex eo oriatur, quia in causa appellationis sufficiebat sola præsentatio, cum per mille annos stari poterat, & deinde fieri innouationes, & alia quæ in appellatione fieri possunt: & ideò statuentes in d. cap. 198. iuncta d. Pragm. voluerunt, quòd infra biennium in M. R. C. concludantur, post quam conclusionem nil remanet agendum per partem, & tantò magis, quod *in d. cap.* 198. excipiuntur causæ feudales à regula ibi posita, quod tam in principali, quàm in causa appellationis infra biennium expediri valeãt, & subsequitur exceptio per illa verba, ***dummodo, (che non s'intenda abbreuiata la instãza delle cause feudali, imo stia com'è al presente)*** ex quibus verbis duo fiunt per statuentes, primò ostendunt per d. Cap. Ritus dispositum fuisse, quod sufficiat in causa appellationis sola præsentatio, & quod illius dispositio quo ad causas allodiales sit correcta; secundò quod remaneat quoad causas feudales. Et istum intellectum
14 habere cap. prędictum 184. Ritus dixerunt ***Pern. in sua praxi, in verb. Curia. Petr. de Gregor. de indic. caus. feudal. q. 47. num. 3.*** qui dum quærit an procedat in Consistorio tenet pro constanti, quod procedit in M. R. C. dicit enim ibi, sed hodie in hoc Regno ex forma Ritus causæ appellationis post pręsenta-
15 tionem processus in Consistorio S. R. C. non transeunt in Hermodigium, & hic non est dare fatalia prosequendæ, & finiendæ appellationis in hoc Regno per pręsentationem processus vt supra; & licet Ritus Regni loquatur de præsentatione processus in M. R. C. à Curiis inferioribus, tamen idem & fortius erat dicendum in præsentatione processus à M. R. C. ad Consistorium S. R. C. in causis feudalibus: ***Hæc Petr. de Gregor.***

Idem tenuit *Ioann. Aloys. de Septi. super d.cap.184. vbi etiam Anton. Lanc.* & post alios eãdem opinionem sequutus est *Bongior. in volum 3. Alleg. pro Petro de Milana sub vers. non obstat. Cumi. super d. ca. num.1. & 4. & in sua praxi M.R.C. tit. de mod. proced. in causis feudal. in fin.* & ita fuisse iudicatum pluries apparebat ex tribus interloquutoriis latis in hoc tribunali Cõsistorij S.R.C. ex quibus satis benè dic poterat probata consuetudo, & ob
16 seruãtia, imo duæ sufficerent, *Bal. in Rubr. quæ sit longa consuetud. glos. in l. 3. C. de episc. audien. D. Ioann. Franc. de Pont. consil. 54. num. 14. Vincent. de Franch. decisio. 91. numero 16.*

Nec vrgebat, quod prędictę decisiones, seu interloquutoriæ sint fundatæ ex priuilegio particulari huius Tribunalis, quod habet de iure communi, ad text. *in auth. sed lis, C. de tempor. appell.* prçsupponen do Cõsistorium S.R.C. repræsenta re Consistorium Principis: nam vl tra, quod hoc non erat verum in facto, tamen Consistorium non e-
17 rat tale, prout præsupponitur, vt adnotaui ad *Petr. de Gregor. in dict. quæstio. 47. & in decis. 19. num. 20.*
18 Item d. auth. non procedit, quando causa introducta in Cõsistorio Principis, est commissa suis auditoribus, quia tunc instantia perit sicut in alijs causis, vt dixit *Gram. in decis. 13. Thesau. decis. 10. num. 3. Roland. consil. 15. num. 8. lib. 2. Sforz. Odd. cons. 11. num. 15.*

Nec obstabant in contrarium adducta, & primo argumentum sumptum ex Rubrica, præsupponendo rubricam esse perfectam, & habere certam determinationem, & nigrum esse incertum, & dubiũ, (cuius contrarium supra ostensum est) & ideò Rubrum à nigro recipere interpretationem, etiam si rubrica de per se haberet orationem perfectam, & inciperet per dictionem negatiuam; nam regulariter Rubrica ponitur ad demõ-
19 strandum, non autem ad disponendum, *Bologn. in d. rubr. ff. quod quisque iur. & in l. 1. nume. 17. ff. si cert. peta. vbi Salic. Alber. & alij cõ muniter, & præsertim Cagnol. in d. l. 1. num. 4. & D. Præceptor meus Pir. Alfan. ibidem numer. 27. & 28.* & in tantum ista procedunt, vt, si rubrica esset generalior nigro, restringeretur ad specificata in Regno, *ad text. in l. sciendum, & ibi Doct. ff. qui satisd. cog. Bolognett. & alij in locis allegatis,* maximè quod non constat istam Rubricam confectam fuisse ab eodem legislatore, & ab habente potestatem legis condendæ, ad tradita per *D. Pirr. Alfan. in d. l. 1.* & facit, quod cum sit contraria nigro, & ex eius generalitate sequatur nigri corruptio, ad nigrum restringenda venit, & nigro standum est, secundum *Alex. Ias. & cõmuniter Doct. omnes, in d. l. 1. Alber. Brun. de statu. artic. 8. num. 81.* & quidem ista non poterat dici verè Rubrica, sed summarium, cum non contineat omnia contenta in nigro; & ideo non disponit, nec ad decisionem causarum allegari poterit, secundum *Doct. in d. Rub. ff. quod quisque iur.*

*iur.& in d.l.*1. Item non obstabant ea quæ dicta fuerunt de clausula in fine posita, ibi *(Si infra termi-*
20 *num)* quod ad omnia præcedentia referebatur, quia cessare videban tur in casu isto, in quo aderāt duæ orationes separatæ, *ad text. in l. si idem cum eodem, §.fin.de iurisd.om. iud. Bart. & alij in l.talis scriptura, §.fin.ff.de leg.*1. quę conclusio procedit etiam si secunda oratio esset imperfecta ratione verbi, ex *Bart. in l. in repetendis, col.*2. vers. quæro, vidimus, *ff.de leg.*3. *Peregrin.de fideicom.art.*16.*num.*13. *cum simil. latissimè adductis per Honde.in dict. conf.*4. *& dictum est supra num.*12. Nec ea, quæ de reg. Prag. dicta fue
21 runt, erant alicuius momenti, quo ad causas feudales, pro vt erat ista, *ad notata per Cumi. in d. sua praxi. & Dom.Octaui.Corsett.in suis quęstio.forens. quæst.*14.*in princip.lib.*2. quia ex eius lectura clare ostendebatur exclusas fuisse causas prædictas feudales, quemadmodum factum fuerat in *capit.Carol.*198. dum fit mentio in prag. de causis ciuilibus, oppositorijs, & crimina libus, & exceptiue de causis feudalibus, & referendo verba d.cap.in dispositione explicitè vtitur his verbis (*quod sufficit quod causæ antedictæ ciuiles, oppositoriæ, & crimi nales in d. M.R.C. tantum ob ipsius præeminentiam infra tempora instātiæ in d.c.contenta concludantur, nec causæ prædictæ in Hermodigiū transeant)* ex quibus verbis apparebat clarissimè dispositionem prag. circa conclusionem in causa cōprehēdere tantum causas ibi enume-ratas, & per cōsequens causas feudales manere sub dispositione *Ca. Ritus*; Minus obstabat authoritas illius Catinensis, postquam causa illa Montisfortis, de qua ipse meminit, erat satis diuersa ab ista; nā ibi agebatur de reluitione Baroniæ prædictæ ex c.nouissimo, 214.
22 quo casu, licet agatur de feudo, nihilominus circa modum procedēdi proceditur prout in allodialibus; vnde pernecesse fieri debebat conclusio infra instantiam annorū duorum prout in allodialibus, vt constabat ex effectu Donnæ Aleonoræ de Moncata ibi actricis, & ex allegationibus d.aduocatorum.

His discussis fuit couclusum in Consistorio *Cap. Ritus* non requirere in causis appellatis conclusionem, sed sufficere solam præsentationem, confirmando Interloquutoriam M. R. C. de anno 1605. & Iudices fuerunt Doctissimi viri, Regijque Consiliarij, Gabriel de Terragho, Don Petrus Corsettus, & Don Ioseph de Neapoli, cū interuentu Illustriss. Don Marij de Gregorio in eodem tribunali Pręsidis meritissimi ac domini mei.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in causis summarijs iuxta formam Ritus, vbi proceditur in M.R.C. nec vbi proceditur ex abrupto, nu.*7.

2 *Modus procedendi, & non causa priuilegiatur per Ritum.*

3 *Causa dotis de paragio non est summaria iuxta formam Ritus. contra num.*5.*&* 13.

4 *Causa*

4 *Causa dotis est summaria de iure cõmuni.*

6 *Causa dotis de paragio tam in procedendo, quàm in decidendo est ad instar causarum allodialium.*

8 *Prag. non disponit circa terminos nisi parte petente.*

9 *Ritus denegans appellationem in causis summarijs comprehendit omnes causas summarias tàm per Ritum, quàm de iure communi, & num. 10.*

11 *Sententia habet executionem paratam, licet per Ritum non enumeretur.*

12 *Appellatio denegatur per Ritum ob praeeminentiam M.R.C.*

14 *Causae pauperum non sunt appellabiles, & num. 16.*

15 *Causae miserabilium personarũ sunt summariae per Ritum.*

ARGVMENTVM.

Causa dotium de paragio an sit appellabilis.

DECISIO LXVII.



IN Regno stante Rit. 139. in causis vbi procceditur in M.R.C. sũmariè, vel ex abrupto, & alijs modis vt ibi per eum, non conceditur appel
1 latio, & ideo licet stante Reg. pragmatica causae omnes praeter feudales sint summariae, tamen non omnes sunt inappellabiles; nã causa summaria illud priuilegium nõ
2 habet, sed priuilegiatus est modus procedendi in ipsa M. R. C. iuxta formam ipsius Ritus, vt expressè interpretati sunt Scribentes omnes ibi, *& D. Petr. de Grego. in tract. de Iudic. causar. feuda. quaest. 10. nu. 3. & 4.* & secundum hanc opinionem indistinctè iudicatur in supremis hisce nostris Tribunalibus, licet aliàs nõ defecerint decisiones cõtrariae, vt adnotaui ad *D. de Grego. in praealleg. loco*, in tantũ, quòd si non seruetur ordo datus à statuto, tunc non procedit eius dispositio, vt in terminis statuti denegantis appellationem dixit *Paul. de Castr. conf. 165. in fin. in 2. par. Caual. decis. 11. num. 54. lib. 1. & decis. 23. nume. 107. lib. 2.* & sic dicebat Don Vincentius la Farina Baro Alperimontis, quod debebat admitti appellatio per eum interposita aduersus sententiam contra se latam per M.R.C. de dotibus de paragio debitis super dicto feudo Donnę Margaritę Bongiorno eius sorori; nam licèt causa ipsa sit summaria, vt infra dicam, tamen non erat summaria de enumeratis per
3 Rit. 133. nec in ea fuerat processũ iuxta formam Ritus, vt supra dictum est.

Consistoriũ declarauit causam non appellabilem confirmãdo sententiam M.R.C. die 15. Maij 1604.
4 nam causa dotis nedum est summaria de iure communi secũdum *Bar. in l. 1. ff. solu. matrim. Bolognett. qui de communi testatur ibi, nu. 83. Ceph. conf. 448. nu. 15. lib. 3. Benintend. decis. 41. num. 6.* sed etiam per Rit. 133. *vbi Muta num. 17.* Item & summaria est causa dotis de paragio de qua agebatur stante forma

5 ma Cap. Regni in Carol.117. & in ea tam in procedendo, quam in decidendo proceditur ad instar
6 causarum allodialium ex dispositione Prag. Ferdinandi Gonzagæ, & ita seruatur in Regno, vt adnotaui *ad D. de Grego. in tract. de vita, & milit. quæst. 8. litera* A. etsi de sui natura causa prædicta esset feudalis, & consequenter ordinaria, & appellabilis secundum *D. de Greg. in tract. de dot. de parag. q. 37.* & in ea licèt non fuerit processum iuxta stylum Ritus in causis summarijs, fuit tamen processum ex abru
7 pto dato vnico termino, & sic extra iudicium, qui modus expresse includitur in ipso Ritu ibi (*& fortius si per viam confessionis, iniunctionis, cedulæ, vel ex scripturarum visione, vel ex abrupto*) & facit etiam causam inappellabilem maximè parte aduersa non contradicente, sed consentiente, vt in casu isto actum fuerat.

Nec obstabat, quod in datione termini extraordinarij dictũ fuerat (*Summariè iuxta formam prag-*
8 *maticæ*) nam pragmatica non aperit, nec dat modũ circa terminos dandos, nisi quando pars aduersa peteret, & instaret, vt sibi dentur termini summarij iuxta formam Ritus, aliàs pragmatica disponit, quod procedatur attenta veritate rei, quo casu potest procedi ex abrupto, & extraordinariè, dummodo in totum termini non omittantur; dato ergo modo procedẽdi iuxta formã Ritus, causa prorsus erat inappellabilis. Item nec obstabat, quod causa dotis de paragio non sit enumerata inter causas summarias per Ritum 133. nam dictum fuit, quòd Ritus præ-
9 dictus 139. tollens appellationem à sentẽtijs in Magna Regia Curia loquitur generaliter, & non se restringit ad causas summarias ex forma Ritus, vel de iure communi, sed tantum dicit, (*Item si in Magna Regia Curia proceditur summariè, &c. causa non sit appellabilis*) vnde cum generaliter loquatur, generaliter intelligi debebat.

Minus obstabat, quod in alio c. Ritus 133. Causa dotis non promissæ non sit connumerata inter causas summarias Ritus, sed tantum causa dotis promissæ sine scriptura, & inclusio vnius est exclusio alterius, quinimò ista causa remanserit sub ordinarijs à Ritu in alio cap. de ordinarijs, quia dicebatur, quòd licèt non fuerit inter eas connumerata, non per hoc per
10 dit priuilegium suum, quod habet tam de iure communi, quàm de iure Regni ex forma d. ca. 117. quod etiam ipsa sit summaria, prout etiã videmus in sententia, quæ non connumeratur à Ritu inter causas exequutiuas, & priuilegiatas, & tamen quia habebat priuilegium de iure communi exequu-
11 tiuum, habet exequutionem etiã paratam, *ad tex. in l. 2. & ibi Bald. Salic. & omnes Doct. C. de exequut. rei iudic.* tantò magis, quod Cap.
12 Rit. 139. dans priuilegium nõ appellandi in causis summarijs, illud facit ob præeminentiam M. R. C. id est, quando proceditur in M. R. C. summariè. Item faciebat, quod Cap.

Cap. Ritus 133. loquens de dote
13 promissa, extenditur non solum ad causam dotis nō promissæ, sed etiam constituendę, *ad not. per Bar. in l. si constante, in princip. & ibi Alex. col. 3. vers. in quantum Bart. Ias. ibidem num. 24. vers. limita, ff. solut. matrim.* & ita aliàs fuit iudicatum per M.R.C. pro Patientia Leofanti contra Lucam de Iuliana.

Accedebat prædictis, quòd stan
14 te paupertate sororis, causa erat inappellabilis, quoad effectum nō suspendendi exequutionem, secundum *Bal. Nouell. de priuileg. Dot. 1. quæst. priuileg. 7. & priu. 12. nu. 67. Ioann. Lup. in c. per vestras, de dona. int. vir. & vxor. §. 18. num. 5. & 6.* & fortius, quia ex d. Cap. Ritus 133. causę miserabilium personarum sunt summariæ, & cōsequen-
15 ter inappellabiles ex dispositione eiusdem Cap. Ritus 139. & nihilo minus cōstabat in processu, quod ista soror erat adeò pauper, vt etiā alimoniam litis non potuerat subministrare, in tantum, quod non semel fuerat Baro condemnatus ad pecuniolam pro subministrandis sumptibus litis prædictæ, & sic in-
16 ter miserabiles personas connumerari poterat, esto, quod non tractaretur de causa dotis, *ad text. in l. 1. C. quand. Impe. int. vidu. & pupill. & in ca. significantibus. vbi glo. de offic. deleg. Couarr. pract. quæst. ca. 6.* & tamquam talis erat priuilegiata, vt eius causa non admitteret appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium non est exceptum ab Indulto generali.*
2 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
3 *Sacrilegium, quando dicatur committi.*
4 *Sacrilegium est mixti fori, & est locus præuentioni. nume. 5. Contra num. 6.*
7 *Iudex laicus tantum cognoscit de crimine mixti fori, quoad pœnas corporales.*
8 *Absolutus, vel condemnatus per Episcopum, condemnatur, vel absolnitur etiam per Iudicem laicum in crimine mixti fori.*

ARGVMENTVM.

Occidens clericum Sacerdotem, an gaudeat Indulto generali.

DECISIO LXVIII.



Ndultum generale cō cessum hoc anno per Catholicam Maiestatē Regis nostri huic fidelissimo Regno, & si multos casus exceperit, tamen in eo non reperitur exceptum cri-
1 men Sacrilegij, quod aliàs excipi consueuit, prout in Indulto concesso de anno 1585. & in Regno Neapol. de quo per *Vincen. de Frāch. decis. 402. in princip.* in tantum, quod Franciscus Ziringhi inquisitus de homicidio cōmisso in personam cuiusdam clerici Sacerdotis, obtēta prius partis remissione, petebat admitti ad ipsius beneficium, tamquam in eo comprehensus,

fus, ex exceptione delictorum facta in prædicto decreto, quæ fir-
2 mabat regulam generalem in contrarium, vt omnia alia crimina atrocissima fuerint remissa, & extincta, vt voluit *Decian.tract.crim. tit. de abolit. num.21.vers. cum tamen*, & post eum **adnotaui in Comment.ad Indult. anni 1600.cap.26. num.2.**

Difficultas huius articuli pendebat ab illa iuris conclusione,
3 quòd crimen Sacrilegij, siue illud consideretur respectu personæ in percutiendo, vulnerando, vel occidendo clericum Sacerdotem, siuè in coeundo cum persona Sacra, siuè in rem, cum violatur locus sacer, vel Sacrum de Sacro, vel non Sacro auferendo, ad *tex.in l.diuus, vbi Bartol.ff.ad l.Iuli. pecul. cap.si quis contumax, §. sacrilegium.17. quæst.4. latissimè Decian.in tract. crimi.lib.6.cap.14.cum seq.par.2. Diaz in practi. crimin.Canon.cap. 89.* vbi doctissima additio *Ignat. Lopez.* licet de iure secundum ali-
4 quos sit mere ecclesiasticum, ad *text.in cap.cum sit generale, & in capit.vnaquaque de for.compet.* tamen secundum omnes communiter est mixti fori, & dicitur crimen mixtum quoad pœnas temporales, & contentiosas, vt dixit *text.in cap.cum sit de for.competen. vbi Anton.de Butr.col.12.Abb. & alij. Ioann.Calder.conf.11.num.2. de iudic.& for.compet.Clar.in §.fin. quæst.37.num.6.* vbi ait, quod ita omnes concludunt. *Osas.Pedemon. decis.103.num.7.* qui refert ita fuisse per Senatum determinatum. *Ro-*
land. consil.24.numero 13.vol.2. Lopez.in prealleg.loco in versic. sed
5 vtrum laicus; & est locus præuentioni, vt testatur *Guid.Pap.in decis.562.numero 3.* & fuisse iudicatum in parlamento *Grationopol. refert Papon.libro 1.titu.4.Aresto 6. Amad. de syndica. numero 171. Couarru. variar.resol.lib. 1.capit.4. numero 8. Clar.in quæst. 36.nume.42.Prax.Episcop.in verb. Iudex versic.octauo* vbi ait, quod tunc ecclesiasticus Iudex habet iurisdictionem aduersus laicum offendentem clericum, quando
6 præuenit, quod notandum esse ait in practica, licèt de consuetudine aliter seruari dicat *Clar.in Senatu Mediola.in d. quæst.37. numero*
7 *6.* nam Iudices laici tãtum cognoscunt de hoc crimine, quoad pœnas corporales, & Iudex ecclesiasticus, quoad spirituales, & in Francia refert *Pract.Millei numero 17.fol.74. & in Regno Neapolitano Baiard.ad Clar.in d. quæst. 37.numero 2. & D.Camil.de Curt. in 2.par.diuerso.iuris feudal. capit. 2.numero 170.* subdens quod *tex. in d.capit.* cum sit generale; habet locum in terris ecclesiæ quoad temporalem iurisdictionem ei subiectis, & ita passim seruatum fuit in hoc Regno, adeò quod non obstante, quod per Episcopum tales sacrilegi fuis-
8 sent condemnati; inquiruntur, & condemnantur per Iudicem laicum, vt non semel ego iudicaui, & nouissimè fuit iudicatum per M.R.C. causarũ criminalium pro quibusdã de Sauoca, ex traditis p

Clar.

Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. & 14. & ideo ego aliàs condemnaui quendam Iudicem ad priuationẽ officij, ex quo ad literas Episcopi cancellauerat bannum emanatum per curiam secularem cõtra quendam, qui baculo percusserat clericum Sacerdotem, ex supra firmata conclusione.

Hoc sic facto firmissimo fundamento, quòd cognitio præfati criminis quo ad pœnam corporalem competat Iudici laico, consequẽs est, quod Indultum, quatenus respicit pœnam prædictam, eos comprehendat, vt in puncto dixit *Paris. in cons. 2. num. 112. vol. 4.* & propterea conclusum fuit prædictum inquisitum debere admitti ad beneficium Indulti prout hoc anno me referente Excellentissimo Proregi fuit admissus, & Indultatus & aliàs fuit idem iudicatũ pro Marco Antonio Carrozza ad relationẽ Illustriss. Præsidis Ioannis Francisci Rao, & D. Petri de Amico Iudicis M.R.C. causarum criminalium die 12. Ianuarij 1605. & in alia causa Francisci de Xanni de Casali Castaneæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generale comprehendit omnes personas non priuilegiatas in illo casu.*

2 *Socer priuilegiatus in solutione dotis, non dicitur priuilegiatus in rati promissione, contra num. 10.*

3 *Promittens de rato non liberatur soluendo interesse.*

4 *Nulla exceptio impedit Ritum, limita in exceptione iuris, num. 11.*

5 *Socer habens beneficium deducto ne egeat non potest carcerari.*
Amplia non obstante Ritu, num. 6.

7 *Renunciari non potest beneficio ne quis conueniatur vltra quàm facere potest.*

8 *Ritus 193. non procedit in habente beneficium, deducto ne egeat.*

9 *Consuetudo inducitur per decisionẽ causarum.*

ARGVMENTVM.

Socer qui habet beneficium, deducto ne egeat, an pro rati promissione possit carcerari.

DECISIO LXIX.



Ritus Regni sub num. 135. expressè disponit quòd promittens de rato aut promissionẽ adimpleat, aut carceretur: fuit tamen dubitatum, quid dicendum esset in Socero qui habet beneficium, deducto ne egeat, an pro rato potuisset carceribus mancipari? & pro parte affirmatiua dicebatur, quòd Socer in hoc nõ reperie-
1 batur priuilegiatus per Ritum; qui generaliter loquitur, & comprehendit personas priuilegiatas, dũmodo non reperiantur priuilegiatæ in illo casu, *ad text. in l. in fraudem, §. fin. ff. de milit. testam. quem ad hoc notat Bal. ibidem*, de magis cõmuni refert *Cæsar Barz. decis. Bo-*
2 *no. 148. num. 18.* & Socer licet reperiatur priuilegiatus circa solutionem

tionem dotium vt non teneatur ni si in quantum facere potest, non tamen dici poterat priuilegiatus in rati promissione, *ad not. per Tiraq. de retract. lignag. §.1.gloss.14. nu.57.* maximè cum magna sit differentia inter vnum, & alium casum, cũ in rati promissione tenea-
3 tur ad factum, à quo soluendo interesse non liberatur secundũ scribentes super dicto Ritu, quę ratio cessabat in solutione dotium; prædicta tanto fortius procedunt in Regno stante alio Ritu disponen-
4 te, quòd nulla exceptio impediat Ritum.

Contrarium tamen fuit non semel iudicatum, & præsertim per binas sententias contra Ioannem Gregorium de Afaro, & pro Alexandro de Ramundo; & ratio est,
5 quia Socer, & aliàs similis habens beneficium prædictum ratione reuerentiæ carcerari non potest, vt dixerunt *Bal.in l.liber captiuus, C. de capt.& postlim.reuers. Aret.in l. alio, §.eleganter, ff.solu.matr. Ioann. Gutier.pract.quæst.q.36.numero 3. vers.quòd si non potest, lib.2.post omnes Vinc.de Franc. decis.162.num. 13.& decis.164.nume.2.Canar.in tract.de exequut.instrum. quæst.28. Bernar.Band.super Rit.magnæ Cur. vicariæ, par.5. declarã.30.* qui ait
6 hanc exceptionem opponi posse non obstante Ritu prædicto, & esse adnotatione dignum, subdens prædictam conclusionem procedere, etiam si per Socerum renuntiatum fuerit huic beneficio cum iuramento in larga forma, quia ta
7 lis renuntiatio non tenet, vt dixerunt *Doct.in d.§.eleganter, Alciat.in ca.cum contingat, de iuretur. Zas.in l.maritum, ff.solut.mat. Beat. in tract. de Inop.debito.cap.17.num. 61.& seq. Vinc. de Franch.d. decis. 164. D. Præsidens de Amescua in tract.de potest.in se ipsum, lib.2.cap. 24.num.3.versic.tertio quæro,* & i-
8 ta ex prædictis semper fuit intellectus Ritus prædictus in Regno, tã in iudicando, quàm in consulendo per Doctissimos viros, non obstante obligatione facta pro rato, iuxta formam Ritus prædicti; &
9 minimè mutanda sunt quę certam habuerunt interpretationẽ ab antiquis, secundum *Affl. decis.222. in fin.Vinc. de Franc decis.81.num. 2.& decis.441 num.7.& consuetudo inducitur per decisiones causarũ, vt dixi supra in decis.66.num.16.* & ad contraria dictum fuit obstare supradictam conclusionem de iure communiter receptã, quod pro Dote Socer carcerari nõ possit, & rõ decisionis quæ fundatur in reuerentia generi circa Socerum ita militare videtur in solutione do-
10 tium, sicut in rati promissione, facta pro eius assecuratione, & cautela, in tantum quòd militare debet eadem iuris dispositio in vtroque, vt minimè carcerari possit; & licet stante Ritu nulla exceptio eius executionem impedire possit;
11 tamẽ illa generalitas restringitur per alia iura loquentia in beneficium Soceri, patris, vel mariti, vt dixit *Vinc.de Franc.in d.decis.162. num.14.* quia statutum tollens in genere defensiones, censetur tantum facti, & nõ iuris defensiones,

& ex-

&exceptiones tollere, *ad not.per Bart.in l.facultas, C.de Iur. Fisc.lib. 10.Fel.in cap.delicti, num.7.de except. Cumi.super Rit. 40.in ordine suo num.42.& bene Alex. ad Bart. in l. 1.§.& parui in verb. legitimè versic.adde quod exceptio iuris, ff. quod vi aut clam.*

SVMMARIVM.

1. *Perempta instantia non perit causa in ciuilibus; Nec pereunt attestationes publicatæ, num.3.*
2. *Testes produci possunt super eisdemmet capitulis, perempta instantia.*
4. *Instantia perempta potest inchoari iudicium coram eodem Iudice, ratio num.5.*
6. *Instantia perempta annullat processum, & Iudex tenetur in Syndicatu, num.7.*
8. *Instantia perempta non potest suscitari nisi à Principe.*
9. *Iudex potest exequi sententiam perempta instantia.*
   Amplia num.10.
11. *Iudex quando potest declarare instātiam peremptam condemnando actorem in expensis.*
12. *Actor perempta instantia non auditur nisi solutis expensis.*
   Amplia etiam quod Princeps restauraret instantiam, num.13.
   Item amplia in minore, num.14.
   Item in muliere, num.15.



ARGVMENTVM.

Perempta instantia an impediatur de nouo litis ingressus non solutis expensis.

DECISIO LXX.

1 PErempta instātia in ciuilibus non perit causa, nec ius partis, et potest pars ipsa causam de nouo inchoare, & nouum iudicium fabricare, *ad text.in l.properandum, §.fin.C.de Iudic. vbi Docto. omnes, Rol.consi.94.nu.8.vol.3.& consil.82.nu.4.vol.4.*& omnes exceptiones de nouo opponere ac si iudicium nunquam fuisset intentatum, *Maran.in Specul.part.5.nu. 61.Ang.cons.289.in fin.Affl.decis.*
2 *216.* poterit quoq; producere testes super eisdēmet capitulis, *Dec. in cap.licet causam, sub num.24.de probat.& cons.474.num.3.* nec pe-
3 reunt attestationes publicatæ, & acceptatæ, *Caual. decis.13.nu.42. p.1.*item & fieri potest iudicium
4 coram eodem Iudice, quia non perit iurisdictio ordinaria, nec delegata, quando à lege vel statuto est
5 concessa, secus si ab homine, & ad tempus, *Soc. Iun. consil.132.num. 7.& cons.sequen.vol.2.Fel. in cap. cum inferior, sub num.5.*versic.sed si delegatus esset datus ad tēpus, *de maior.& obedient. Abb.& Doct. in cap.quærenti de offic.iudic.de leg. Cin.in l.nulli col.2.C.de Iudic. Marian.Soc.in capit.proposuisti, sub nu. 55.colum.fin. de for. competen. Canal.*

ualc.decis.13.num.46.par.1. adeo quod non potest ferri sententia,&
6 si ferretur esset ipso iure nulla, vt per *Alex.in cons.136.vol.2. Abb. cons.5.colum.3.vol.2. Affl. in Constit. hac lege, nu.2.Vant.de nullit.ex defect.iurisdic.nu.116.Caualc.decis. 21.nu.11. par. 1.* & Iudex tenetur in syndicatu, etiam si tulerit sen-
7 tentiam iustè, *Petr. de Anchar. in cap.vnico,de restit.in integ. Marsil. in Pract. crim. §.successiuè, col. 2. Gram.vot.31.nu.9.& seq.Caualc.*
8 *decis.17.num.3.par. 1.* & talis instantia perempta nõ potest suscitari nisi à Principe, quia est de reseruatis, aliàs committeretur crimen læsæ Maiestatis, *Afflict.in tit. quæ sint regal. num.96.Gram.decis. 103.nu.11. Rol.cõs.72.nu.11.cum seq.vol.3.Gabell.const.Egidia. lib.6. cap.11.Gloss.A num.7. Hierony.de Mont.in tractatu de finib. cap. 108. num.12.& sequent. vbi dicit communem Decis.Tholos.479.Carouit. super Rit. Neapolit.248. numero 5. Alexand.consil.68.sub numero 14. volum.2.& in l. omnes populi,in 8. quæst.ff.de Iustit. & iur.Crauet.con*
9 *sil. 18. numero 2.* & Iudex potest sententiam exequi perinde ac si non fuisset appellatum, *Boer. decis.206. numero 11. Alexander consilio 72. numero 3. volum.3. Bald. in l.si contra, C. de appellat. Cephal. cons.266. nu.7. volum.2. & consil. 185.nu.44.& seq.eod.vol. Maranta in Spec.in 6.parte, in 2.actu principali,num.188. versic.decimonono limita.Franch.in cap.ex ratione,nu. 94.de appellat. Bero.quæst.120. nu. 1.* & hoc etiam si iterum appella-
10 retur à remissione, vel executione, *Lancel. de attenta. limit.14. fol.270.& limit.29.f.287.* & perempta instantia superest Iudicis
11 officium declarando instantiam peremptã,& condemnando actorem in expensis, secundum *Doct. in d.l.properandum, §.illo proculdubio,C.de Iudic. Glo.in verb. oportet in l.præses quasi desertam,vbi etiam Doct.C.quom.& quan.iud. Alexan. cons.136.& cons.137.vol.2.Mari. Angui.cõs.219.nu.4.vol.1.Crauet. cons.223.sub nu.7. Gram. decis.91. num.5.& 6.Ioan.de Amic.cons.32. nu.9.Rol.cons.21.nu.5. vol.3. Maran.in 16.distinct. nu.23. vbi asserit hanc esse communem. Clar.in § fina. q.51.versic.alia est defensio;* In tantum quòd non potest amplius au-
12 diri, nisi prius solutis expensis,& si procederetur non facta solutione, processus esset nullus, *d. l. properandum,§.fina.l.sancimus,C.eod. vbi Doct.Maran.in 5.par.princip. nu.47. Affl.decis.70. Dec.cons.34. in fin. Bolog.in l.edita,nu.149.C.de eden. Curt.iun. in cons.163.num.4. Caualc.decis.22.nu.56.par.3.* & ita iudicauit Consistorium de Mense Augusti 1604.pro Comite Carolo Cicala cõtra Don Vincentium de Oriolis,& consortes, non admittendo nouam petitionem absque solutione expensarum; & prædicta cõclusio denegationis audientiæ ante solutionem expensarum
13 procedit etiam quòd Princeps insufflasset spiritum, & restaurasset instantiam, *Maranta in d.5.parte,num.33. Paris de Puteo,de syndica.in verb. sententia, cap.6. restat,*

*Rocr.decis.*247.*nu.*1. *Asin. in prax. ciuil.§.*2.*cap.*16. *num.*10.*& fuisse iudicatum refert Flam.Cartar.in decis.*24.Item,& prædicta conclusio procedit etiam in minore, qui nõ
14 aliter auditur nisi solutis expensis, *ita Salicet.in d.l. properandum, ante nu.*54.*C.de Iudic.*Item in mu-
15 liere *Bart.in l. edita num.*33.*C. de edend. Bolognett. ibidem nume.*149. *Sfort.de restit.in Integ.q.*10.*part.*1. *artic.*3.*in fin.* vbi ita dicit tenere omnes quicquid ratione contumaciæ *dixerit Marsil.Sing.*377. & ita iudicauit Consistorium die 23.Aprilis, 1603. pro Donna Francisca Vasallo, contra Frãciscũ Rãpulla.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio vno nomine non extenditur ad aliud.*
2 *Ius directum si peruenit ad vtilem dominum extinguitur. Intellige num.*4.*&* 8.
3 *Vsusfructus an reuiuiscat consanguineo retrahere volente.*
5 *Princeps donando prædium quòd in perpetuum locauerat censetur donasse pensionem.*
6 *Emphyteuta,& locator in perpetuũ æquiparantur.*
7 *Titulus nouus quando faciat mutare primum,& num.*9.

ARGVMENTVM.

Exceptio, quòd res obligata non erat in dominio subiugantis, quando possit opponi aduersus executionem census iuxta formam bullæ, & quid in tertio possidente directum dominium.

DECISIO LXXI.



VIncentius Faranda ad emphyteusim concessit Isabellæ Raiula quãdam apothecam sub annuo censu; & ilinc ad annos tres idem Vincentius vigore donationis dedit omnia eius bona eidem Isabellæ, quę insimul cum dicto Vincẽtio in anno 1582. vti donataria, subiugauit vncias septem redditus Ioanni Aloysio Garillo, per Instrumẽtum iuxta formam bullæ, cuius vigore fuit ad instantiam tutoris hæredũ dicti de Garillo causata executio in vnc.1 30.contra Desideriũ Marraffa vti detentorem apothecæ, quòd se opposuit, quòd tempore subiugationis apotheca non erat in dominio subiugãtis, postquam eam Vincentius satis ante ad emphyteusim concesserat, vt dictum est; nec obstabat obligatio Isabellæ, quia erat limitata donatario nomine tantum, & in donatione non habuerat apothecam, sed tantum ius census quod super ea debebatur, & ipse non possidebat ius donatum, sed apothecam, quare
1 obligatio vno nomine non extenditur ad aliud, *l.cum quidam, ff.de administr.tutor.Surd.consi.*140.*nu.*20.*cum similibus.*

Minus obstabat, quòd saltẽ detinebat ius directum, & sic partem ipsius domus, quia statim atque illud ius directum peruenit ad Isa-
2 bellam vtilem dominã fuit extinctum, & factum plenum dominiũ, ad

ad tex.in l.si tibi,ff.quibus mod.vsufr.amitta.gloss.in l.dominus fructuario,ff.eod. Bald.notab.in l 1.q.46.ff. de rer.diuis.Bero. consil.204. nume. 45.lib.1. & cons.84.num.47. vers. nec obstabat, *eod.lib.1. & in c.posuit numer.107.cum seq.extr. locat. Milan.decis.17.num.71.lib.2.Bursat.cons.171.num.39.lib 2.Bologn. consil.17.Tiraq.de retr. lignag.§.1. gloss.7.num.62.vbi tractat* an vsusfructus
3 reuiuiscat consanguineo retrahere volente, *Surd.dec.51.nu. 23.& 24.& est materia in l.si maritus,C.de inoff.test.* & ideo subiugatio subsequuta non poterat sortiri effectũ super d.iure extincto. Sed fuit dictũ qđ prędicta intelliguntur nõ ꝙ extinguatur in totũ, sed ꝙ tantũ extinguatur forma illa directi dominij,& cẽsus, nõ aũt substantia,& eius emolumentũ, & effectus,illa.n.semper remanet,vt
4 distinguẽdo dixit *Paul. de Castr.in cõs.36.n.6.7.11.li.5.* qui loquitur in vsufructuario acquirente proprietatẽ, allegat *tex.in l.si ex ꝑtio, ff.si cer.pet.in rõne sui,ibi (& obligationis nõ defecerit substãtia) & n.8. adducit tex.in l.1.C.si antiq.cred.*vbi si debitor rem pignoratã dedit creditori extinguitur tãtũ pignus quo ad formam, nõ quo ad substãtiam & effectum,hinc fit dicit ipse Paul.quod in re illa adhuc potior est q̃ sequens creditor, qui nõ admittitur ad agendũ hypothecaria contra eũ,nisi offerat quod debebatur,sicut offerre tenebatur anteqũ in solutum illi tradita esset,vnde cũ substantia directi dominij, & cẽsus remanserit penes Isabellã donatario nomine,& ipsa subiugauerit bona donata, videtur quòd illã substantiam directi, & census sine forma subiugauerit, quã substantiã directi, & census subiugatam cum possideat conuentus,qui ab illa Isabella cõsequutus fuerat dictam apothecam absque onere illius directi dominij,& census, videbatur quòd tanquam detentor iuris subiugati conueniri potuerit; & faciebat quia illa substantia directi,& census fuerat confusa,& mixta cum substantia vtilis dominij, & factum vnum corpus, & ideo qui possidet corpus, verum erit dicere quod possideat substantiam vtilis,& directi, & ponit exẽplum *Paul.de Castr.in d.cons.36.nume.16.*quòd si de vtili, & de directo facta fuerit vna massa, tamquam si vas argenteum reduceretur ad massam, massa autem ista, in qua substantialiter adest directum hypothecatum, & subiugatum, possidetur à conuento: Postremo dicebatur quòd Apotheca de qua agebatur tẽpore subiugationis possidebat à d. Isabella donatario nomine, & ideo eo nomine quo fuit subiugatum,iuxta *tex. in l.prædia,§.sanè quia maxime, ibi (nõ alteri nocere)C.de locat.prædio.*
5 *ciuil.lib.11.*vbi Imperator rem, q̃ quis iure proprio possidebat eidem donauit; determinatur ibi quòd censetur data pensio,quæ ipsi debebatur: & quòd bene ille locator perpetuus ex tunc vocabitur dominus, *& glo.ibi in verb.*(donabit) dicit quod mutabitur causa possessionis, *qui tex.*licet loquatur

6 in locatore perpetuo, tamen locator in perpetuum, & emphyteuta æquiparantur, *Becc.conf.35.nu. 14.ex quo text. & Glos.* duo colligebantur, primum quod facta donatione iuris directi ex tunc vocatur dominus emphyteuta, quasi quod antea dominus non fuisset, ex quo plenum ius non habebat,
7 secundum quod mutata erat causa possidendi, quia causa possessionis per prius erat emphyteutica, quæ tunc fuerat per donationem mutata, & per consequens sublata prima causa emphyteuticationis, remanebat secunda causa donationis, ex qua sequebatur dicendum Isabellam possedisse vti donatariam, cum ex ea plenum ius acquisierit; & conferebant ea quæ dicta sunt de consolidatione, & confusione dominij directi, & vtilis, quoniam illa consolidatio, & acquisitio pleni dominij causabatur ex secundo contractu donationis, quæ si non fuisset subsequuta, vtique consolidatio, & confusio, ac etiam plenum dominium de nouo acquisitum nõ subsequntum fuisset, nec illud habuisset Isabella: quòd si tolleretur de medio titulus donationis, sequeretur quod conuentus possideret absq; titulo; & ratio erat, quia primus titulus emphyteuticus
8 cus fuerat extinctus ex donatione subsequuta, & hoc ipso iure, vt determinat *Bero. in consil. 53. nu. 11. lib. 3. Bursatt.conf.8.num.15.& consil.9.num.8. & licet Socin.conf. 131. libro primo, & Gab.in conf.51.*
9 *num.38. volum. 1.* dixerint, quòd mutatio tituli, & possessionis fieri non possit nisi præcedente animi declaratione, tamen contra eos tenuerunt *Fan.de pign. 4.par. princip.primo membro, num.27. & contra Socin. semper tenuisse Rot. Rom. dixit Bursat. in prædicto consil. & Surd. decis. 224. num.19. in fine.* Causa ista fuit valde dubia apud nos, sed quia pro creditore concurrebat maxima æquitas, nam si exclusus fuisset, omnino ius suum amisisset, & debitori erat cautum in contractu emptionis apothecæ aduersus bona Isabellæ subiugatariæ, & negari non poterat, quòd iste conuentus possidendo apothecam possideret partem integralem hypothecatam, videlicet directum dominium, & ex priuilegio Regiæ Pragmaticæ, tenebatur super tota apotheca, ideo Consistoriũ iudicauit oppositiones reiiciendas, die 26. Aprilis, 1603. corrigendo sententiam M. R. C. & causa fuit postea per partes concordata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dans viam exequutiuam non comprehendit instrumenta cancellata.*

2 *Instrumentum cancellatum non debet exequi. Amplia stante Ritu ibidem. Limita si cancellatio facta fuisset per personam illegitimam, num.7.*

3 *Fideicommissarius non potest agere non facta sibi prius restitutione ab hærede grauati, & num.8. Limita nu.4. si hæres esset directo substi-*

substitutus: secũdo limita de equitate canonica num. 5. etiam stante statuto con[illegible]uante posse, in hæred. num. 6. contra num. 9.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius an possit agere non facta sibi restitutione bonorum ab hęrede grau[illegible]ti.

DECISIO LXXII.

DOnna Porsia de Aiala, & Montalto in eius testamento hęredem suum insti[illegible] Don Aluarum [illegible]ium, quo mortuo [illegible] & sine liberis nulla facta dispo[illegible] stituit Don Tiburtium [illegible] Donnã Mariam Statella, post [illegible] mortem Don Aluarius, h[illegible] cum esset [illegible] in circa vxor[illegible] Donnam Antoniam de Parisio, cum qua cum vi[illegible] per aliquod tempus inde [illegible] ad mortem, fecit testam[illegible] [illegible] quo hęredem vniuersalem [illegible] bonorum reliquit eius vxorem Dõnãm Antoniam, & sub ista dispositione decessit, qua morte sequuta Donna Antonia adiuit hæreditatem, eaque post modũ mort[illegible] successerunt in bonis omnibus prædictis Matthęus Parisio, & cæteri fratres, & inter alia bona relicta per [illegible] Donnã Portiam ad[illegible] cen[illegible] vnciarum viginti, [illegible] forma bullæ debiti [illegible] per [illegible] Trigona, & supra eius bonis, & cũ bona subiecta censui prædicto ballari peruenissent penes Don Tiburtium Statella substitutũ vt supra, de bonis prædictis donationem fecit Donnę Violanti eius Sorori; necnon & de successione vigore Fideicommissi prædicti aliam donationẽ fecit Donnæ Mariæ, quæ vti donataria, & nomine proprio vt substituta prædictos red[illegible] redemit, & instrumentum cancellauit; post hæc fuit ad[illegible] M. R. C. causa[illegible] ad instantiã Matthæi de [illegible] consor. hæredum Do[illegible]ıæ pro censibus decem [illegible] dictarum vnciarum [illegible], & fuit adimpleta per Fi[illegible]ussionem in quindena per dictum Don Tiburtium pro liberatione bonorum subiugatorum, qui de [illegible] se opposuit; primo quod contractus erat cancellatus per crucem Sancti Andreæ, & consequenter non com-
1 petebat via exequutiua, quia statutum dans executionem instrumentis recipit interpretationem à lege, *l. fin. C. de edi. diui Adria. tollen.* videlicet si instrumentum nõ sit abolitum, nec cãcellatum, nec aliqua parte vitiatum, *Dect. in d. l. fin. vbi Ias. nu. 5. Cur. Iun. nu. 6. Zuccard. n. 324. Menoch. de ad. p. j. poss. [illegible] 4. nume. 706. Rebuff. de lite. obliga. art. 2. glos. 1. num. 58. Gallesi. ad form. Cam. oblig. part. 3. q. 1. nu. 1. fol. 49. Asini. de exequut. §. 1. cap. 23. sub nu. 2. & 3.* & quod non debeat executioni demandari tale in-
2 strumentũ cancellatũ *vltr. Zuccar. vbi supra n. 326. dixit Sur. cõs. 6. nu. 1. & cons. 263. n. 12. cum seq. lib. 2.*

P 3 & in

& in terminis Rit. dixit Podius super Rit. 101. vbi ait, quòd primo
loco est agẽdum via ordinaria de
viribus cancellationis, vbi allegat
Bartol. in l. 1. §. fina. ff. de his quæ in
testam. delen. Bald. in l. 1. nume. 12.
C. vt in possess. tat. & in l. penulti.
num. 13. de Fideicomm. tradit Asin.
in loco præallegato, & dixi supra in
decis. 47. nu. 3. Secundo se opponebat de carentia actionis, quia dictæ [illegible] viginti cum alijs bonis
pertinebant ad ipsos de Statella
vti substitutos per Donnam Porsiam, & benè [illegible] fuerat reluitio;
Nec obstabat quod [illegible] Maria
hæres substituta, & Fide[illegible]missaria
3 nó poterat recipere solutionem capitalis redditũum, neque
agere [illegible] fa[illegible] prius restitutione
saltem verbali per hæredem ipsius
Don Aluari defuncti, quia respondebatur, quod in isto Fidei[illegible]misso testatrix vsa fuerat [illegible]bis videlicet *(Instit[illegible])*
4 quo casu directo su[illegible]tus d[illegible]cebatur institutus, & [illegible]erat agere,
& apprehend[illegible] sine illa verbali
restitution[illegible]. *Curt. in l. fin. col. 8. C.*
de edict. d[illegible] Adr[illegible]a. tollen. Hierony.
Grat. in cons. 140. num. 50. cum seq.
vol. 1. Rimin. iun. insti. de donat. in
princ. num. 1583. & seq. Pasi. et. consil. 140. num. 10. Honde. consil. 28.
nu. 27. volum. 2. Peregrin. de Fideicom. art. 47. nu. 54. & maximè stante clausula omni meliori modo, &
nomine adiecta in Fideicommisso, & substitutione, prout erat hic,
Dec. cons. 424. vol. 2. Grat. in prædicto cons. vlt. num. 53. vol. 1. & alij
supra proximè relati Doctor. Item

dicebatur quod quicquid sit de ri-
5 gore iuris, attamen de æquitate canonica, vt euitetur circuitus, talis
sollemnitas, vt inutilis non deberet esse in aliqua consideratione,
& fortius non existente integra.
Bald. origali in cap. in præsentia, nu.
32. extr. de probat. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. si absque liberis, el secundo, num. 85. de testam. vbi dicit hodie cessare multas vanas subtilitates, & circuitus
inanes, & sic vidisse Iudicari in
Parlamento Tholosa. *Rimin. iun.*
cons. 190. num. 33. cons. 363. nu. 25.
cons. 375. nu. 16. & cõs. 625. nu. 36.
Rol. cons. 7. nu. 33. vol. 3. Hond. post
alios cons. 26. num. 24. & seq. lib. 1.
6 & prædi[illegible] procedunt non obstan[illegible] continuante possessionem [illegible]dem, quando constat
de m[illegible] te[illegible]toris, vt erat in ca[illegible]sto p[illegible]r illa verba *(Instituit, &*
substituit, omni meliori modo, & nomine) Cassan. in cons. 61. versic. sed
quia & versic. sequen.

Sed dicebant actores illam cancellationem instrumenti nullius
esse roboris, quia facta fuerat per
p[illegible]am illegitimam, & ad hoc
7 potestatem non habentem, quo
casu cancellatio non obstabat, nec
poterat impediri via exequutiua,
vt dixit *Bart. in l. cancellauerat, ff. de*
his quæ in testam. delent. Cumia. super Rit. secundum ordinem suum, c.
6. nu. 111. & 112. D. Maur. Burg.
de Landi. par. 3. insp. 40. num. 143.
Bertach. in Repertor. in verb. cancellatio, Bald. in l. præses, sub num. 5. C.
quomodo & quan. Iud. & in l. Scriniarios, vers. item scias, C. de testam.
milit.

milit. & in conf. 336. vol. 2. & conf. 402. vol. 1. Pau. de Cast. in l. si vnus, nu. 4. C. de testam. & ibid. Ias. nu. 6. Marsil. in rub. de Fideius. num. 106. & consf. 38. 43. 120. & 131. Asin. in tract. de execut. §. 1. c. 29. nu. 61. Surd. cons. 16. vol. 1. & secundum hanc opinionem vidimus aliàs iudicatum pro V. I. D. Don Sebastiano la Farina contra Baronem Villanouæ, & pro Don Ioseph Russo, & inter Franciscum Contrera, & Ioannem Bonet, & in alijs causis, & ob id Consistorium in hoc capite cancellationis habuit pro vero cancellationem factam nõ obstare, quia Bart. & Sal. ex aduerso allegati non loquebãtur in eo qui non habebat potestatem cancellandi, sed de vitio cancellationis. Item procedebant in eo casu quando nescitur à quo facta fuerit cancellatio, vt declarat Zuccard. in d. l. fin. nu. 337. & quod ista Donna Maria non potuerit cancellare instrumentum apparebat, quia Fi-
8 deicommissarius etiam vniuersalis non potest dici legitimus contradictor, nec agere potest non facta restitutione reali, vel saltem verbali ab hærede grauati, l. restituta, l. facta, ff. ad Trebellia. Imo. Alexan. & alij in l. cohærede, §. cum filiæ, de vulga. & pupilla. substit. Pau. de Cast. in d. l. restituta, vbi dicit, quod ad hoc, vt Fideicommissarius ius habeat in hæreditate requiritur restitutio, adeò quod antea nullum ius habeat, nec potest agere contra debitores hæreditarios, & per hoc aliàs fecit irritari quendam processum, quia Fidei-commissarius, cui post mortem hęredis relicta erat hęreditas mortuo hærede statim dixit adire hæreditatem illius defuncti, & fecit se immitti in possessionem bonorum, & quod vidit plures procuratores tam Florentiæ, quàm Bononiæ in hoc errare, & dicit quod ista erant ineptè facta, refert & sequitur Rolan. à Valle consil. 78. nu. 14. & sequen. lib. 1. vbi refert hanc esse magis cõmunem opinionem Gephal. cons. 415. num. 29. Nat. consil. 200. num. 2. C[illegible] cons. 304. nu. 12. lib. 3. Bec[illegible] 47. nu. 2. Bursat. cons. 363. Turret. cons. 77. num. 36. Surd. cons. 265. num. 26. idem in decis. 76. num. 8. Alex. Raud. cons. 57. num. 18. lib. 1. Nec obstare videbantur clausulæ illæ in substitutione facta per Donnam Portiam ex aduerso consideratæ, quia non procedebant in Regno stante sta-
9 tuto Regis Ferdin. 43. continuante possessionem in hæredem immediatè, vt dixerunt Riminal. iun. cons. 91. num. 28. & cons. 56. vol. 1. Hond. d. cõs. 28. nu. 28. Milan. decis. 3. nu. 182. lib. 1. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 5. num. 6. Decian. respon. 47. nu. 11. lib. 3. Pereg. de Fideic. art. 47. num. 20. cum alys infinitis per eos relatis, & fortius in casu isto in quo [illegible] res reperiebantur in possessione bonorum, vt dixit Peregr. in loco præallegato, nu. 55. & æquitas considerata de iure canonico procedere videbatur in terris Ecclesiæ, vt intelligit Turret. in d. consil. 77. num. 38. & secundum prædicta ego iudicaui solus ex commissione Excellentiss. Proregis

die 20. Iulij 1604. reuocando sententiam M. R. C. prout aliàs in aliis catamenis fuerat bis reuocata tam in Consistorio, quàm in iudicio causarum delegatarum, & vltra prędicta ego motus fui, quia non videbatur bene fundatum Fideicommissum ex parte istorum de Statella.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium factum cum curatore dato infanti est nullum.*

2 *Mater tutrix debet renunciare secundis nuptijs, & Velleiano. Amplia etiam in tutela testamentaria, num. 3. Limita de consuetudine, num. 4.*

5 *Tutor creditor si vult sibi satisfieri ab infante datur curator, nec citandus est substitutus, num. 6.*

7 *Acta facta cum curatore non legitimè dato sunt nulla.*

8 *Officiali non creditur in his quæ ad eius officium non pertinent.*

9 *Pupillus dicitur indefensus, si tutor vel curator in iudicio non compareat pro eius defensione. Amplia nu. 11. & sententia est nulla, num. 10.*

12 *Dotarium debetur pro quantitate dotis solutæ, contra num. 13.*

14 *Dotarium in Regno constituitur ratione virginitatis defloratæ.*

15 *Dotarium matrimonio nō consummato non debetur. Et an per osculum, num. 16.*

17 *Confessio dotis facta per grauatum non nocet in bonis Fideicommisso subiectis.*

18 *Dotariū est tertia pars dotis solutæ. Et de iure Regni est octaua pars, numero 19.*

20 *Capitulum Regni de dotario procedit etiam in bonis Fideicommisso subiectis.*

21 *Dotis appellatione non comprehenditur dotarium. Contra, nu. 22.*

23 *Aestimatio ex quibus reddatur nulla.*

24 *Decretum est nullum non praecedente aestimatione.*

25 *Mulier quando excusatur à condemnatione fructuum.*

26 *Mulieri debentur fructus dotis.*

ARGVMENTVM.

Adiudicatio ex quibus dicatur nulla, & ibi qualiter dandus sit Curator infanti, & an Dotarium debeatur pro parte dotis solutæ.

DECISIO LXXIII.



Xistente creditrice pro suis dotibus, & dotario Donna Ioanna la Farina ob mortē eius viri, sibi adiudicauit per primum, & secundum decretum à posse Don Vincentij eius filij multa bona ad summum eius crediti; quæ tamen adiudicatio ad instātiam Iuliani la Farina fuit per M. R. C. nulla declarata; deuoluta causa via appellationis ad Tribunal Consistorij pro nullitate decreti prædicti dicebatur primo quod fuerat interpositū contra personam illegitimam, dum fuerat receptum citato Ioseph de

Bernardo

Bernardo curatore ad litem dato dicto Don Vincentio tunc infanti, cum debuisset creari tutor, & non curator, quo non facto acta
1 erant nulla, vt dixit *Aret. in §. masculi, nu. 1. vsque ad finem. Instit. de curat. Marant. in Specul. aureo, par. 4. 16. distinct. 36. Afflict. decis. 262. vbi Vrsil. Ofasc. decis. Pedemont. 89. Neuizan. consil. 17. num. 12. cum sequent. Caualcan. de tutore, & curatore, nu. 281. & nu. 282.* & quod tutore carebat fundabatur, quia testator reliquerat tutricem præ-
2 dictam Donnam Ioánam matrem, quæ minimè solemnia adimpleuerat expresse renuntiando secundis nuptijs, & Velleiano, prout de iure teneri dixerût *Bart. in authen. matri, & auiæ. C. quan. mult. tut. offic. vbi Doct. omnes. Anani. in cons. notab. 100. & ibi Bologn. in addit. Specul. in tit. de tutor. §. nunc dicendum, vers. hodie vero. Capic. dec. 50. num. 6. Natt. consil. 147. num. 2. Rolan. cons. 76. nu. 6. & 7. lib. 1. vbi de communi. Granut. in patrocin. pupillo. cap. 5. num. 19. Matthesil. sing. 108. Doguron in repet. Authent. eisdem pœnis, sub num. 32. C. de secundis nupt. vbi testatur de magis communi opinione, & multos congerit Boer. decis. 124. num. 9. parte prima, & Bmi. consil. 60. volum. 1.* & sic habetur ac si nullam tutricem habuisset, vt dixit *Affl. in d. dec. 262. & Vrsil. ad eum Ofasc. Granut. & Neuiz. in locis præallegatis, & Rol. in d. consil. 76. num. 6.* Nec obstare videbatur quod prædicta procedebant in tutela datiua, & non
3 testamentaria, vt dixit *Alber. in d. authent. matri, & auiæ, colum. 2. versic. nunquid data in testamento,* qui dicit ita practicatum fuisse suo tempore; nam Roland. vbi supra cum alijs per eum relatis loquebantur in tutrice testamentaria; sed in hoc capite conclusum fuit quod licet supradicta opinio sit verior de iure, tamen ea de con-
4 suetudine non seruatur in tutrice testamentaria, vt dixit *Boerius in dicta decis. 124. num. 13. Pragm. de tutor. & curator. quæst. 7. num. 40 fol. 62. Ferret. consil. 112. num. 4. 5. 6. & 7. & in his statur consuetudini, secundum Perus. decis. 48 nu. 2. & 3. & ita vidi practicatum in Regno.* Nec obstabat, quod infanti
5 dandus erat tutor, quia non procedit vbicumq; tutrix creditrix vult sibi satisfieri ab infante, quia tunc dandus erat curator ad litem, iuxta pract. *Bald. Paul. de Castro & Corn. in l. finali. C. de iure delibcran. Phanut. de Inuent. par. 5. à num. 22. vsque ad numerum 34.* nec substitutus erat citandus. *Honde. consi-*
6 *lio 28. num. 23. Roland. consil. 91. libro 4.*

Secundo principaliter nullum dicebatur decretum, quia etsi dari debuisset curator ad litem, prout datus fuit, adhuc videbatur fuisse interpositum côtra per-
7 sonam illegitimam, quia curator non poterat aliter dari pupillo, nisi citatis omnibus consanguineis, & amicis, & nolentibus tale munus suscipere; tunc enim Iudex prouidet de curatore, quæ tamen citatio non interuenerat in casu isto, & consequenter erant nulla

nulla cedula curatiæ, & acta facta
vt dixit *Neniz. dicto consil.* 17. *Osas.*
decis. 89. *num* 7. *Affl. decis.* 262. *&*
256. *vbi Vrsil. ad eũ Ludouic. Mes-*
sia. super l. Reg. part. 11. *num.* 21.
Maran. distinct. 16. *num.* 36. *part.*
4. *Pancirol. consil.* 11. *nu.* 15, & ma
ximè in casu isto; in quo non appa
rebat cedulam curatiæ traditam
fuisse ipsi curatori per nuntium de
mandato Iudicis vt fieri oporte-
bat, sed tantum de traditione fi-
dẽ faciebat magister notarius, qui
asserebat illã curatori tradidisse,
8 cui non creditur in hoc, cum non
sint de spectãtibus ad eius officiũ,
vt post alios dixit *Mascard. con-*
clusi. 35. *num.* 15. *& num.* 4. qui lo
quitur in Iudice; & in notario
quod ei non credatur dicenti ali-
quid fecisse de mandato Iudicis,
nisi aliundè constet, dixit *Affl. de-*
cisione 317. *& ibi Vrsil. ad eum, vbi*
testatur de communi opinione. Rol.
cons. 94. *num.* 34. *lib.* 2. *Paris. cons.*
61. *numero* 7. *in* 4. *Alexan. Raud.*
responsi. 21. *num.* 151. *in* 1. *lib. Bec.*
consil. 91. *numero* 7. 8. *&* 9. *Guid.*
Pap. decis. 557. & quod verè non
fuerit tradita verificabatur, quia
curator numquam comparuit, nec
aliquid deduxit in fauorem pupil-
li saltem præsentando oppositio-
nes infra quindenam.

Tertio principaliter nullum di
cebatur secundum decretum, quia
interpositum fuerat contra pupil-
lum indefensum, & de iure inde-
fensus dicitur pupillus licet tuto-
9 rem habeat, dummodo in iudi-
cio non adsit, saltem in principio,
ad tex. in l. si præses, C. quomod. &
quand. Iud. vbi Doctor. omnes Pract.
Papiens. in form. libel. super petion.
receptionis, §. eundem, & in nu. 14.
Ludouic. Messia. super d. l. Regia.
part. 11. *fundamen.* 2. *fol.* 97. & ideo
nullam esse sententiam dixerunt
10 *Neniz. in d. consil.* 17. *& Menoch. con-*
sil. in d. sing. 108. *num.* 7. *cum se-*
quent. & maximè quando tutor ha
11 bebat defensiones, quas si dedu-
xisset, minimè succubuisset, *Ruyn.*
cons. 160. *num.* 31. *vol.* 2. *Thesau.*
decis. 99. *num.* 21. *Gepb. consi.* 475.
num. 24. *vol.* 4. *Turret. cons.* 59. *nu.*
1. *vol.* 2. *Angiusciol. cons.* 1. *nu.* 17.
Guid. Pap. quæst. 484. & infiniti
alij quos præcitati Doct. cumulãt;
poterat enim se opponere quod
dotarium pro quo fuerat causata
executio non poterat ascendere ad
vnc. 200. quia dotes promissę non
fuerant solutæ in totum, nec in tẽ-
pore statuto, & tamen debetur pro
12 quantitate dotis solutæ, *Affl. dec.*
242. *Guid. Papa consil.* 19. *& decis.*
274. 430. *&* 565. *Bero. decis.* 22.
num. 21. *&* 41. *post alios Rol. cons.*
10. *num.* 1. *cum plur. seq. vol.* 1.
Rim. Iun. cons. 16. *num.* 7. *Mandel.*
cons. 199. *per tex. in l. Sancimus, C.*
ne nupt. in fin. Sed prædicta, licet
13 vera non sint, vt defendit *Berard.*
Pand. Grani. in tract. de dotat. par. 2.
quæst. 3. *in* 9. *vol. tract. & post eum*
D. Ioann. Andr. de Georg. alleg. 45.
num. 3. *&* 11. *cum mult. sequent.*
14 tamen in Regno, (vbi dotarium
constituitur ratione virginitatis
defloratæ, quòd pretium sangui-
nis est,) prædicta locum non ha-
bebant, vt dixit *Blas. Lancea Ma-*
gnus Doct. in repet. cap. volentes in

2. no-

2. notab. Lim. 2. Versic. sed pulchra, & assidua est quæstio fol. mihi 162. qui ad hoc allegat And. in constit. Licentiam col. 2. & dicit contraria procedere de iure communi respe
ctu donationis propter nuptias, quæ à iure dicitur spõsalitia largitas, sed non in Regno vbi dotariũ datur respectu violatæ virginitatis, idem dixit *Cannet. in d. cap. volentes fol. 97.* versic. sed quid si fuerit constitutum, vbi ita persępè seruatum fuisse testatur *Milan. decis. 9. num. 107. lib. 2. qui ad hoc allegat tex. in l. res vxoris. ibi (quia pudicitiæ præmio cessit) C. de donat. int. vir. & vxor. Cumia. in cap. si aliquem in verb. Antiquis nu. 525. cum seq. & in cap. Ritus 94. nu. 14.*
15 adeo quod matrimonio non consummato non debetur, vt dixit *Io. Andr. de Georg. in d. allegat. 45. nu. 1.* post hæc scripta vissis, intantum
16 quod per osculum debetur tantũ medietas, *Neapod. in cõsuetud. quartam gl. [illegible] à viro suo, numero vigesimo sexto, versiculo sed videtur contra, & post alios Marius Muta ad consued. Panorm. cap. 43. nume. 77. & 79.*

Item poterat opponere, quòd dos confessata per eius patrem in testamento dum aliter non constabat de numeratione aliunde, non debebatur super bonis Fideicommisso subiectis, & confessio facta
17 per grauatum non nocet substituto, *Cannet. in d. cap. volentes vers. cum dos, fol. 95. Peregr. de Fideicom. art. 42. num. 83.*

Rursus poterat opponere, quòd dotarium promissum erat excessi-
18 uum, nam de iure communi dotarium siue antefatum est tertia siue quarta pars dotis solutę, *Rol. d. cõs. 10. lib. 1. Affl. decis. 242.* De iure vero Regni est octaua pars, vt est *cap. in Carul. 246.* & licet loqua-
19 tur in feudalibus, attamen eius dispositio videbatur locum habere etiam in allodialibus Fideicom
20 misso subiectis, cum de vno ad aliud valeat argumẽtum, vt dixit *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque in fin. de suc. cessi. feud. Soc. cons. 126. col. fin. lib. 1. Ruger. Bonifact. quæst. 8. num. 12. De[illegible]. cons. 445. num. 18. & 31.* & ideo quatenus Dotariũ summam legitimam excedebat, minimè poterat constituens successores in bonis Fideicommisso subiectis ex dispositione testatoris grauare, *Decian. cons. 10. lib. 2.* & licet exceptiones prædictæ in prima instantia admitti non potuissent, tamen in causa oppositoria executionem prædictam retractassent. *Milan. decis. 9. & decis. 1. lib. 2. & decis. 17. num. 1. cum sequen.*

Postremo poterat opponere, quòd Curator ipse fuerat datus pro petitione dotium tantum, & non dotarij, & tamen admitti fecit decretũ predictum tam pro dote, quàm pro dotario, & appellatione dotis non comprehenditur dotarium, sicut priuilegium dotis
21 nõ extenditur ad dotarium, *Capic. decis. 65. Afl. decis. 291. Vinc. de Franc. decis. 182. num. 2.* Sed hæc vltima exceptio nõ erat tuta, nam ex vi comprehensiua sub dote comprehenditur dotarium; *Andr. in c. 1. §. donare, sub num. 6. qualit. olim.*

feud.

feud.poter. Cumi. super Rit.ca.6.nu. 88.& cap.94.num.17. Gram.decis. 103. num.87. & idem Vincent. de Franch.d.decis.182.sub nu.5.Thesa. decis 45.nu.2.& per totā vbi decidit cōtra Affl.& Capic.proximè relatos.

Quarto principaliter nullitas decreti prædicti ostendebatur, quia receptum fuerat præcedente æstimatione non legitimè facta, tum quia non præcessit iniunctio facienda curatori ad eligendum expertos, tum etiam quia æstimatores non citarunt, nec citari fecerūt curatorem ad videndum æstimationem bonorum adiudicandorum cum designatione diei, quæ omnia requirebantur ad validitatem

23 æstimationis ex *Bart.in l.Theopompus,ff.de dot. prælega. Cosm. Nepi.in consuet.Catin.titu.49. num.108.Couar.variar.resol.lib.2.cap 13.versi.*

24 *nona conclusio*, & consequenter non existente æstimatione decretum super ea factum nullum erat, vt dixit *Afin. de exequut. §. 4. cap. 90. num 6.& 9. & cap.302. Surd. cons.256.vol.2.*

Nec obstare videbatur quod decretum fieri poterat absque æstimatione, stante pacto id discursum, & ideo quatenus fuerit nulla æstimatio non vitiatur; nam dicto fuit quod vna simul quod Domina Ioanna creditrix voluit sibi adiudicari bona prædicta præcedente æstimatione, si illa fuit omissa, vel nulliter fuit facta, decretum est nullum. *Afin.de execut. capuo. 26. numero 8. & 11.* His discussis Consistorium declarauit nullum secundum decretum maximè ex secundo, & tertio capite nullitatis; sed quia nullitas prædicta erat causata circa sollennita-

25 tes, & per mulierem creditricem pro suis dotibus quæ ex iusto errore iuris dubij excusari debebat à fructuum condēnatione, iuxta tradita per *Soc.consi.18.num.22. Bec. consil.95. Surd.consil.202. Honded. consi.30.num 37.& seq. Milan.decis.2.in fin.lib.1.* & maximè in muliere, cui debebātur fructus dotis, qui parum differebant à fructibus perceptis, vt dixit *Pau.de Cast.cons. 19.num.3. lib.secundo*, ideo in sententia adiecimus clausulam, quod non teneatur ad fructus perceptos, die 9. Augusti 1604.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio quod soluto matrimonio) sine liberis dos restituatur eius hæredibus, intelligitur soluto matrimonio per mortem vxoris.*

Amplia in extraneo dotante num. 3. ratio num. 5.

2 *Tex.in l.2.ff.de pac.dota.declaratur.*

4 *Dos si fuerit restituta dotanti, adhuc filiæ remanet ius rehabendi dotem vt possit renubere.*

6 *Mater tutrix censetur dotare de bonis filiæ.*

ARGVMENTVM.

Stipulatio quod soluto matrimonio quoquomodo dos restituatur dotanti, intelligitur si dissoluatur per mortem vxoris.

DECISIO LXXIIII.

Contracto matrimonio inter Philippum Golino, & Franciscam

ciscam Caso cum certa dote, mater in augmentum ipsius cõstituit vncias quinquaginta, & stipulata fuit, quod in casu cuiusuis restitutionis dotium prædictarum quomodolibet faciendæ per Philippum, teneatur restituere hæredibus quondam Ioannis lo Caso, mortuo Philippo, hæredes petebant restitutionem sibi fieri de dicto augmento dotis, & ita fuit bis iudicatum; causa deuoluta ad Cõsistorium via appellationis ad instantiam Franciscæ Sponsæ dotatæ, & mihi soli commissa iudicaui contrarium ex doctrina *Petr. de*
1 *Gregor. in tractat. de dot. de parag. quæst. 35. numer. 2. versic. Secundo quæro, Bald. nouell. quem ipse refert in tract. de dot. in prima parte numer. 21. versic. vidi etiam consultum, & in 7. par. priuileg. 11. num. 2. versic. vnde si pactum sint, nume. 15. versic. Imò multo magis, ad idem Affl. in constit. Regni Fratribus, nume. 5.* vbi dixerunt quod si patri, vel fratri dotando filiam, vel sororem stipuletur, vel paciscatur dotem sibi reddi, vel hæredibus suis soluto matrimonio sine liberis, talis stipulatio debet intelligi si matrimonium soluatur per mortem vxoris, non autem si per mortem viri, & idem voluit *text. in l. 1. ff. de dot. prælega. vbi gloss. in verb. interueni*, ad hoc allegat bonum
2 *text. in l. 2. ff. de pact. dotal. cuius verba sunt, Si conuenerit vt quoquomodo dissolutum sit matrimonium liberis interuenientibus dos apud virum remaneret; Papinianus Iuliano Prætori respondet, morte mariti finito matrimonio neque conuenisse videri dotem remanere, & si conuenisset, non esse seruandum pactum contra dotem, cum mariti mortalitas interuenit*, & ibi hoc expresè voluit *Bald. idem dixit gloss. not. in l. si dotali, in verb. Interposita, versic. Item caue, ff. solut. matrim.* & prædi
3 cta procedunt etiam in extraneo dotante, vt dixit *text. & ibi gloss. in l. Caius Seius, ff. solut. matrim.* & in tantum hoc est verum quod
4 si dos fuisset restituta dotanti, adhuc remanet filiæ ius repetendi dictam eandem dotem vt possit congrue renubere etiam contra filios, & hæredes patris, ideo quod dicitur dotata tanquam sibi sit destinata eadem dos pro alio matrimonio, secundum *Bal. nouell. in d. numero 21.* vbi ad hoc allegat multa iura, quia ex tali
5 pacto mulier remaneret indotata, & dotis conditio efficeretur deterior, *d. l. 2. & l. Attilicinius, & l. de die, ff. de pact. dotal.* Immo impediri posset secundum matrimonium; & sic contra fauorem publicum, *ad not. in l. 1. ff. solut. matrim. & l. 1. ff. de iur. dot.* Acce-
6 debat prædictis quod mater administrauerat bona filiæ, & ideo de eius bonis dotare censebatur, vt iudicatum fuisse refert *Put. in decis. 182. lib. 1. limitando text. in l. fin. C. de dot. promission.* & ita fuit exequutum die 7. Augusti 1604.

SVMMARIVM.

1 *Bona viri, & vxoris contracto matrimonio more Latinorum lapso*

anno

anno confunduntur stante consuetudine vrbis.

2 *Pater an possit alienare bona communia cum vxore, & filijs.*

Intellige de bonis mobilibus nume.4.

Item limita stante necessitate alienationis num.5.

Ampl. a si abesset dolus num.8.

3 *Vxor, & filij possunt repetere bona alienata per Patrem stante Consuet.*

6 *Societas censetur contracta per confusionem bonorum.*

7 *Damna, & lucra sunt communia inter Socios.*

9 *Pater non potest alienare rem communem pro modico pretio.*

10 *Pater non potest alienare bona confusa acquisita constante matrimonio stante consuetud.*

11 *Bona futura veniunt in confusione.*

ARGVMENTVM.

Pater cõtracto matrimonio more Latinorum quando possit alienare bona.

DECISIO LXXV.



Tante cõsuetudine Panormitana *sub nu.43.* si contrahatur matrimonium more Latinorum, bona viri, &
1 vxoris lapso anno à tempore consũmati matrimonij, vel natis filijs confunduntur, & vnum corpus efficiuntur, quorum bonorum tertia pars debetur patri, altera matri, reliqua vero tertia filio, vel filijs, super qua, & alijs tribus sequentibus, latè pertractauit materiam. *D. Marius Muta in eius commentarijs ad prædict. consuet. & inter alia per eum ibi notata in consuetud. 46. num.32.* mouet quæstionem
2 an pater possit alienare vel obligare bona prædicta, & determinat quod non teneat talis obligatio, seu alienatio nisi in sua tertia per *tex. in l. nemo, §. 1. ff. pro Soc. & l. 3. eod. titu. Imol. in consil. per cum facto super aitta consuetud. in fi. & ita determinat Blasius Lanc. in commen. super Consuetud. generali Regni, in Versic. pone quod pater, Bongior. in addit. dicta consuetud. 46. Pern. in consil. allod. 134. Roder. Suarez. in titu. de las Ganancias del Marido y de la muger, num.47. & sequenti,* & ratio est, quia vxor, & filij habent dominium in eorum vita, & quod omnes tãgit ab omnibus debet approbari, & ideo in tali casu
3 datur vxori, & filijs actio ad repetendum. *Palat. Ruui. in rub. de dona. Int. vir. & vxor. §. 66. num. 28. versiculo quamuis ergo Suarez. Pern. & Muta in locis praallegatis.* Limitatur tamen prædicta conclusio si
4 alienatio fiat de bonis mobilibus, & venalibus *Barto. & Bald. in rub. C. de pro Soc.* quia in hoc vnus tacitè videtur habere consensum, & mandatum alterius, vt dixit *Roderic. Suarez. in d. titu. de las Ganancias del marido y de la muger num. 48. per text. & ibi gloss. in d. l. nemo ex Socijs, ff. pro Soc. Bald. in rub. ff. eod. Cosm. Nepit. super Consuetu. Catha. tit. 25. num. 20. Bongiorn. in addict. ad Consuet. Panorm. 43.* Secundo

5 do limitatur quando alienatio fieret pro necessitate, & vtilitate, videlicet pro soluendo ære alieno, quia tunc ex rebus communibus soluendum erit, vt ait *Petr. Vbal. in tract. de duobus fratribus, part. 9. nu. 2.* & tunc ex quo per confusionem
6 bonorum cōtracta est Societas, vt dixit *Blas. Lance. in supra allegato loco, & Cosm. Nepit. in consuetu. Catin. in tit. 3. num. 44.* ideo damna, &
7 lucra inter Socios videlicet maritum, vxorem, & filios, debent esse communia, aliàs Societas Leonina diceretur, *ad tex. in l. si patruus, C. commun. vtriusq. Iud. gloss. ibi, Blas. & Nepit. in prædictis locis, Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 19. numer. 3. Ioan. Lup. aliàs Palat. Rum. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 3.* & ratio illa est, quia cōfusio bonorum non ex hominis, sed ex legis dispositione inducitur, & maximè prædicta limitatio procederet si abesset dolus vel fraus, vt di-
8 xit *Anchar. in consi. 105. Palat. Ruuios in d. §. 66. nu. 23. 24. 25. & 28. Roderic. Suarez. in præallegato loco nu. 25. & seq. Couar. d. lib. 3. variar. resol. cap. 19. num. 2.*

Ampliatur prædicta conclusio
9 si Pater alienaret rem communem pro modico pretio, quia tunc præsumitur simulata venditio, *l. cum hi, §. modus, ff. de transact. Palat. Rui. in loco præallegato, Mar. Mut. in d. consuet. 46. sub num. 32.*

Ampliatur secūdo vt procedat
10 non solum si Pater alienaret bona acquisita tempore cōtracti matrimonij, sed etiam acquisita constāte matrimonio, ita dixit expressè *tex. consuetud. 43. ibi (quam, & quæ postmodum per eos acquisita sunt)*
11 quia bona futura veniunt in communione, vt dixit *gloss. in Consuetu. Regni Siciliæ generalem; Marius Muta in d. consuetud. 43. nume. 30.* & ita iudicauit Consistorium confirmando sententiam M. R. C. die 21. Iunij 1604. pro Elisabetta Massa, & consor. contra Thomam de Accaxina tutorem.

SVMMARIVM.

1 *Excusatio tutelæ debet proponi infra quinquaginta dies. Intellige nume. 15.*

2 *Causa excusationis tutelæ debet determinari infra quatuor menses.*

3 *Tutor immiscens se in administratione tutelæ non admittitur ad excusationem.*
Intellige num. 16.

4 *Protestatio facta post actum factum nihil operatur, & num. 5. & 6. & num. 17.*

7 *Causæ excusationem tutelæ superuenientes post ipsam susceptam non releuant. Limita num. 18.*

8 *Miles etiam volens non admittitur ad tutelam.*
Amplia in militibus nostri temporis num. 9.
Intellige in militibus stipendiarijs nume. 10.
Contra de iure Regni num. 11.

12 *Administrator rerum fisci excusatur à tutela, & qui sunt isti, nume ro 13.*
Amplia si tutela alibi esset administranda, num. 14.

AR-

ARGVMENTVM.

Tutor quando excusetur à tutela ob militiam, & quid in suscepta.

DECISIO LXXVI.



Oseph de Martino tutor institutus per Sāctorum de Infantino tamquam miles electus equestris militię Regni, petijt in Curia Ciuitatis Syracusarum excusationem à tutela prædicta, & tam per eam quā per M. R. C. fuit excusatus, reuocata Interloquutoria lata per Curiam appellationis; Causa deuoluta ad Tribunal Consistorij dicebat

1 mater pupillorū, quod excusatio non poterat in hoc casu procedere, quia non fuerat proposita infra quinquaginta dies, *l. quinquaginta, & l. Scire oportet, §. multa, ff. de excusation. tutor. & l. quinquaginta, & l. tutores, C. eod. ad idem tex. in §. qui autem excusare, Instit. eod. tit. Montan. de Iur. tutel. in tit. de excusation. tutor. vel curator. ca.* 35. *num.* 1. *fol.* 170. *Schrade. de feud. par.* 10. *session.* 20. *num.* 36. *& num.* 41.

Item, quia nec determinari fe-
2 cerat dictam causam excusationis infra terminum mēsium quatuor, prout tenebatur, ad tradita p *textum in d. l. quinquaginta, in secundo respons. ff. de excusation. tutor. latè Montan. in loco præallegato. Aldobrandin. in d. §. qui autem excusare, sub num.* 22. *Schrader. diffusè in prædicta part.* 10. *session.* 19. *sub nu.* 96. *& 97. fol.* 527.

Rursus, quia prædictus tutor postquā fuerat creatus miles semper perseuerauerat in administratione tutelæ prædictæ in ea se immiscendo, vendendo, emendo, soluendo, & exigendo, & propterea
3 cum se non abstinuerit ab administratione, non videbatur admittendus ad excusationem allegatam, *ad text. in l.* 2. *C. si tutor vel curator fals. allegat. & l. non tantum, §. sanè notum est, ff. de excusation. tutor. vbi hoc expressè determinatum est.*

4 Nec obstare videbatur protestatio facta in aliquibus actis, nā post factum nihil proderat protestanti, *Bart. in l. fin. §. item si prædixerit, ff. naut. caup. stabul.* & voluntas non poterat declarari post factum, *Crauett. consil.* 112. *num.* 12. *Gram. consil. ciuil.* 163. *num.* 2. *Neuizan. inter Consil. Brun.* 12. *nu.* 150. *Menoch. consf.* 28. *num.* 36.

5 Item quia erat sublata ex subsequenti contractu facto absque aliqua protestatione, *Bart. l. non solum, §. morte, nu.* 16. *&* 23. *vbi Iaſ. num.* 14. *& post alios Hond. consil.* 78. *num.* 101. *vol.* 2. opus enim erat
6 vt talis protestatio apponi debuisset in quocumqpe actu, vt post alios dixit *Surd. cons.* 136. *num.* 43. *cum seq.*

Postremo quia causæ excusatio
7 num superuenerunt post susceptā tutelam, quo casu non releuant *ad text. in l. propter magistratum, & l. administrantes, ff. de excusat. Montan. de Iur. tutel. cap.* 35. *reg.* 1. *num.* 87. *ad idem text. in l. administrantes res principum ibi (nam susceptam antea*

tea non deponunt) ff. de excusat. tutor. & l. non tantum, §. vacare, ff. eod. Ioan. Fab. Ang. & Plate. in §. D. Marcus, Instit. de excusat. tutor.

Sed his non obstantibus Consistorium admisit excusationem, durante tamen militia, & officio die 21. Iunij 1604. confirmando duas alias sententias conformes; erat enim excusatio fundata tam de iure
8 communi, quia miles etiam volens non admittitur ad onus tutelæ, *§. item maior. in fin. instit. de excusat. tutor. poss.* quod procedit e-
9 tiam in militibus nostri temporis, secundum *Doct. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. & præcipuè Alex. num. 23. Soc. sen. num. 2. Alciat. num. 6. Ias. num. 19. Rip. num. 10. Galiau. num. 7. Socin. iun. nu. 77. Bologn. nu. 30. Aldobran. in d. §. item nu. 27. Inst. de excusat. tutor. Thesau. decis. 111. nu. 5. Viui. decis. 491. n. 1.*
10 *vbi alios allegat*. Sed de re vera supradicta cōclusio ꝓcedebat in militibus stipēdiatis, secus autē si stipendiū aliquod non reciperent, vt dixerunt *Ripa, Socin. iun. & cæteri præallegati, Sfort. Odd. in tract. compendiosæ, par. 5. in tertio, præmisso, num. 21.* versic. aut stipendium aliquod non recipiunt, & in terminis nouæ militiæ Regni Neapolitani, & nostri dixerunt *Bolog. in d. l. Centurio, num. 32. versic. secundus casus est, & Alexand. Trentacinq; in tract. de subst. part. 4. capit. 8. nu. 6. versic. secundus casus est.* De iure ta
11 men Regni adest statutum immunitatis cōcessum istis militibus per quod expresse mandatur vt durante tempore quo sunt in militia descripti, sint immunes ab oneribus tutelarum, & ob id apposuimus clausulam illam durante militia. Item, & excusatio veniebat admittenda, quia iste de Martino erat Regius Secretarius ciuitatis Noti, *ad text. in §. diuus Marcus, institut. de excusat. tutor. & in l. administrantes, & l. Geometræ, ff. eod. in quibus locis habetur*, quod Admini-
12 strantes res fisci, quandiu administrant excusantur à tutela, vel cura, *Siluestr. in d. §. diuus Marcus, nume. 13. qui allegat dictam l. Geometræ, & sequitur ibi Ioann. de Platea*, quæ conclusio procedit in omnibus, quibus Princeps curam alicuius rei iniunxit, vt exactores tri
13 butorum, Præfectus annonæ, vel vigilum, mensores frumentarij, & generaliter non solum procurator Cæsaris, sed rationalis, & omnes hi, qui à Principe electi sunt, vt suarum rerum, vel etiam publicarum curam gerant, vt dixit idē *Siluestr. post Ang. Port. & alios in d. §. diuus, num. 12.* Accedebat in casu isto, quod tutela erat administranda in Ciuitate Syracusarum, & tamen ille de Martino habitabat vti Secretarius in ciuitate Noti, à qua non poterat recedere absque licentia Principis, & sic non poterat vtrique oneri vacare, & necesse erat alterum deserere, vel tutelam, vel officium, quo casu etiam à suscepta tutela excusari debebat, prout dicitur in Magistratu, seu potestate, qui licet nō excusetur à suscepta tutela, nihi-
14 lominus si vtrique vacare non poterat, excusatur, vt dixit *Ang.*

Aret.in §.& qui potestatem, Institu. eod. quem sequuntur ibi omnes, & præcipuè Ioann. de Platea. & voluit Montan. de iur.tutelarum, cap.35. num.115.

Nec obstare videbantur ex aduerso deducta fundamenta, & primo excusationem non fuisse propositam, nec expeditam in termino à iure disposito; nam in facto si terminus numeretur à die quo fuit factus actus per conseruatorem, vtique excusatio esset proposita, & expedita in termino. Item
15 ratio prædictorum iurium in *l. quinquaginta & l.tutores, ff.& C.de excusat. tutor.* fundatur, quia interim persona pupilli, & eius bona sine gubernatione perirent, vt dixit *Montan. d.cap.35.regu.2.nu. 3.* quæ tamen non potest verificari in casu isto, ob superuenientiam excusationis post susceptam tutelam, & ideo militat diuersa ratio, à qua non potest inferri, *l.Papinianus, ff. de minor.* & demum facit, quia iste tutor de nouo habuerat notitiam dicti priuilegij immunitatis concessæ militibus.

Tertium non obstabat quod tutor se ingesserit in administratione tutelæ, & ideo videbatur excusationi renuntiasse; nam iura ex aduerso ad hoc allegata procedunt, quando excusatio competebat ante administrationem, secus
16 tamen si superuenerit post cœptam administrationem, vt hic: quia non debebat deserere administrationem, vt sic patrimonium pupilli effectum fuisset deterius; Item adsunt ad hoc protestatio-
17 nes factæ per ipsum tutorē, quod sibi præiudicare non intendebat excusationi propositæ, quæ conseruant ius protestantis, *Surd.deci. 246.num.11. & cons.35.num.11.* & non dicitur in hoc casu contraria facto, quia non respicit eundem actum contrarium, vt si quis diceret respondeo, & protestor quod nolo respondere, sed refertur ad diuersum actum, & cum eo compatitur vt hic, quia non dixit Administro, & protestor quod nolo administrare, sed administro, & protestor quod ex tali administratione non intendo præiudicare excusationi propositæ, quæ protestatio valet, vt notat *Bart.in l.1. C.de lit.contest.colum.pen.Dec.cons. 460.Surd.cons.143.num.49.* & verum erat in facto quod post excusationem non aderant alij actus facti absque protestatione.

Nec tamen vrgebat quod post susceptam tutelam excusatio non competebat, quia, vt dictum est,
18 tutela pupilli administranda erat in alia Ciuitate, quo casu etiam à suscepta excusari volunt *Doct.præallegati.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta per procuratorē est nulla si non constat de mandato.*
2 *Mandatum speciale requiritur ad alienandum rem Ecclesiæ.*
3 *Mandatum non præsumitur etiam ex antiquitate temporis.*
4 *Res Ecclesiæ stante prohibitione alienandi legis, & hominis, efficitur inalienabilis, etiam in casu vtilitatis,*

tatis, & necessitatis. Intelligi num.6.& 7.

5 Tex.in §.Sanctissimas, de Alien.& emph.non procedit de iure canonico.

8 Alienatio rerum Ecclesiæ absque solemnitatib. est nulla, & quæ sint.

9 Alienatio rerum Ecclesiæ est nulla si deficiat vna ex solemnitatibus requisitis.

10 Vtilitas qualiter consideratur in alienatione rerũ Ecclesiæ, et nu.11.

12 Alienatio rerum Ecclesiæ, facta per procuratorem eius consanguineo, est nulla.

13 Vicarius Episcopi non potest dare consensum alienationibus rerum Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Venditio rei Ecclesię ex quibus dicatur nulla.

DECISIO LXXVII.



Consistorium nullam declarauit venditionem factam Erasmo de Lentini de quodã prædio Monasterij monialium Sanctissimę Mariæ Annunciationis Ciuitatis Syracusãrum per Don Antonium Ramella vti procuratorem dicti Monasterij confirmando sententiam M.R.

1 C.quia non constabat de mandato vt dixit *Canalc.in decis.45.num.22.par.1.* vbi subdit, quod bonus Iudex debet animaduertere ad videndum mandatum, & si non appareat, debet annullare contractum; quia potest esse quod man-

2 datũ esset generale ad alienandum quæcunque bona, quod non sufficit, sed necesse est, quòd sit indiuiduale ad alienandum tale prædiũ, secundum *Redoan.de reb. Eccles.nõ alien.fol.129.nu.112.* vers.& licentia alienandi, & cum sit quid facti, nõn præsumitur vt factum dicto nomine valeat, & affirmãdo sic dixit *Bar.in l.3.§.si causa cognita,ff.de*

3 *bonor.posses. Petrus Gerar. sing.23.* vbi ait hoc procedere etiam ex antiquitate tẽporis per mille annos, vt notat *Bal.in l.2.C.si ex falsinstr. & in l.1.sub nu.1.C.de reb.alien.nõ alien. Affl.decis.345.num.7.& ideo dixit Bar.in l.qui fundum,in fin.ff.de vsucap.peremp.* quod qui emit ab aliquo tanquam à procuratore alterius, pręsumitur semper malæ fidei, nisi appareat de mandato illius, & hãc esse magis communem opinionem post multos, qui eum sequuti sunt, testatur *Menoch.cõs.1.nu.79.vol.1. Ceph.consi.311.nu.*

4 *11.& cons.441.nu.72.& 73.vol.3. Surd.consi.28.nu.81.lib.1. Caual.in d.decis.45.nu.11. vbi subdit in prędicto nu.22.* quod tali casu emptor dicitur in mala fide, secundũ *Curt. & alios per eum relatos.*

Item, quia prædium prædictũ alienatum, fuerat dicto Monasterio donatum per Paulum de Montealto, pro sustẽtatione familiæ dicti Monasterij, cum expresso pacto, quòd non potuisset vendi, dari, alienari, subiugari, nec alio quouis titulo trãsferri, sed semper permanere debuisset vinculatum pro sustentatione prædicta cum pœna

priuationis, quo casu, quia concurrebat prohibitio legis, & hominis, erat adeo inalienabile, vt nullo modo venditio postea facta tenuerit, etiam in casibus euidentis vtilitatis, & in alijs casibus à Iure
4 permissis, vt dixit *Affl. in decis. 17. nu. 5. vbi allegat glo. in c. rerum de cõdit. opposit. Doct. in l. filius familias, §. diu. vbi Opizon. nu. 103. Loaz. nu. 30. Crot. col. 2. de leg. 1. Soc. cons. 75. nu. 4 lib. 1. per tex. in §. Sanctissimas, de alien. & emphyt. & in Specie rerum Ecclesiæ donatarum dixit Mãtica in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 10. nu. 12. Bursat. cõs. 330. nu. 9. lib. 3. Fab. de Anna cons. 38. nu. 54. & 55. lib. 1. Caualcan. decis. 29. num.*
5 *35. par. 2.* Nec obstabat quod *text. in d. §. Sanctissimas,* nõ procedit de Iure Canonico, quo iure inspecto licet donans prohibuerit, licita est alienatio in casu necessitatis, secũdum *Rodoan. in tract. de reb. Eccles. non alien. rub. 19. incip. causæ vero, num. 77. & seq. fol. mihi 85. & Romuleum, in d. §. diui, num. 24. 25. & 26. nam vltra quod Caualc.* dixit text. prædictum procedere etiã de iure Canonico, tamẽ vt voluit idẽ *Rodoan. vbi supra, quẽ sequit. Fab. de Anna in prædicto, num. 56.* hoc non procedit si prædiũ relictum esset ad certum vsum, & specificatũ, vt in casu isto pro sustentatione familiæ; nam tunc sine licentia Summi Pontificis non potest ad aliũ vsum permutari, per *tex. in Clem. quia cõtingit, de religio. domibus ibi (cum tamen ea quæ ad certum vsum largitione sunt fidelium destinata, ad illum debeant, non ad alium, salua quidem Sedis Apostolicæ licentia; & authoritate, conuenti) vbi gloss. in verb. (non ad alium) extendit etiam pium, & in verb. Sedis Apostolicæ* notat solum Papam posse alterare donata Ecclesiæ per fideles, *& declarat Bald. in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles. in vers. pone quod cuidam, Panorm. in cons. 45. nu. 4. lib. 2. quos refert, & sequitur Mantica in loco iam relato nu. 21. plures ad hoc notat Rodoan. in loco preallegato, nu. 82.* & prædicta procedunt etiã de
7 iure ciuili, nam vbicumq; concurrit circa idem prohibitio alienationis legis, & hominis, ibi numquam res poterit alienari, sed est prorsus inalienabilis effecta, secũdum *gloss. singularem in l. 2. C. de vsu cap. pro e... Mugon. decis. Florent. 92. nu. 29. Bec. cons. 97. nu. 67. Surd. decis. 154. num. 19. Ceph. cons. 272. num. 12. vol. 2. Gram. decis. 93. num. 4. Milan. decis. 7. nu. 69. lib. 1.* etiam quod alienatio esset necessaria, *Rolan. cons. 2. num. 36. vol. 4.*
8 Rursus erat nulla vẽditio, quia facta de bonis Ecclesię non seruatis solemnitatibus, videlicet tractatus vbi Abbatissa, & Capitulum capitulariter cõgregati conferãt, an sit vtile alienare dicta bona, *capit. 1. & ibi gloss. de reb. Eccles. non alien. cum similibus,* Secundò cõsensus maioris partis Capituli, quòd dicat vtile esse; & demũ authoritas, & decretum superioris, quod in casu isto esse debebat Sũmi Pontificis, vt dictum est, prout hęc omnia tradit *Auendag. de exeq. mand. princip. capit. 4. numero 30. & 26.* & tamen est expressè prouisum in

Ex-

*Extrauag.Paul.2.Ambit.*quod alienatio de bonis Ecclesiæ fieri non possit, sed solummodo locati per triennium, quæ fuit confirmata à Paulo IV. anno 1555. & à cæteris Summis Pontificibus, & omnino seruanda est, vt fere in omnibus locis seruari ait post multos, quos refert *Fab. Anna in d.cōs.38.nu.1.*

Prætereà nulla erat, quia dato, quòd fieri potuisset alienatio, tamen facta nō fuerat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & pro eius necessitate, prout simul cum prædictis solemnitatibus requirebatur, quorum vnum si deficiat, corruit alienatio, *Soc.cōs.52.nu.10.vol.4. vbi de communi, & cons.29. vol.1. Rim.iun.consil.233.num.60.vol.3. Fernan.Garf.patrocin.75. Couar.variar.resolut.cap.17. num.2. Roland. cons.54. nu.45.lib.2. Caualc.decis. 35.nu.41.*deficiebat enim vtilitas; nam, vt in processu cōstabat ex testibus receptis ad instantiam Conuenti, apparebat quod prædium prædictum non poterat vendi nisi pro vncijs quinquaginta, & non pro minori pretio, & pro dicta summa facta fuerat alienatio, vnde non solum dici non poterat eui-
10 dens vtilitas, sed nec vtilitas simplex, vt optimè dixit *Caualc. in d. decis.45.num.36.lib.1. & decis.46. num.24.* subdens, quòd ex hoc patet de euidenti damno, quia debebat minoris valere, & maiori pretio vendi, idemque voluerunt *Euerard.cons.74.nu.10. Barbat.cōs.12. nu.20. circa finem, lib.3. Io. Maria Canis in cons. adiecto post decis. Caualc.46.nu.130. & melius nu.133.* vbi multa notat, ex quibus euidēs Ecclesiæ vtilitas, & melior conditio deprehendatur, & sequitur *Fab.de Anna in d.cōs.38.n.13.Rim. iun. d.cons.233.nu.50.lib.3.* & licet quando alienatio fit ex necessitate sufficiat, quòd Ecclesia non sit in damno, tamen quando fit ob vtilitatem, vt erat in casu isto, necesse erat quòd esset in lucro, & non in æquiualenti pretio, vt hic, *Rebuff. Imol.cum cæteris relatis per Fab.de Anna in d.cons.38.num.35.*

11 Imo in casu isto Ecclesia erat in damno, quia amiserat vtile, & directum dominium per venditionem, *Grat.cons.95.nu.22.lib.1. Alciat.respon.9.nu.7.Ioan. Maria Canis in prædicto cons.num.133.*

12 Et tandem erat nulla, quia facta per Socerū procuratorem Ecclesiæ eius genero, & sic per consanguineum consanguineo, vt respondet *Alex.in cons.55.num.7.& 8.vol.1.post alios Caual.d.decis.45. num. 49. & seq. Rolan. de reb. Eccles. non alien.§.sed si locatio,nu. 10. & ideo dicit Præpos. in c.non liceat 12.q.11.col.2.*quod non creditur verbis Papę dicentis se alienate ex causa suis cōsanguineis, nec pręsumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur, & sequitur *Gugl. Rodoā. vbi supra, num. 66. Angui. cons.79. nu.36. vol.1.* & in Oeconomo, & procuratore, quod non possit alienare consanguineis, etiam in casibus licitis, *dixit tex. in c.1.§.hoc vero, vers.œconomi, de alien. & emphyteu. Bar. Bal. Abb. & cæteri, quos refert, & sequitur Surd.cōs.249. li.2.*

Nec obstabat licent. a Vicarij,

quia vt dictum est in casu isto, in quo concurrebat duplex prohibitio, solus Summus Pontifex poterat licentiam alienandi concedere;
13 Item Vicarius in casu nõ prohibito nõ potest hoc facere, quidquid sit in Episcopo, vt dixit *Bald. in cons. 475. nu. 2. lib. 1. Rim. iun. d. consil. 233. & est tex. in cap. fine exceptione, 12. q. 2. Soc. cons. 52. col. 2. num. 9. vol. 4. Barbat. cons. 48. col. 3. vol. 1. Caualc. d. decis. 45. nu. 40. p. 1.*

Item non obstabat responsum Summi Pontificis directũ Episcopo, quòd constito de vtilitate Ecclesiæ confirmaret alienationem; nam vltra quòd vigore dictarum literarum non fuerat fabricatus, nec compilatus processus, neq; lata sententia, & confirmatio, vt requirebatur in Paulinis, etiam vt dictum est, euidẽtissimè cõstabat de damno ipsius Ecclesiæ, & ita fuit determinatum die 22. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior non agit hypothecaria actione contra creditorem anteriorem, sed habet ius offerẽdi.*
2 *Ius offerendi præscribitur spatio triginta annorum.*
3 *Legatum dotis quando sit conditionale, num. 6. 7. & 9.*
4 *Hypotheca purificata conditione non retrotrahitur.*
5 *Dictio (prius, & ante omnia ... poris ordinem cum conditi... portat.*
7 *Conditio quid est.*
8 *Legitima sine onere relinq...*
10 *Creditor secundus agit hy...*

ria super rè aliena a primo creditori pro debitore, soluta tamen quantitate ei debita.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis relictum filiæ quando dicatur purum vel conditionale, & an posterior creditor audiatur in Iudicio hypothecario soluto debito creditori anteriori.

DECISIO LXXVIII.



INnocentius Cino, & consortes cõuenti in Iudicio hypothecario ad instãtiam Antonini Cauarrettæ dicebãt se possidere bona titulo anteriori vigore secundi decreti pro credito legati vnciarum quingentarum, relicti per Ioannem Cauarretta Antonellæ eius filiæ in eius testamento facto de anno 1525. & consequenter dicto de Cauarretta, vti creditori posteriori, non posse competere actionem hypo-
1 thecariam tentatam contra creditorem anteriorem, sed tantum ius offerendi, *ad tex. in ... tiq. credit. pign ... in p...*



fer.num.59. Thesaur.decis.157.nu. 3. Vincent. de Franch. decis.69. nu. 12. Gail. Practic. obseruat. lib.2. obseruat.18. num.12.

Sed ex aduerso dicebatur, quòd
3 ista anterioritas nō obstabat, cum legatum prædictum fuerit conditionale, quia relictum sub illis verbis, *(solutis tamen prius, & ante omnia, ac consignatis omnibus dotibus per eundem testatorem promissis alteri filiæ ipsius testatoris)* &
4 propterea tacita hypotheca pro legato inducta purificatis conditionibus, hoc est *(solutis, & consignatis dotibus Ioannellæ)* non poterat retrotrahi, vt dixerunt *Bal. Nouell. de dot. par. 10. in fine, nu. 40. Neguſ. de pignor. memb.2. par. 5. num.10. Chioff. cons.76. num.13. lib.2. Anchar. iun. q. Famil. lib.1. q.3.* & q̃ dicta verba importent conditionem expressam dixerunt *Bart. in l.1. nu. 34. & ibi communiter Doctor. ff. de condit. & demonstr. Paris. cons.9. nu. 23. Corn. cons.189. nu.7. lib.4. Menoc. cons.1. nu.194. lib.1.* tanto magis stante illa dictione *(prius, &*
5 *ante omnia)* quæ temporis ordinem significa[illegible] ditio[illegible] determina[illegible] onsi[illegible] *num.19.* [illegible] *on*[illegible] *num.3.* [illegible] *Fi*[illegible] *ctic.* [illegible] um [illegible] opin[illegible] np[illegible] tat a[illegible] ier [illegible] tam[illegible] fo[illegible] [illegible] od [illegible] uit

hypotheca ex contractu matrimoniali, & sic erat posterior.

6 Item erat cōditionale, quia relictum pro dote & maritagio, soluendum & consignandum tempore nuptiarum ipsius Antonellæ, secundum *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons.42. num.2. volum.7. vbi magis communem opinionem esse fatetur Bald. Nouel. de dote, par.6. priuileg.50. Turret. cons.75. nu.5. volum.2.*

Sed dictum fuit quòd prædicta verba non resoluebantur in conditionem *(Si dotes fuerint solutæ,)* sed in tempus, id est postquam dotes alterius filiæ fuerint solutæ, & sic erat modus, & exequutio lega-
7 ti, & non conditio; nam conditio esset quædam legati suspensio, cuius de futuro defectus, vel confirmatio dependeret, vt voluit *Bart. in l.1. num.1. ff. de condit. & demonstrat.* quod tamen non erat in casu isto, quia legatum non fuerat relictum, si dotes alterius filiæ soluerentur, adeo quod non solutis dotibus non legasset, sed testator semper voluit legatum habere locum, sed præstandum fore postquam dotes fuerint solutæ primæ filiæ, & sic non erat conditionaliter, sed purè præstandum tempore maritagij post solutionem alterius dotis, vt in terminis voluit *Soc. sen. in cons.92. in fi. nu.8. vol.1. Bart. in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebel. Turret. d. cons.75. nu.6. cum seq.*

Item dato quod legatū prædictum esset conditionale in substantia ipsius legati, tamen quando est

legatum filiæ, cui pater tenebatur relinquere legitimam ex qualita-
8 te personæ, tunc legatum redderetur purum, etiam quod aliàs esset conditionale, vt dixerunt *Soc.sen. in d.cons.92.num.8.volum.1. Bart. in d.§.Titio genero, num.4. vers.sed si aliàs legitimam. Amb.cons.323. Ruin.cons.53.nu.12.lib.2.& cons.51.nu.9.lib.4.Frãc.Marc.dec.841. nu.3.& post alios dixit Menoch. in cons.251.num.33.lib.3.& in lib.4. præsumpt.146. nu.31.* vbi ampliat etiã quod legatum excederet debitum legitimæ secundum *Bart. d. d.§.Titio genero, nu.4. versic.& intelligitur hoc, & alios quos ipse cumulat, & de communi Couar.in cap. nos quidem, num.11. versic.octauo à mente, de testament.&* & ratio prædictæ conclusionis est secundum *Bart.* quia pater dicitur reliquisse hanc dotem loco legitimæ, quam erat relicturus ipsi filiæ, ne testamentum redderetur nullu; at legitima sine onere, & conditione relinqui debet, l. *quoniã in prioribus, C.de inoffic.test.* ergo præsumitur ꝙ ab initio ipse pater purè reliquerit dotem; Item quia vna res non debet diuerso iure censeri, *l. Iam hoc iure, ff.de vulg.& pup. substit.* & ob id ex aduerso deducta *ex Bar. in d. loco, Alex.* & alijs procedebant in
9 extraneo legante, vt rectè distinguit *Menoc.d.præsump.146.nu.6.*

Consistorium in hac causa quæ pendebat via restitutionis in integrum alterius sententiæ latę in eodem Tribunali habuit pro vero, ꝙ legatum prædictum erat purũ; sed quia de dotibus in processu apparebant solutiones factæ, prętesquã de vncijs viginti in circa, in qua summa tantum erant conuēti anteriores, & pro his possidebãt multa prædia, quæ erant maximi valoris; ob id declarauimus bona præ-
10 dicta hypothecata soluto prius per actorem residuo dotium prædictarum secũdum ea, quę in simili determinat *Vinc.de Franc. decis. 453.nu.3.par.3.& ante eum Affl. decis.16.& Capic.decis.43.* confirmando sententiã in eodem Tribunali latam die 20. Septemb. 1603.

SVMMARIVM.

1 *Clericus citatus quatenus sua putauerit interesse comparens coram Iudice Laico, ab eo cognosci potest. Limita si opponat declinatoriam fori, num.2.*
3 *Clericus succedens Laico non habet declinatoriam fori.*
4 *Clericus citatus ad confectionẽ inuentarij, non habet declinatoriã fori.*
5 *Idem in Clerico citato ad concurrendum cum alijs creditoribus, nu.5.*

ARGVMENTVM.

Clericus, an possit opponere declinatoriam fori in concursu creditorum.

DECISIO LXXIX.

1 Clericus citatus quatenus sua putauerit interesse, si coram Laico Iudice comparet, potest ab eo cognosci secundum *Bal.in l.testamenta, col.fi. C.de testam. Rol.cons.29.nu.2.& seq.vol. 2. Farinac.in tit.de Inquis.q.8.n.87.* & ratio est secũdum eos, quia talis

lis citatio dicitur potius incitatoria, quàm arctatoria, & Clericus ita citatus nõ reus necessarius, sed actor voluntarius dicitur, vt dixerunt *Doct. omnes in d.l. testamenta oïa, Affl. decis. 24. Sur. dec. 26. nu. 2.* Et licet Clericus, si comparendo
2 opponat declinatoriã fori, debeat causa ad suum Iudicem competentem remitti, vt post *Affl. & alios dixerunt Rol. in d. consil. 29. nu. 17. Gramm. decis. 61. num. 3. & sequen. Ioseph. Ludouic. lib. 1. commun. opin. conclus. 5. versi. & in casu, Farinac. vbi supra num. 91. Phanut. de Inuen. par. 3. num. 23. versic. & propterea aduerte, Surd. d. decis. 26. num. 11.* & fuit conclusum in Consistorio in causa Don Ioseph Marinali Canonici Agrigentini, licet causa ipsa remanserit in M. R. C. ex alio capite, quia iudicium fuerat inchoa
3 tum cum Laico, & inter eos lata sententia, & deinde fuerit facta alienatio in ipsum Don Ioseph Clericum, iuxta notata per *Surd. in decis. 110.* Est verum quod prædicta conclusio non procederet in Clerico Legatario, seu creditore,
4 citato ad confectionem Inuentarij, nam tunc ex quo Laicus Iudex est in causa ipsa competens, si Clericus velit allegare aliquid pro suo interesse ad actum impediendum, debet necessario eo casu illud deducere coram prædicto Iudice competente ipsius causæ, vt dixerunt *Bald. & alij in d. l. testamenta omnia, Dec. in consil. 700. Rolan. in d. cons. 29. num. 8. Steph. Aufre. in tract. de potesta. secul. super Ecclesia. 2. reg. num. 12. vers. 11. fallit. Phanut. de Inuent. par. 3. nu. 24. vers. nam quo ad istud ego respondebã, Viui. decis. 30. nu. 6. post multos Farin. d. q. 8. nu. 89. Surd. decis. 26. nu. 15.*
5 Item in citatione facta Clerico ad concurrendum in dilatione cõcessa debitori per maiorem partem creditorum, nam tunc nõ admittitur declinatoria fori, vt est casus singularis, & valde norãdus positus per *Vrsil. ad Afflic. in decis. 380. num. 7.* vbi ita iudicatum fuisse testatur in Sacro Consilio, & idem iudicatum fuisse refert *Viui. in decis. 38. num. 8. Aloys. de Leo in l. cum soluto, nu. 11. C. qui bon. cede. poss.* secundum quam opinionem vti in iudicando receptam ego iudicaui in causa mihi soli commissa ab Excellen. Prorege confirmando sententiam M. R. C. die 31. Ianuarij 1604. inter Clericum Thomam Bersighelli cum Vincentio Citardo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non visis actis est nulla. Amplia si scripturæ non visæ releuant ad causam, num. 2.*
3 *Creditur nobili viro, & bono.*
4 *Iudici asserenti vidisse processum creditur. Contra num. 8.*
5 *Iudex maximam habet præsumptionem pro se.*
6 *Iudici creditur in his, quæ coram eo gesta sunt, & causæ cognitionem adhibuisse in decreto, num. 7. Contra 9. vbi adducuntur similia.*
10 *Iudici non creditur in his quæ redarguunt eius sententiam nullam. Intellige num. 11.*

12 *Iu-*

12 *Iudex præsumitur instructus de causa per tacturam factam super scripturis.*

ARGVMENTVM.

An credatur Iudicis assertioni si agatur de nullitate, seu validitate sententiæ per eum latæ.

DECISIO LXXX.

1 Sententia lata nō visis actis est nulla, *Barto. & Doct. in l. prolatā, C. de senten. Vanti. in tract. de nullitat. ex defect. process. vbi testatur communem opinionem. Cumi. super Rit. 76. num. 127. Paris. consil. 124. num. 1. cum seq. Marsil. de Bannit. in verb. sententia, §. 4. num. 91. & §. 6. num. 42. Petr. de Grego. in tract. de Iudic. causar. feudal. quæst. 37.* maximè quando
2 scripturæ non visæ releuant causam, *Fel. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ, col. 7. versicu. 9. de Constit. vbi ait esse communiorem, & veriorem Doct. sententiam.* Ratio est, quia acta mittūtur Iudici vt instruatur, & procedat ad decisionem causa cognita, & auditis partibus, *capit. Abbate sanè, de re Iudic. in 6.* & in Regno Iudex debet apponere, vidit super scripturis, & nisi aliter appareat Iudicem instructum fuisse, sententia diceretur nulla, & in hoc standum erit Iudici asserenti se vidisse processum, & causæ cognitionem adhibuisse in ipsius decisione; quia si creditur nobili vi-
3 ro, & bono, vt dixit *gloss. in l. Titii fundum, ff. de condit. & demonstr.*
4 multo magis credi debet Iudici, *l. vir bonus, ff. Iudica. solui.* qui maxi-
5 mam habet præsumptionem pro se, *l. 2. ff. de offic. Iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Menochi de arbit. Iud. q. 76. num. 3. cum similibus, adductis per Mascard. conclus. 951. num. 1.* & quòd credatur Iudi-
6 ci de his, quæ coram eo gesta sunt, tradit *Gram. consil. 130. num. 6. in*
7 *ciuil.* imo & quod causæ cognitionem adhibuerit in decreto, dixit *Iaf. in l. si donatione, col. antepenul. circa medium, & ibi Dec. num. 69. C. de collat. Bart. in l. Ambitio, ff. de decret. ab ordina. facien. quem refert Alex. consil. 34. ante fin. lib. 5. Soc. consil. 115. incip. circa primam quæstionem in 1. dubio li. 5. vbi dicit hāc esse communem opinionem, Crauett. de Antiq. temp. par. 2. nu. 14. Crph. consil. 185. num. 15. lib. 2.* Sed in con-
8 trarium faciebat, quod Iudicis assertioni non creditur in quocumque casu, *ad text. in c. cum à nobis, de testib. & in c. possessionem de probat. & tex. in l. eos si: bene aduertatur, C. de appellat. Menoc. de Arbit. Iud. cas. 187. numc. 31. Mascard. d. conclus. 951. num. 2. vbi nu. 10. post*
9 *multos relatos,* subdit, quòd nō creditur Iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem in decretò, vel detulisse iuramentum suppletorium, aut dedisse tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem prę timore armorum, & in pū-
10 cto quod non credatur Iudici in eo quòd redargueret eius sententiam nullam, seu validam, dixit

Butr.

Butr. in c. cum à nobis, num. 10. *col.* 4. versic. secundus quando proceditur, & ibidem *Fel. num. 8. versi. Item procedit conclusio, de testib. Aufre. de reprobat. test. post nu.* 11. *Verb. Arbiter, versic. procederet etiam ista conclusio, Crauett. conf. 265. per totum, Menoch. de arbitr. Iud. quæst.* 73. *nume.* 8. *Mascard. conclus.* 124. *nu.* 9. *Hector Aemil. de testib. Verb. arbiter, num.* 15. *Farinac. de Opposi. cont. person. testi. quæst.* 60. *nu.* 108. & eo magis in casu isto, in quo Iudex tenebatur apponere, vidit super scripturis decisis, in tantum quòd nullitas dicebatur causata ob eius negligentiam respectu solennitatis per eum non obseruatę, & sic agebatur de se ipsum exonerando, vt declarāt *Menoc. & Mascard. in locis proximè relatis.* Discusso negotio fuit conclusum in Consistorio quod Iudicis assertio ni super hoc crederetur, concur-
11 rentibus tamen alijs adminiculis, vt dixerunt *Anchar. in consil.* 439. *Crauett. in locis præallegatis num.* 22. *cum alijs adductis per Mascard. in d. conclus.* 951. *num.* 15. *& in specie respondet Decian. respons.* 18. *nu.* 202. *volu.* 1. & ita iudicauimus in causa Vincentij Citardo contra Thomā Berfighelli die 31. Ianuarij 1604. quia vltra conscientiam D. Hieronymi Veglia Regij Consiliarij, ac omni virtutum genere præditi, constabat aduocatos causam coram eo disputasse; imò quia scripturæ ab extra præsentatæ ligatæ fuerant super processu principali per actuarium, Iudex apposuit, vidit super eis, credendo positam fuisse super alijs scripturis; Item, & in alia causa Almerici Ilatamone contra Dominam Iuliam Spatafora, quia vltra conscientiā Iudicis apparebat tactura eiusdē, licet lapso semestre, per quam sa-
12 tis latè ostendebatur Iudicem de causa instructum fuisse, & eam decidendo cognouisse, secūdum *Specul. in tit. de renunciat. & conclus. §.* 1. *versi. auditis, num.* 2. *in princi. ad text. in cap. Abbate sanè, extra de re Iudic. & in c. quia in cunctis, de con cession. præben. in* 6. *Cumia in loco præallegato num.* 134. & ob id iudicauimus validam sententiam de mense Iulij 1603. & fuit bis decisum pro Don Petro Pizzingha contra, Donnam Margaritam Lombardo.

SVMMARIVM.

1 *Causę in Regno non extrahuntur prę ter quo ad causas feudales.*
2 *Causarum feudalium transmissio qualiter fiat.*
3 *Rex potest causam feudalem à Regno sibi auocare.*
4 *Iudices M. R. C. & Consistorij non possunt decidere causas feudales nisi prius facta relatione Excellentiss. Proregi.*
5 *Causa feudalis spolij de recenti, vel pacti de retrouendendo non transmittitur, stantibus Capitulis Carol.* 191. *&* 214.
6 *Literæ subreptitiæ sunt nullæ.*
7 *Rescriptum obtentum in secunda instantia quando dicatur nullum.*
8 *Causa appellationis est eadem cum prima.*

9 Se-

tatis, & necessitatis. Intelligi num.6.& 7.
5 *Tex.in §.Sanctissimas, de Alien.& emph.non procedit de iure canonico.*
8 *Alienatio rerum Ecclesiæ absque solemnitatib. est nulla, & quæ sint.*
9 *Alienatio rerum Ecclesiæ est nulla si deficiat vna ex solemnitatibus requisitis.*
10 *Vtilitas qualiter consideratur in alienatione rerũ Ecclesiæ, et nu.11.*
12 *Alienatio rerum Ecclesiæ, facta per procuratorem eius consanguineo, est nulla.*
13 *Vicarius Episcopi non potest dare consensum alienationibus rerum Ecclesiæ.*

ARGVMENTVM.

Venditio rei Ecclesię ex quibus dicatur nulla.

DECISIO LXXVII.



Onsistorium nullam declarauit venditionem factam Erasmo de Lentini de quodã prædio Monasterij monialium Sanctissimę Mariæ Annunciationis Ciuitatis Syracusarum per Don Antonium Ramella vti procuratorem dicti Monasterij confirmando sententiam M.R.
1 C.quia non constabat de mandato vt dixit *Canalc.in decis.45.num. 22. par.1.* vbi subdit, quod bonus Iudex debet animaduertere ad videndum mandatum, & si non appareat, debet annullare contractum; quia potest esse quod man-
2 datũ esset generale ad alienandum quæcunque bona, quod non sufficit, sed necesse est, quòd sit indiuiduale ad alienandum tale prædiũ, secundum *Redoan.de reb. Eccles.nõ alien.fol.129.nu.112.* vers.& licentia alienandi, & cum sit quid facti, non præsumitur vt factum dicto nomine valeat, & affirmãdo sic dixit *Bar.in l.3.§.si causa cognita, ff.de*
3 *bonor. posses. Petrus Gerar. sing.23.* vbi ait hoc procedere etiam ex antiquitate tẽporis per mille annos, vt notat *Bal.in l.2.C.si ex fals.instr. & in l.1.sub nu.1.C.de reb.alien.nõ alien. Affl.decis.345.num.7.& ideo dixit Bar.in l.qui fundum, in fin.ff.de vsucap.peremp.* quod qui emit ab aliquo tanquam à procuratore alterius, presumitur semper malæ fidei, nisi appareat de mandato illius, & hãc esse magis communem opinionem post multos, qui eum sequuti sunt, testatur *Menoch. cõs. 1.nu.79.vol.1. Ceph.consi.311.nu. 11.& cons.441.nu.72.& 73.vol.3. Surd.consi.28.nu.81.lib.1. Canal.in d.decis.45.nu.11.vbi subdit in predicto nu.22.* quod tali casu emptor dicitur in mala fide, secundũ *Curt. & alios per eum relatos.*

Item, quia prædium prædictũ alienatum, fuerat dicto Monasterio donatum per Paulum de Montealto, pro sustẽtatione familiæ dicti Monasterij, cum expresso pacto, quòd non potuisset vendi, dari, alienari, subiugari, nec alio quouis titulo trãsferri, sed semper permanere debuisset vinculatum pro sustentatione prædicta cum pœna

priuationis, quo casu, quia concurrebat prohibitio legis, & hominis, erat adeo inalienabile, vt nul-
4 lo modo venditio postea facta tenuerit, etiam in casibus euidentis vtilitatis, & in alijs casibus à Iure permissis, vt dixit *Affl. in decis. 17. nu. 5. vbi allegat glo. in c. rerum de cõdit. opposit. Doct. in l. filius familias, § diu. vbi Opizon. nu. 103. Loaz. nu. 30. Crot. col. 2. de leg. 1. Soc. cons. 75. nu. 4 lib. 1. per tex. in § Sanctissimas, de alien. & emphyt. & in Specie rerum Ecclesiæ donatarum dixit Mãtica in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 10. nu. 12. Bursat. cõs. 330. nu. 9. lib. 3. Fab. de Anna cons. 38. nu. 54. & 55. lib. 1. Caualcan. decis. 29. num.*
5 *35. par. 2.* Nec obstabat quod *text. in d. § Sanctissimas,* nõ procedit de Iure Canonico, quo iure inspecto licet donans prohibuerit, licita est alienatio in casu necessitatis, secũdum *Rodoan. in tract. de reb. Eccles. non alien. rub. 19. incip. causa vero, num. 77. & seq. fol. mihi 85. & Romulcum, in d. § diui, num. 24. 25. & 26. nam vltra quod Caualc.* dixit text. prædictum procedere etiã de iure Canonico, tamẽ vt voluit idẽ *Rodoan. vbi supra, quẽ sequit. Fab. de Anna in prædicto, num. 56.* hoc non procedit si prædiũ relictum esset ad certum vsum, & specificatũ, vt in casu isto pro sustentatione familiæ; nam tunc sine licentia Summi Pontificis non potest ad aliũ vsum permutari, per *tex. in Clem. quia cõtingit, de religio. domibus ibi (cum tamen ea quæ ad certum vsum largitione sunt fidelium destinata, ad illum debeant, non ad alium, salua quidem Sedis Apostolicæ licentia; & authoritate, conuenti) vbi gloss. in verb. (non ad alium) extendit etiam pium, & in verb. Sedis Apostolicæ* notat solum Papam posse alterare donata Ecclesiæ per fideles, *& declarat Bald. in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles. in vers. pone quod cuidam, Panorm. in cons. 45. nu. 4. lib. 2. quos refert, & sequitur Mantica in loco iam relato nu. 21. plures ad hoc notat Rodoan. in loco præallegato, nu. 82.* & prædicta procedunt etiã de
7 iure ciuili, nam vbicumq; concurrit circa idem prohibitio alienationis legis, & hominis, ibi numquam res poterit alienari, sed est prorsus inalienabilis effecta, secũdum *glos. singularem in l. 2. C. de vsu cap. pro empt. Magon. decis. Florent. 92. nu. 29. Bec. cons. 97. nu. 67. Surd. decis. 154. num. 10. Ceph. cons. 272. num. 12. vol. 2. Gram. decis. 93. num. 4. Milan. decis. 7. nu. 69. lib. 1.* etiam quod alienatio esset necessaria, *Rolan. cons. 2. num. 36. vol. 4.*

8 Rursus erat nulla vẽditio, quia facta de bonis Ecclesiæ non seruatis solemnitatibus, videlicet tractatus vbi Abbatissa, & Capitulum capitulariter cõgregati conferãt, an sit vtile alienare dicta bona, *capit. 1. & ibi gloss. de reb. Eccles. non alien. cum similibus,* Secundò cõsensus maioris partis Capituli, quòd dicat vtile esse; & demũ authoritas, & decretum superioris, quod in casu isto esse debebat Sũmi Pontificis, vt dictum est, prout hęc omnia tradit *Auendag. de exeq. mand. princip. capit. 4. numero 30. & 26.* & tamen est expressè prouisum in

Ex-

Extrauag. Paul. 2. Ambit. quod alienatio de bonis Ecclesiæ fieri non possit, sed solummodo locari per triennium, quæ fuit confirmata à Paulo IV. anno 1555. & à cæteris Summis Pontificibus, & omnino seruanda est, vt fere in omnibus locis seruari ait post multos, quos refert *Fab. Anna in d. cõs. 38. nu. 1.*

Præterea nulla erat, quia dato, quòd fieri potuisset alienatio, tamen facta nõ fuerat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & pro eius necessitate, prout simul cum prædictis solemnitatibus requirebatur, quorum vnum si deficiat, corruit alienatio, *Soc. cõs. 52. nu. 10. vol. 4. vbi de communi, & cons. 29. vol. 1. Rim. iun. consil. 233. num. 60. vol. 3. Fernan. Gars. patrocin. 75. Couar. variar. resolut. cap. 17. num. 2. Roland. cons. 54. nu. 45. lib. 2. Caualc. decis. 35. nu. 41.* deficiebat enim vtilitas; nam, vt in processu cõstabat ex testibus receptis ad instantiam Conuenti, apparebat quod prædium prædictum non poterat vendi nisi pro vncijs quinquaginta, & non pro minori pretio, & pro dicta summa facta fuerat alienatio, vnde non solum dici non poterat eui-

10 dens vtilitas, sed nec vtilitas simplex, vt optimè dixit *Caualc. in d. decis. 45. num. 36. lib. 1. & decis. 46. num. 24.* subdens, quòd ex hoc patet de euidenti damno, quia debebat minoris valere, & maiori pretio vendi, idemque voluerunt *Euerard. cons. 74. nu. 10. Barbat. cõs. 12. nu. 20. circa finem, lib. 3. Io. Maria Canis in cons. adiecto post decis. Caualc. 46. nu. 130. & melius nu. 133.* vbi multa notat, ex quibus euidẽs Ecclesiæ vtilitas, & melior conditio deprehendatur, & sequitur *Fab. de Anna in d. cõs. 38. n. 13. Rim. iun. d. cons. 233. nu. 50. lib. 3.* & licet quando alienatio fit ex necessitate sufficiat, quòd Ecclesia non sit in damno, tamen quando fit ob vtilitatem, vt erat in casu isto, necesse erat quòd esset in lucro, & non in æquiualenti pretio, vt hic, *Rebuff. Imol. cum cæteris relatis per Fab. de Anna in d. cons. 38. num. 35.*

11 Imo in casu isto Ecclesia erat in damno, quia amiserat vtile, & directum dominium per venditionem, *Grat. cons. 95. nu. 22. lib. 1. Alciat. respon. 9. nu. 7. Ioan. Maria Canis in prædicto cons. num. 133.*

12 Et tandem erat nulla, quia facta per Socerũ procuratorem Ecclesiæ eius genero, & sic per consanguineum consanguineo, vt respondet *Alex. in cons. 55. num. 7. & 8. vol. 1. post alios Caual. d. decis. 45. num. 49. & seq. Rolan. de reb. Eccles. non alien. §. sed si locatio, nu. 10. & ideo dicit Præpos. in c. non liceat 12. q. 11. col. 2.* quod non creditur verbis Papę dicentis se alienare ex causa suis cõsanguineis, nec pręsumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur, & sequitur *Gugl. Rodoã. vbi supra, num. 66. Angui. cons. 79. nu. 36. vol. 1.* & in Oeconomo, & procuratore, quod non possit alienare consanguineis, etiam in casibus licitis, *dixit tex. in c. 1. §. hoc vero, vers. œconomi, de alien. & emphyteu. Bar. Bal. Abb. & cæteri, quos refert, & sequitur Surd. cõs. 249. li. 2.*

Nec obstabat licent. a Vicarij,

quia vt dictum est in casu isto, in quo concurrebat duplex prohibitio, solus Summus Pontifex poterat licentiam alienandi concedere;
13 Item Vicarius in casu nō prohibito nō potest hoc facere, quidquid sit in Episcopo, vt dixit *Bald. in cons.475.nu.2.lib.1.Rim.iun.d. consil.233.& est tex.in cap.sine exceptione,12.q.2.Soc.cons.52.col.2. num.9.vol.4.Barbat.cons.48.col.3. vol.1.Caualc.d.decis.45.nu.40.p.1.*

Item non obstabat responsum Summi Pontificis directū Episcopo, quòd constito de vtilitate Ecclesiæ confirmaret alienationem; nam vltra quòd vigore dictarum literarum non fuerat fabricatus, nec compilatus processus, neq; lata sententia, & confirmatio, vt requirebatur in Paulinis, etiam vt dictum est, euidētissimè cōstabat de damno ipsius Ecclesiæ, & ita fuit determinatum die 22.Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior non agit hypothecaria actione contra creditorem anteriorem, sed habet ius offerēdi.*
2 *Ius offerendi præscribitur spatio triginta annorum.*
3 *Legatum dotis quando sit conditionale, num.6.7.& 9.*
4 *Hypotheca purificata conditione non retrotrahitur.*
5 *Dictio (prius, & ante omnia) temporis ordinem cum conditione importat.*
7 *Conditio quid est.*
8 *Legitima sine onere relinqui debet.*
10 *Creditor secundus agit hypothecaria super rē alienata primo creditori pro debitore, soluta tamen quantitate ei debita.*

ARGVMENTVM.

Legatum dotis relictum filiæ quando dicatur purum vel conditionale, & an posterior creditor audiatur in Iudicio hypothecario soluto debito creditori anteriori.

DECISIO LXXVIII.



Nnocentius Cino, & consortes cōuenti in Iudicio hypothecario ad instātiam Antonini Cauarrettæ dicebāt se possidere bona titulo anteriori vigore secundi decreti pro credito legati vnciarum quingentarum, relicti per Ioannem Cauarretta Antonellæ eius filiæ in eius testamento facto de anno 1525. & consequenter dicto de Cauarretta, vti creditori posteriori, non posse competere actionem hypo-
1 thecariam tentatam contra creditorem anteriorem, sed tantum ius offerendi, *ad tex.in l.1.C.si antiq.credit.pign.l.potior, §.fin.ff.qui potio.in pign.habean.& l.1.C.eod.tit.Morof.de iur.offeren.nu.12.Crauet.cons.298.cum multis similibus,* quod tamen ius offerendi in casu
2 isto cessare videbatur ob lapsum non solū in triginta, sed quinquaginta annorum, ad notata per *Morof.in d.tract.de secundo credito.offer.*

fer.num.59. Thesaur.decis.157.nu. 3. Vincent. de Franch. decis.69. nu. 12. Gail. Practic. obseruat. lib.2. obseruat. 18. num. 12.

Sed ex aduerso dicebatur, quòd
3 ista anterioritas nō obstabat, cum legatum prædictum fuerit conditionale, quia relictum sub illis verbis, (*solutis tamen prius, & ante omnia, ac consignatis omnibus dotibus per eundem testatorem promissis alteri filiæ ipsius testatoris*) &
4 propterea tacita hypotheca pro legato inducta purificatis conditionibus, hoc est (*solutis, & consignatis dotibus Ioannellæ*) non poterat retrotrahi, vt dixerunt *Bal. Nouell. de dot. par. 10. in fine, nu. 40. Neguf. de pignor. memb. 2. par. 5. num. 10. Chioff. conf. 76. num. 13. lib. 2. Ancbar. iun. q. Famil. lib. 1. q. 3.* & φ dicta verba importent conditionem expressam dixerunt *Bart. in l. 1. nu. 34. & ibi communiter Doctor. ff. de condit. & demonstr. Paris. conf. 9. nu. 23. Corn. conf. 189. nu. 7. lib. 4. Menoc. conf. 1. nu. 194. lib. 1.* tanto ma-
5 gis stante illa dictione (*prius, & ante omnia*) quæ temporis ordinem significat cum conditione, vt determinat *Socin. Iun. consilio 67. num. 19. lib. 1. Bertaz. consil. 117. num. 3. & 4. Peregr. de Fideicomm. artic. 50. num. 82.* & cùm sit participium præteriti temporis, denotat actus perfectionem, & sic totam dotem Ioānellæ in totum esse solutam, *Bart. in l. tutor qui repertorium, nu. 2. ff. de administ. tutor. Ias. in l. 1. §. fi. ff. quod quisque iur. Surd. conf. 375. nu. 35. lib. 3.* adeò quod nonnisi post annos duos orta fuit hypotheca ex contractu matrimoniali, & sic erat posterior.

6 Item erat cōditionale, quia relictum pro dote & maritagio, soluendum & consignandum tempore nuptiarum ipsius Antonellæ, secundum *Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat. Alex. conf. 42. num. 2. volum. 7. vbi magis communem opinionem esse fatetur Bald. Nouel. de dote, par. 6. priuileg. 50. Turret. conf. 75. nu. 5. volum. 2.*

Sed dictum fuit quòd prædicta verba non resoluebantur in conditionem (*Si dotes fuerint solutæ,*) sed in tempus, id est postquam dotes alterius filiæ fuerint solutæ, & sic erat modus, & exequutio lega-
7 ti, & non conditio; nam conditio esset quædam legati suspensio, cuius de futuro defectus, vel confirmatio dependeret, vt voluit *Bart. in l. 1. num. 1. ff. de condit. & demonstrat.* quod tamen non erat in casu isto, quia legatum non fuerat relictum, si dotes alterius filiæ soluerentur, adeo quod non solutis dotibus non legasset, sed testator semper voluit legatum habere locum, sed præstandum fore postquam dotes fuerint solutæ primæ filiæ, & sic non erat conditionaliter, sed purè præstandum tempore maritagij post solutionem alterius dotis, vt in terminis voluit *Soc. sen. in conf. 92. in fi. nu. 8. vol. 1. Bart. in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebel. Turret. d. conf. 75. nu. 6. cum seq.*

Item dato quod legatū prædictum esset conditionale in substantia ipsius legati, tamen quando est lega-

legatum filiæ, cui pater tenebatur relinquere legitimam ex qualita-
8 te personæ, tunc legatum redderetur purum, etiam quod aliàs esset conditionale, vt dixerunt *Soc. sen. in d. cons. 92. num. 8. volum. 1. Bart. in d. §. Titio genero, num. 4. vers. sed si aliàs legitimam. Anch. cons. 323. Ruin. cons. 53. nu. 12. lib. 2. & cons. 51. nu. 9. lib. 4. Frãc. Marc. dec. 841. nu. 3. & post alios dixit Menoch. in cons. 251. num. 3. lib. 3. & in lib. 4. præsumpt. 146. nu. 31.* vbi ampliat etiã quod legatum excederet debitum legitimæ secundum *Bart. d. d. §. Titio genero, nu. 4. versic. & intelligitur hoc, & alios quos ipse cumulat, & de communi Couar. in cap. nos quidem, num. 11. versic. octauo à mente, de testament. &* & ratio prædictæ conclusionis est secundum *Bart.* quia pater dicitur reliquisse hanc dotem loco legitimæ, quam erat relicturus ipsi filiæ, ne testamentum redderetur nullũ; at legitima sine onere, & conditione relinqui debet, l. *quoniã in prioribus, C. de inoffic. test.* ergo præsumitur q̃ ab initio ipse pater purè reliquerit dotem; Item quia vna res non debet diuerso iure censeri, *l. Iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. substit.* & ob id ex aduerso deducta *ex Bar. in d. loco, Alex.* & alijs procedebant in
9 extraneo legante, vt rectè distinguit *Menoc. d. præsump. 146. nu. 6.*
Consistorium in hac causa quæ pendebat via restitutionis in integrum alterius sententiæ latę in eodem Tribunali habuit pro vero, q̃ legatum prædictum erat purũ; sed quia de dotibus in processu apparebant solutiones factæ, præterquã de vncijs viginti in circa, in qua summa tantum erant connẽti anteriores, & pro his possidebãt multa prædia, quæ erant maximi valoris; ob id declarauimus bona præ-
10 dicta hypothecata soluto prius per actorem residuo dotium prædictarum secũdum ea, quę in simili determinat *Vinc. de Franc. decis. 453. nu. 3. par. 3. & ante eum Affl. decis. 16. & Capic. decis. 43.* confirmando sententiã in eodem Tribunali latam die 20. Septemb. 1603.

SVMMARIVM.

1 *Clericus citatus quatenus sua putauerit interesse comparens coram Iudice Laico, ab eo cognosci potest. Limita si opponat declinatoriam fori, num. 2.*
3 *Clericus succedens Laico non habet declinatoriam fori.*
4 *Clericus citatus ad confectionẽ inuentarij, non habet declinatoriã fori.*
5 *Idem in Clerico citato ad concurrendum cum alijs creditoribus, nu. 5.*

ARGVMENTVM.

Clericus, an possit opponere declinatoriam fori in concursu creditorum.

DECISIO LXXIX.

1 CLericus citatus quatenus sua putauerit interesse, si coram Laico Iudice comparet; potest ab eo cognosci secundum *Bal. in l. testamenta, col. fi. C. de testam. Rol. cons. 29. nu. 2. & seq. uol. 2. Farinac. in tit. de Inquis. q. 8. n. 87.* & ratio est secũdum eos, quia talis

lis citatio dicitur potius incitatoria, quàm arctatoria, & Clericus ita citatus nō reus necessarius, sed actor voluntarius dicitur, vt dixerunt *Dd. omnes in d.l. testamenta omnia, Affl. decis. 24. Sur. dec. 26. nu. 2.* Et licet Clericus, si comparendo
2 opponat declinatoriā fori, debeat causa ad suum Iudicem competentem remitti, vt post *Affl. & alios dixerunt Rol. in d. consil. 29. nu. 17. Gramm. decis. 61. num. 3. & sequen. Ioseph. Ludouic. lib. 1. commun. opin. conclus. 5. versi. & in casu, Farinac. vbi supra num. 91. Phanut. de Inuen. par. 3. num. 23. versic. & propterea aduerte, Surd. d. decis. 26. num. 11.* & fuit conclusum in Consistorio in causa Don Ioseph Marinali Canonici Agrigentini, licet causa ipsa remanserit in M. R. C. ex alio capite, quia iudicium fuerat inchoa
3 tum cum Laico, & inter eos lata sententia, & deinde fuerit facta alienatio in ipsum Don Ioseph Clericum, iuxta notata per *Surd. in decis. 110.* Est verum quod prædicta conclusio non procederet in Clerico Legatario, seu creditore,
4 citato ad confectionem Inuentarij, nam tunc ex quo Laicus Iudex est in causa ipsa competens, si Clericus velit allegare aliquid pro suo interesse ad actum impediendum, debet necessario eo casu illud deducere coram prædicto Iudice competente ipsius causæ, vt dixerunt *Bald. & alij in d.l. testamenta omnia, Dec. in consil. 700. Rolan. in d. cons. 29. num. 8. Steph. Aufre. in tract. de potesta. secul. super Ecclesia. 2. reg. num. 12. vers. 11. fallit. Phanut. de Inuent. par. 3. nu. 24. vers. nam quo ad istud ego respondebã, Viui. decis. 30. nu. 6. post multos Farin. d. q. 8. nu. 89. Surd. decis. 26. nu. 15.*
5 Item in citatione facta Clerico ad concurrendum in dilatione cōcessa debitori per maiorem partem creditorum, nam tunc nō admittitur declinatoria fori, vt est casus singularis, & valde notādus positus per *Vrsil. ad Afflic. in decis. 380. num. 7.* vbi ita iudicatum fuisse testatur in Sacro Consilio, & idem iudicatum fuisse refert *Viui. in decis. 38. num. 8. Aloys. de Leo in l. cum soluto, nu. 11. C. qui bon. cede. poss.* secundum quam opinionem vti in iudicando receptam ego iudicaui in causa mihi soli commissa ab Excellen. Prorege confirmando sententiam M.R.C. die 31. Ianuarij 1604. inter Clericum Thomam Bersighelli cum Vincentio Citardo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non visis actis est nulla. Amplia si scripturæ non visæ releuant ad causam, num. 2.*
3 *Creditur nobili viro, & bono.*
4 *Iudici asserenti vidisse processum creditur. Contra num. 8.*
5 *Iudex maximam habet præsumptionem pro se.*
6 *Iudici creditur in his, quæ coram eo gesta sunt, & causæ cognitionem adhibuisse in decreto, num. 7. Contra 9. vbi adducuntur similia.*
10 *Iudici non creditur in his quæ redarguunt eius sententiam nullam. Intellige num. 11.*

12 In-

11 Iudex præsumitur instructus de causa per tacturam factam super scripturis.

ARGVMENTVM.

An credatur Iudicis assertioni si agatur de nullitate, seu validitate sententiæ per eum latæ.

DECISIO LXXX.

1 Sententia lata nō visis actis est nulla, *Barto. & Dect. in l. prolatā, C. de senten. Vanti. in tract. de nullitat. ex def ect. process. vbi testatur communem opinionem. Cum. super Rit. 76. num. 127. Paris. consil. 124. num. 1. cum seq. Marsil. de Bannit. in verb. sententia, §. 4. num. 91. & §. 6. num. 42. Petr. de Grego. in tract. de Iudic. causar. feudal. quæst. 37.* maximè quando
2 scripturæ non visæ releuant causam, *Fel. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ, col. 7. versicu. 9. de Constit. vbi ait esse communiorem, & veriorem Doct. sententiam.* Ratio est, quia acta mittūtur Iudici vt instruatur, & procedat ad decisionem causa cognita, & auditis partibus, *capit. Albate sanè, de re Iudic. in 6.* & in Regno Iudex debet apponere, vidit super scripturis, & nisi aliter appareat Iudicem instructum fuisse, sententia diceretur nulla, & in hoc standum erit Iudici asserenti se vidisse processum, & causæ cognitionem adhibuisse in ipsius decisione; quia si creditur nobili vi-
3 ro, & bono, vt dixit *gloss. in l. Titio fundum, ff. de condit. & demonstr.*
4 multo magis credi debet Iudici, *l. vir bonus, ff. Iudica. solui.* qui maxi-
5 mam habet præsumptionem pro se, *l. 2. ff. de offic. Iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Menochi de arbit. Iud. q. 76. num. 3. cum similibus, adductis per Mascard. conclus. 951. num. 1.* & quòd credatur Iudi-
6 ci de his, quæ coram eo gesta sunt, tradit *Gram. consil. 130. num. 6. in*
7 *ciuil.* imo & quod causæ cognitionem adhibuerit in decreto, dixit *Ias. in l. si donatione, col. antepenul. circa medium, & ibi Dec. num. 69. C. de collat. Bart. in l. Ambitio, ff. de decret. ab ordina. facien. quem refert Alex. consil. 34. ante fin. lib. 5. Soc. cons. 115. incip. circa primam quæstionem in 1. dubio li. 5. vbi dicit hāc esse communem opinionem, Crauett. de Antiq. temp. par. 2. nu. 24. Ceph. consf. 185. num. 15. lib. 2.* Sed in con-
8 trarium faciebat, quod Iudicis assertioni non creditur in quocumque casu, *ad text. in c. cum à nobis, de testib. & in c. possessionem de probat. & tex. in l. eos si bene aduertatur, C. de appellat. Menoc. de Arbit. Iud. cas. 187. nume. 31. Mascard. d. conclus. 951. num. 2. vbi nu. 10. post*
9 *multos relatos*, subdit, quòd nō creditur Iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem in decreto, vel detulisse iuramentum suppletorium, aut dedisse tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem prę timore armorum, & in pū-
10 cto quod non credatur Iudici in eo quòd redargueret eius sententiam nullam, seu validam, dixit

Butr.

Butr. in c. cum à nobis, num. 10. col. 4. versic. secundus quando proceditur, & ibidem *Fel. num. 8. versi. Item procedit conclusio, de testib. Aufre. de reprobat. test. post nu. 11. Verb. Arbiter, versic. procederet etiam ista conclusio, Crauett. cons. 265. per totum, Menoch. de arbitr. Iud. quaest. 73. nume. 8. Mascard. conclus. 124. nu. 9. Hector Aemil. de testib. Verb. arbiter, num. 15. Farinac. de Oppos. cont. person. testi. quaest. 60. nu. 108.* & eo magis in casu isto, in quo Iudex tenebatur apponere, vidit super scripturis decisis, in tantum quòd nullitas dicebatur causata ob eius negligentiam respectu solennitatis per eum non obseruatę, & sic agebatur de se ipsum exonerando, vt declarāt *Menoc. & Mascard. in locis proximè relatis.* Discusso negotio fuit conclusum in Consistorio quod Iudicis assertio ni super hoc crederetur, concur-
11 rentibus tamen alijs adminiculis, vt dixerunt *Anchar. in consil. 439. Crauett. in locis praeallegatis num. 22. cum alijs adductis per Mascard. in d. conclus. 951. num. 15. & in specie respondet Decian. respons. 18. nu. 202. volu. 1.* & ita iudicauimus in causa Vincentij Citardo contra Thomā Bersighelli die 31. Ianuarij 1604. quia vltra conscientiam D. Hieronymi Veglia Regij Consiliarij, ac omni virtutum genere praediti, constabat aduocatos causam coram eo disputasse; imò quia scripturae ab extra praesentatae ligatae fuerant super processu principali per actuarium, Iudex apposuit, vidit super eis, credendo positam fuisse super alijs scripturis; Item, & in alia causa Almerici Ilatamone contra Dominam Iuliam Spatafora, quia vltra conscientiā Iudicis apparebat tactura eiusdē, licet lapso semestre, per quam sa-
12 tis latè ostendebatur Iudicem de causa instructum fuisse, & eam decidendo cognouisse, secūdum *Specul. in tit. de renunciat. & conclus. §. 1. versi. auditis, num. 2. in princi. ad text. in cap. Abbate sanè, extra de re Iudic. & in c. quia in cunctis, de concession. praeben. in 6. Cumia in loco praeallegato num. 134.* & ob id iudicauimus validam sententiam de mense Iulij 1603. & fuit bis decisum pro Don Petro Pizzingha contra, Donnam Margaritam Lombardo.

SVMMARIVM.

1 *Causę in Regno non extrahuntur prętcr quo ad causas feudales.*
2 *Causarum feudalium transmissio qualiter fiat.*
3 *Rex potest causam feudalem à Regno sibi auocare.*
4 *Iudices M.R.C. & Consistorij non possunt decidere causas feudales nisi prius facta relatione Excellentiss. Proregi.*
5 *Causa feudalis spolij de recenti, vel pacti de retrouendendo non transmittitur, stantibus Capitulis Carol. 191. & 214.*
6 *Literae subreptitiae sunt nullae.*
7 *Rescriptum obtentum in secunda instantia quando dicatur nullum.*
8 *Causa appellationis est eadem cum prima.*

9 *Se-*

9 *Semestre datum in transmissione causarum ad supremum Consilium solet prorogari.*

Intellige num. 10.

11 *Cap. Regni de transmissione causarum à Regno intelligitur de prima vice, contra num.* 12. *&* 14.

13 *Causa feudalis potest auocari via recognoscendi semel, & bis.*

ARGVMENTVM.

Causa feudalis si stantibus literis Regijs non fuerit transmissa ad supremum Consilium via recognoscendi in primo Iudicio, an possit peti transmissio in secundo Iudicio.

DECISIO LXXX.



STantibus capitulis Serenissimorũ olim Regum Alphonsi & Ferdinandi, causę Siculorum nõ extrahuntur

1 præter quo ad causas feudales, in quibus si contigerit fieri transmissionem de mandato suæ Catholicæ Maiestatis, vel motu pro-

2 prio, aut ex officio, vel ad partiũ petitionem, eo casu si infra mẽses sex non fuerit responsum, & respõsio pręsentata Iudicibus, vel aliter fuerit literis prædictis per partes renuntiatum (vt aliàs vidi iudicatum,) poterunt Iudices impune, alia dilatione non expectata, procedere ad decisionem dictæ causę feudalis, non obstãte transmissione facta; & ratio huius auocationis fundatur ratione directi dominij, & aliorum iurium, quæ Rex noster habet in feudis huius Regni, & in eo bene potest Rex in

3 hoc Regno ad quem spectat cognoscere de feudis quaternatis, & vt ille qui eandem iurisdictione m concessit magistro Iustitiario, & quatuor Iudicibus M.R.C. eisdem Iudicibus certo modo inhibere, nè in tali causa feudali iudicent, antequam eorum vota, & iustificationes in causa, ad eius Sacrũ Regium Consilium ad recognoscendum transmittant, & eandem causam feudalem conclusam, & vota tam ad se auocare, *ad notat. in l. Iudicium soluitur, ff. de Iud. cap. vt nostrum, vbi Franc. & alij de appellat. Petr. de Greg. de Iud. caus. feud. q.* 39. *num.* 3. *Couar. practic. quæst. cap.* 9. *num.* 1. *vers. Hoc autem ius auocandi. Milan. decis.* 2. *nume.* 6. *par.* 2. & hoc ad effectum vt Rex melius informatus de meritis causæ, & illis recognitis scire possit, quem ex litigatoribus recognoscere habeat in suum vasallum, & à quo recipere debeat iuramentum fidelitatis, cui concedere debeat renouationem inuestituræ, & quem requirere debeat cum opus erit ad pręstãdum Regiæ Curiæ seruitium militare, quemadmodum hoc Regno

4 est inhibitum Iudicibus M. R. C. & Cõsistorij, ne procedant ad ferẽdam sententiam diffinitiuã in causa feudali, nisi prius facta relatione Eccellentiss. Proregi, vt latè notat *Petr. de Greg. in d. tract. de Iudic. caus. feud. q.* 7. versic. tertio restringitur;

gitur; Est verum quod stantibus capitulis Imperatoris Carol. 191. & 214. non potest transmitti via recognoscendi causa feudalis spo-
5 lij de recenti, vel pacti de retro-uendendo.

Fuit tamen dubitatum in causa Don Cæsaris la Grua Baronis terræ Cataeni contra Matthæum la Cannita nominibus Conuentum super reintegratione feudi de lo Puzzo, an processus causæ prædictæ, qui semel fuerat cum votis, & iustificationibus, stantibus literis suæ Catholicæ Maiestatis, per M. R. C. consignatus Excellent. Proregi ad effectum transmittendi ad supremum Consilium via recognoscendi, & deinde non solum non fuerit transmissus, sed stante lapsu temporis lecta, & publicata fuerat sententia per M. R. C. an iterum debeat stantibus nouis literis præsentatis in Consistorio, in quo causa pédebat, via appellationis transmitti via recognoscendi.

Dicebat Baro quod literis prædictis exequutoriç non erãt concedendæ, & quod debebat procedi per Consistorium ad prolationem
6 sententiæ, nam erant subrepritiæ, & consequenter nullæ, *ad not. in c. super literis, & ibi Doct. de rescrip. Menocb. de Arbitr. Iud. cas. 202. num. 1. 2. & 3.* solum enim exprimebatur, quod in Cõsistorio pendebat processus feudalis, qui non fuerat trãsmissus ad Sacrum Consilium, & petebatur quod transmitteretur, & tamen non fuerat narratum, quod pro eadem causa, dum penderet in M.R.C. per plures annos, & erat in calculo ferendæ sententiæ, fuerunt præsentatæ literç Regiæ, quòd processus prædictus cum votis, & iustificationibus transmitteretur via recognoscendi ad Sacrum Consilium, prout vigore prædictarum literarũ fuit ad eius expẽsas totus processus cum votis, & iustificationibus exẽplatus, & cõsignatus Excellentiss. Proregi, & datus terminus dicto de la Cannita ad curandum vt processus transmitteretur, & post lapsum sex mensium, & satis vltra fuerat prolata sententia per M.R.C. quç omnia si narrata fuissent, vtique Rex literas prædictas de nouo non concessisset, *ad not. per Menocb. in dicto casu 202. nu. 64.* quod procederet etiam si primũ rescriptum fuisset obtentũ
7 in prima instantia, secundum in causa appellationis, *Imol. quem sequitur Dec. in cap. cæterum, num. 2. de rescript. Rebuff. in comment. ad reg. constit. tom. 2. tit. de rescript. num. 88. Menocb. in loco præallegato, num. 66.* quia licet, quo ad ali-
8 qua, causa appellationis non sit eadẽ cum prima causa, tamen quo ad effectum istum dicitur eadem causa, & maximè prædicta locum obtinebant stante lapsu semestri
9 temporis, quod licet soleat prorogari ex dispositione capit. Catol.
10 139. tamen illud procedit, quando processus fuisset transmissus ad suam Catholicam Maiestatem, quia cum semel ante esset cęptus cognosci, non deberet indecisus venire, fortè ob plurima ardua negotia in quibus Sacrum Consilium

lium esset occupatum, adeo quod impedimentum isto casu esset excusabile, ne partes grauentur sumptibus, & expensis, si processus nõ recognosceretur ob lapsum temporis, quod non videbatur hic cõsiderandum, vbi partes non curauerant processum transmitti facere in executionem literarum, quæ potius videbantur obtentæ ad dilatandum, quàm vt verè causa recognosceretur, *ad not. per Petr. de Gregor. de Iudic. cauf. feudal. q. 42. Mitza. decif. 16. num. 2. par. 1.*

Postremo faciebat, quia capitula Regni loquẽtia de ista trãsmis-
11 sione processus, debẽt intelligi de prima vice tantum, *l. Boue, §. hoc sermone, ff. de verb. signifi.* prout aliàs fuerat iudicatum in causa Vicaris pro Don Iacobo Agliata contra Don Didacum Gaetano, vt dixit *Bongior.* in causa Magosoli; Item & in causa Gibillinæ, vt refert *Petr. de Gregor. in d. quæst. 42. num. 2.*

Ex aduerso dicebatur quod literæ prædictæ Regiæ exequi debebãt, licet similes literæ in M. R.
12 C. fuerint præsentatæ, quia non reperitur de iure restricta potestas Regia in hoc: capitula enim regni non distinguunt iudicia, aut numerum, quoties possit mãdare, in tantum, quòd licet ex dispositione dictorum capitulorum causæ Siculorum non extrahantur, tamen nõ intelligebatur de hac via recognoscẽdi, adeo quod fuit supplicatum quod interim supersederetur, & obtineri non potuit; & iterum cũ fuisset supplicatũ quod causæ feudales quæ extrahi poterãt nõ potuissent auocari via recognoscendi, Rex Catholicus noluit concedere; cum ergo nõ reperiatur hoc per cap. Regni, concessum, non videbatur dubitandum de eius potestate, cuius voluntas lex est, *l. 1. ff. de constitut. princip.* nec disputandum de Regia potestate, *l. disputare, C. de crimin. sacrileg. & constit. dispofit.* & eo magis quod si considerentur vota Iudicum, & in quolibet iudicio adsint diuersi iudices, & diuersa vota proferantur, licet vota Iudicum primi iudicij satis recognita fuerint, quia tamen vota Iudicum appellationis possunt esse diuersa, nec illa fuerint recognita, poterunt de nouo recogno-
13 sci, vt dixit *Petr. de Greg. in d. q. 42. in fi.* licet ipse non decidat punctũ, sed cogitandum relinquat.

Accedebat prædictis quod ita aliàs fuerat seruatum in causa Bilicis, Item in causa Gagliani, quæ fuit transmissa post tres sententias per quatuor vices, in causa Pittinei, & in causa Monfaglioni, quæ fuit transmissa à Consistorio S. R. Consc. vt hæc omnia testatur *Bongior. in loco præallegato.*

Demum faciebat sententia lata in causa Mõtis Rubei in supremo Consilio, in qua Regina declarat generaliter posse Cæsaream Maiestatem, seu Reges nostros Serenissimos mandare, quòd processus transmittatur, nedum semel, sed pluries, & in omnibus instãtijs indifferenter, licet non teneãtur hoc mandare, quæ sententia legis habet vigorem, *l. 1. ff. de constit. princip.* præsertim quando est senten-

tia

tia declaratoria iuris dubij, vt hic, *l.fin.C.de legi*.

Quæ omnia tanto fortiùs procedebant in causa ista, in qua nedum semel, sed nũquam fuerat recognita, licet per plures literas auocata tam in primo iudicio, quã in secundo. Et ad ea quæ in cõtrarium adducta fuerunt, primo loco dicebatur quod in eisdem literis aderant verba per quæ clarè apparebat quod Rex aliàs concesserat primum rescriptum videlicet (si aliàs dictus processus ad nos trãsmissus non fuerit) ex quibus omnino videbatur cessare subreptionẽ propositam. Nec capitula Regni
14 loquentia de hac trãsmissione intelligi poterant de prima vice, *ad not.in §.hoc sermone*, cùm simus in dispositione legis, *vt tradit Iaf.post alios in l.diuortio, §.quòd in anno, num.25.versic.secundo limita, ff.solut.matrim.* vbi ait quod non debet intelligi de primo actu, sed toties quoties opus fuerit; aliàs lex esset imperfecta. Rursus quælibet dispositio non restringitur ad primum actum, sed etiam de vlteriori intelligitur, quando primus actus non consumit effectum secũdum intentionem proferentis, nec esset satisfactum menti disponentis, *Bald.in l.inuitus, ad fin.C. de procurat. & in l.Fideicommiss.§.si quis decem, ff.de leg.3.cum similib. adductis per Iaf.in loco præallegato*. At hic siue dicatur quòd transmissio fiat vt Rex recognoscat Vasallũ suũ, siue vt recognoscatur processus, & Iustitia; non satisfit mẽti disponentis, nec consumit effectum, quia vt supradictum est in iudicio appellationis adsunt diuersi Iudices, possunt ferri diuersa vota ob testes, & instrumenta de nouo producta, ita vt ex eorum diuersitate de his quæ tunc Rex recognouerit in primo iudicio, nihil recognoscet in secundo.

Nec obstant illæ interloquutoriæ latæ in causa Vicaris, & Gibillinæ, quia vt dixit idem *Bongiorn.* habebant speciales rationes, quæ non militabant in causa ista. Nam ibi literæ erant directæ M.R.C. & mãdabat Rex quòd M. R. C. trãsmitteret processũ in eadẽ M.R.C. pendentem, & hæ tardè venerunt, scilicet post sententiã latam in M. R.C. & propterea impetrãs reportauit contrariam, & hæc causa, & ratio exprimitur in sentẽtia. Item in causa Gibillinæ de qua testatur *Petr.de Greg.* sententia erat fundata in subreptione; & demum causę illæ fuerunt decisæ tempore, quo non aderat sententia Regia supra relata, quæ fuit postea de anno 1516. Accedebat hic, quod nõ agebatur, si causa recognita possit de nouo recognosci, vt erat in prædictis causis; sed tantùm, quòd in primo iudicio fuerant præsentatæ literæ de transmissione, & ob lapsum temporis non fuit recognita, nec transmissa, & hodie Rex per nouas literas mandabat, quòd si aliàs processus non fuisset transmissus, quod vtique transmitteretur, & propterea his omnibus bene discussis Consistorium iudicauit literas exequi debere die 15. Maij 1604.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater est legitimus administrator filii.*

2 *Pater vbi est vsufructuarius, supplet defectum curatoris.*

3 *Pater non habet vsufructum in bonis feudalibus filii.*

4 *Pater ratione commoditatis est legitimus administrator in feudalibus. contra num. 5.*

6 *Pater non dicitur legitimus administrator vbi cõcurreret duplex prohibitio, maximè si fuisset facta prohibitio ob maiorem vtilitatẽ, num. 7.*

8 *Vsumfructum vbi pater non habet, ibi nec administrationem, etiam cum consensu suo.*

9 *Minor etiam cum cõsensu patris non potest stare in iudicio sine curatore.*

10 *Filijs in potestate parentum non datur tutor vel curator. Amplia num. 11.*

12 *Pater filium emancipando efficitur legitimus administrator.*

13 *Citatio partis ad audiendum sententiã requiritur in publicatione votorũ ob lapsum semestris tẽporis.*

14 *Semestre currit ab vltimo actu qui fit in causa.*

15 *Citatio ad audiendum sententiã requiritur quando fit publicatio votorum per Iudices subsequentes. contra num. 16.*


17 *Citatio nõ requiritur vbi nulla competeret defensio.*

18 *Citari an debeat dominus litis, & quando.*

ARGVMENTVM.

Pater cui fuit prohibitus vsusfructus an sit legitimus administrator in feudalibus, & an Iudicium cum eo factum sit validum.

DECISIO LXXXII.



1 Ater dicitur legitimus administrator filij in bonis illis in quibus est vsufructuarius, & non in alijs, vt dixit *Bar. in l. lis nulla, num. 1. ff. de Iud. & in l. fin. §. pupillus, ff. de verb. obliga. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 13. num. 8. Vinc. de Franch. decis. 10. nu. 6. latè Ascan. Clem. in tract. de patri. potesta. effect. 12. num. 11. 12. & 13. Marc. Ant. de Amat. post alios relatos dec. Marchie. 70. num. 21. Schrad. de feud. p. 11. session. 17. sub nu. 39. Capic. decis. 73. num. 10.* vbi subdit quòd in
2 his in quibus patri non quæritur vsusfructus, patris authoritas non supplet curatoris defectum, *Paris. consil. 157. num. 15. vol. 4.* Hinc est quòd in feudalibus in quibus pa-
3 ter non habet vsumfructum formalem, non erit legitimus administrator, vt dixerunt *And. in c. 1. nu. 13. & ibi Affl. nume. 64. de his quæ feud. dar. poss. Bal. & Martin. Laud. in c. 1. §. 1. de fratri. de nou. benefi. inuesti. vbi idem Affl. nu. 16. Rol. à Valle consil. 71. nu. 65. cum seq. vol. 2. Gabrie. consi. 162. num. 44. & 45. vol. 2. Schrader. in loco prææligato, nu. 41. & Ant. de Amat. d. dec. 70. num. 22.*

nu.22.& licet ex causa cōmoditatis q̄ pater habet rōne patriæ potestatis bene possit administrare, sm
4 opi. *Ang. Aret. in §.1. Inst. per quas person. nob. acquir. quem seq. Aluar. in c. si duo, num. 8. de duob. fratr.* qui dicit sic intelligi dicta Doctorum vt pater non habeat in feudo vsumfructum, *Boer. decis. 199. p. 1. Vinc. de Franch. decis. 10. num. 9. D. Ioa. Franc. de Pont. cons. 19. nu. 27. volum. 1. Loffred. cons. 10. post aliòs quos refert Fab. Anna. in cōs. 51. nu. 8. lib. 1.* tamen opinionem Ang. re-
5 probando contrariū tenuerūt *Ludou. Molin. de primog. li. 1. c. 19. nu. 33. Roder. Suarez in q. Maioratus, nu. 15. & 16. Grego. Lopez. in l. 15. ti. 17. p. 4. vers. et vsufruct. Rim. iun. in §. 1. nu. 196. vsq. ad 200. aliàs nu. 131. vsq. ad n. 135. Insti. de donat. idem Vinc. de Fran. in decis. 161. in fi. qui dicit ex authoritate Molinæ dubitare de opinione Ang. licet eā Consilium aliàs in dec. 10.* habuerit pro
6 vera, quæ conclusio tanto fortius procederet, si concurrat non solū prohibitio vsusfructus facta à lege, vt est in feudalibus, sed etiam ab homine, vt dixit *Affl. in constit. minoribus, in fi. sub n. 11.* quē allegat *Vinc. de Franc. in d. decis. 10. n. 8.* vbi hoc ita sentire videtur *Loffred. cōs. 10. D. Ioa. Franc. de Pont. d. cons. 19. n. 30. Surd. cons. 116. nu. 73. & 74. lib. 1.* cum mitius agatur cū lege, quā cū homine, *l. Celsus, ff. de arbit.* ac etiā si prohibitio vsusfructus fa-
7 cta fuisset ob maiorē vtilitatē, & cōmoditatē filij nulla suadente suspicione in persona patris, vt voluit *glo. in auth.* excipitur, vbi habetur ꝙ quando patri prohibetur acquiri vsufructus in fauorē filij, tūc
8 pater indistinctè pdit administrationē, siue filius sit maior, siue minor, siue pater velit administrare, siue nō, quā sequuti sunt ibi *Ang. Fulgos. Salic. & Castr. Ruyn. cōs. 24. vol. 4. qui reprobat distinctionē Cor. in l. fi. §. sit aūt in secunda, C. de bon. quæ li. sub n. 3. & Cagnol. in l. frater à fratre, ff. de cōdic. indeb. qui n. 163.* dicit ab hac opinione tamq̄ receptiori, & magis cōmuni nō esse recedēdum, & alios allegat, & licet hæc omnia fuissent discussa in causa Matthæi la Cannita prætendentis nullitatē sententiæ latæ per M. R. C. in causa reitegrationis feudi de lo Puzo in fauorē Baronis Carçni, ex quo fuerat lata cōtra Vincētiā la Cānita eius filiā minorē, eo citato tamquam patre, & legitimo administratore, cui per Sifonisbā, matrē fuerat prohibitus vsusfructus; tamen ad predicta nō fuit opus ingredi, quia in eodē testamēto pater, etsi fuerit ꝓhibit⁹ ab vsufructu feudi filię, nihilominus fuerat cōstitut⁹ generalis gubernator, & administrator cū ampla potestate ipsius filię, & prohibitio vsufruct⁹ facta fuerat per matrē vsq; ad certū tēpus cōsulto, & ex aliquib. causis, quæ in Tribunali nobis ex-
9 positæ fuerūt; Nec obstabat ꝙ ad hoc vt ista minor in iudicio stare, & cōparere potuisset non sufficiebat solus cōsensus paternus, & eius authoritas, sed requirebat ꝙ sibi daretur curator ad illā litē, per *gl. sing. in l. si longius, §. fi. in glo. fi.* quā *ibi sequuntur Doct. ff. de Iud. Vant. de*

nullit.ex desect. inhabil.num.36.& sub num.42.Franc.Caldes de Perter. in l.si curatorem, in prin.num.34.C. de in integ.restit.fol.mihi nu.9. nam dictum fuit quòd in casu isto, pa-
10 ter erat institutus à matre generalis administrator, secundum *Andr. & Affl.in const.minoribus, num.14. de Iur.* balij, & filij in potestate parentum constituti aliũ curatorem, & tutorem habere non possunt, cũ illorum patres legitimi curatores, & tutores existant, *ad tex.in §.1. Instit.de tutel.& ibi gloss.in verb. non sunt, quam cõmuniter sequũtur Doct. in l.fi.C.de iureiur.& in l.fi.§.fin au tẽ, in fi.C.de bon.quæ libe.Corn.cons. 164.vol.4. Alcia.cõs.290.n.2.et in terminis Alex.Raud.in cons.22.nu. 335.cũ seq.lib.1.* etiã quod ab auo
11 dati essent, *ad tex.in §.nepotib.Inst. de tutor.* maximè non constito de prodigalitate in personam patris, vt hoc anno iudicaui pro Antonio
12 Galata. Et propterea si pater filiũ emancipet statim efficitur illius legitimus tutor, *§.1 Institu.de legit. paren.tutel. Soc.iunior. cons.59.nu. 39.& seq.lib.3. Ascan.Clement.de patri.potest. effect.14.in princip. Osas. decis.89. Bursat.cons.123.num. 25.& 26 lib.2.* Consistoriũ ex quo causa erat feudalis facta relatione coram Excellentiss. Prorege per D. Marium de Cannizarijs collegam meum nunc meritissimum Tribunalis Regij Patrimonij Magistrum Rationalem Regiumque Consiliarium, declarauit sententiam validam confirmando sententiam M.R.C. die 14. Maij 1604. Nam duo alia capita nullitatũ ex aduerso deducta in causa prædicta fuerunt facillimæ resolutionis; ad primum etenim in quo dicebatur, quod prolatio votorum facta per Iudices M.R.C. erat nulla ob lapsũ tẽporis, ex quo causa fuerat votata, & cũ iustificationibus consignata Illustriss.& Eccellẽtiss. Proregi ad effectum eam transmittendi ad supremum Consilium via recognoscẽdi vigore literarum Suæ Catholicæ Maiestatis, & tamen
13 fuerat publicata absque eo quod pars citaretur ad sententiam audiendum ob lapsum semestris iuxta formam *Rit.Regni 98.ibi (pendẽte causa à sex mensibus infra, si pars aduocatum, & procuratorem habeat, non oportet partem citari, neque ad concludendum, neque ad audiendum sententiam: à sex mensibus supra, aduocato, & procuratore adhuc præsente ad concludendum, & audiendum sententiam citari partem oportet,)* dictũ fuit quod in facto hoc non apparebat, quia semestre
14 currebat ab vltimo actu q̃ fiebat in causa quoquo modo fieret, etiã extra iudicialiter, vt putà quod notata sit visio in dorso processus, vel fuerit ad Iudicẽ apportatus, vel quod fuerit annotatus in Iuliana ad quẽ Iudicẽ processus sit mittendus, vt dixit *Corsett.in q.forens.11.par.1.* & in casu isto facta fuerat missio die 26. Martij 1599.& causa votata die 30. Augusti eiusdem anni, & sic infra sex mẽses. Itẽ nõ obstabat alia nullitas in qua dicebatur quod sententia erat inualida, quia lata,
15 & publicata fuerat per Iudices subsequentes non citata parte ad sen-

sententiam audiendum, ad tradita per *Petr. de Greg. in trac. de Iud. caus. feud. q. 41. nu. 3. & ibi per me notata in addit. Milan. decis. 2. nu. 55. p. 1.* quia respondebatur, quod dicta ci
16 tatio requiritur ad effectũ vt reus potuisset se in iudicio defendere, quapropter si fiant aliæ citationes ad audiendũ, & allegãdum, & pars se defendat, licet omittatur exinde alia citatio ad sententiã audiendum, attamen sententia erit valida, vt dixit *Affl. decis. 283. n. 6. Muscat. in pract. ciui. p. 7. ver. sententiã, nu. 6. 7. & 8.* & isto casu dicitur satisfactũ legi, quæ introduxit hominis citationẽ, *Alex. cons. 225. col. 3. lib. 6.* & præsertim si citatus nihil potuisset allegare, *Crauet. cõs. 289. col. 2. Affl. decis. 291. Vanti. in tract. de nullit. in tit. qualit. senten. nulli. repara. poss. n. 107.* & quod nõ obstet
17 defectus citationis, qñ nulla alia cõpeteret defensio, dixit *Gabr. lib. 1. com. opinion. tit. de citatio. cõclus. 1. nu. 332. lim. 16. Randen. cons. 41. post alios per eum relatos, nu. 15. 16. & seq. lib. 1.* & ideo cũ in casu isto nil aliud facere habeant Iudices subsequentes nisi publicare sententiã, & de ea nihil cognoscere possint (iuxta capit. pandectarum Regni incipi. Si contingat quod trãsmittatur processus *& Prag. 8. §. 2. de offic. Iud.* M. R. C. & ca. Regni, in quibus habetur quod lapso tẽpore procedatur ad prolationem sententiæ) obstare non videbatur defectus citationis, qui apud me adhuc non erat resolutus, stante doctrina *Milan. & Petr. de Grego. supra relata;* tamen quia in causa ista dictus de la Cannita ob eius latitantiam non potuerat citari, & propterea fuerat citatus in specie ad sententiam audiendum Gaspar la Cannita curator datus per Curiam, Consistorium super hoc capite non dubitauit.

Nec vrgebat quod dari debuisset Curator ipsi pupillæ, quia per transfusionem Iudicij factam in Matthæum ob mortem Sifonisbæ eius vxoris principalis conuentæ, ipse Matthæus factus fuerat Dominus instantiæ, & contra eum proferenda erat sententia, non autem contra pupillum, & ideo ob eius latitantiam ipsi dandus erat Cura
18 tor, & non pupillæ, aliàs si pupillus citatus fuisset sententia nulla erat, *Surd. cons. 99. num. 33. lib. 1. Vanti. de nullit. defect. mandat. num. 133. Gram. cons. 9. lib. 1.* qui in fine dicit quod nõ potest citari Dominus etiam in absentia procuratoris, qui erat factus Dominus litis, *Muscatell. in d. pract. par. 7. in verb. sententiam, nu. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Causa feudalis determinatur facta prius relatione Excellẽtissimo Proregi, & per quatuor Iudices M. R. C. & num. 4.*

2 *Sententia lata à Iudice non competente est nulla, idem si fuerit determinata contra formam statutorum, num. 3.*

5 *Causa quoquomodo tangens feudum dicitur feudalis, siue agatur de iure, siue de seruitute.*

6 *Seruitus constituta super feudo est species alienationis.*
7 *Seruitus qua dicatur.*
8 *Vasallus non potest constituere seruitutem super feudo.*
Amplia num. 9.
10 *Causa restitutionis feudi via spolij est feudalis.*
11 *Iurisdictio causa feudalis non potest prorogari. Amplia nu. 12. etiam stante cap. volentes, num. 13.*
14 *Res reddititia feudo non est feudalis, sed census ipse tantum.*

ARGVMENTVM.

Causa spolij de recenti rei feudalis an sit feudalis, & quid de re reddititia feudo.

DECISIO LXXXIII.



IN Regno causæ feudales nō nisi per quatuor Iudices M.R.C. cognosci possūt, tres causarum ciuilium, & vnum seniorem causarum criminalium, & ante prolationē sen-
1 tentiæ fieri debet relatio Excellentiss. Proregi, vt patet ex forma capitulorum, & constitutionum Regni, de quibus latè *Petr. de Grego. proauus meus in tract. de Iudic. causar. feudal. quæst. 7.* cum alijs ibi per me traditis in apostillis, & ideo dicebat Don Petrus del Carrecto Baro Xabicæ quod sentētia lata per M.R.C. causarū ciuilium absq; relatione facta Excellētiss. Principi super spolio cuiusdā aquæductus existentis intus ipsius feuda pretēsi per Baronem Fontis Frigidi erat
2 nulla, tum quia lata à non Iudice competente, *vt dixerunt Caual. decis. 11. nu. 5. & 24. & decis. 25. nu. 3. p. 1. Vanti. in tractat. de nullit. tit. de nullita. ex defect. Iurisd. de leg. & in tit. de nullitat. ex defect. Iurisdict.* tum etiam quia determinata fuerat
3 cōtra formam statutorum municipalium secundum *Doct. in c. 1. extra de re Iudic. post alios Rol. cons. 41. num. 17. lib. 1. Turett. cons. 93. num. 49. lib. 1.* & maximè non facta relatione Excellentiss. Proregi, quia tunc dicitur reuocata, & suspensa iurisdictio M. R. C. vt ante
4 factam relationem non possit procedi ad prolationem sententiæ, per *text. constitu. M. R. C. Capic. in inuesti. feud. rub. feudorum genera, col. 47. Cumi. super Rit. cap. 76. nu. 25. & cap. 82. num. 23. Vinc. de Anna in consti. diuæ memoriæ, nu. 290. Petr. de Gregor. in d. q. 1. num. 27. & 28. in fin.* causa etenim de qua agebatur erat feudalis, quia quoquo modo tangat feudum, siue de to-
5 to, siue de parte, siue de seruitute, & iure reali debito super ipso feudo, dicitur feudalis, *ad not. per Docto. in c. cæterum, de Iudic. Afflict. in constit. statuimus, nu. 58. Petr. de Gregor. in d. tract. quæst. 3. 4. & 5. Cumi. super d. Rit. ordine suo 76. num. 24. & seq. Paris. de reintegra. feud. cap. 198. num. 9. Milan. decis. 6. num. 1. 2. & 3. cum seq. par. 1.* & maximè
6 cum seruitus constituta super feudo sit species alienationis ipsius feudi, *Rodoa. de reb. Eccles. nō alien. c. 16. nu. 1. Paris. de reinteg. feud. ca. 40. n. 19. Molin. de primog. Hispan. lib. 1.*

lib.1.cap.20. Rol.conf.59.num.11. & 12.li.2.Fabia.de Mont. in tract. de emption.& vendit.quaest.4.num. 9.vbi allegat alios concordantes. Seruitutes autem sunt, Iter, actus, via, aquaeductus, ius pascendi, & aliae de quibus per *text.in l.2.3. & in l. veluti,ff.de seruit.rustico.praedio.Caepoll.in tract.de seruit.in praefat.*in tantum

8 quod vasallus nō potest constituere seruitutē in praeiudicium domini sine ejus consensu, *ad text. in cap.1.§.quid ergo, de Inuesti.de re alie.fact. Alex.qui hanc dicit communem opinionem consi.18.post nu. 5.lib.5. Paris.cons.98. num.4.lib.2. Bero.q.95.alias 14.Clar.in §.feudū. quaest.73. Molin.post alios per eum relatos in d.cap.20.nume.3.* Et siue

9 agatur de proprietate, siue de possessione, secundum distinctionem *Curt.in tract.de feud.par.7.quaest.6. vers.sed meliorem distinctionē*, quā communiter approbari ait *Petr. de Gregor.in d.tractat.de Iudic.caus. feud.quaest.2.Clar.in §.feudū,quaest. 90.*& in puncto restitutionis pos-

10 sessionis ex causa spolij, *Bald. in cap.1.§.inter pares, de cap.corra.& expressè in spolio in tit.de pace constant. §.si qua, nu.2. Mari. Anguiscio. consil.142.nu.12. Milan. post Bougior.d.decis.6. num.60. part.1.* vbi ita seruari ait & iudicatū fuisse refert pro Duce Montis Alti.

Nec obstabat quod partes ipsae consenserant coram ipsa M. R. C. causarum ciuilium, & consequen-

11 ter prorogauerint iurisdictionē, maximè stante dispositione *capit. volentes*, vt dixit *Gram. decis.103. num.133.& 134.* quia iurisdictio causae feudalis non poterat prorogari etiam consentiente vasallo, cum fuerit coniunctim concessa quatuor Iudicibus M.R.C.& abdicatiuè, & priuatiue, vt per *Const.Statuimus, & per constit.M.C. & constit.iudiciarij nomen. Petr.de Grego.in tract.de Iudic. caus.feud.q. 7.numer.18.& in alio tract. de concess.feud.part.5.quaest.6.num.11.& num.13.vbi subdit ita in Regno seruari.Clar.in §.feudum, q.90.versic. sed quaero numquid sine expressa domini licentia;magis cōmunem testatur Cur.in trac.de feud.p.vltima, nu. 19.Menoch.in tract.retin. possess.remed.3.num.403.404.& 405.cum seq.Mozz.de feud.in tit.de natura. feud.nu.120.& 130.* nec sufficiet

12 scientia, & patientia secundū *Cur. & Menoc.in locis praeallegatis. Amad.Pōt.in tract.quis sit Iud.in caus. feud.col.5.versic.alij quorum, vbi testatur hanc esse communem opinionem;* Nec aliquid operari videbatur in hoc dispositio *cap.volentes,* cum expressus consensus Regis ad

13 hoc requirebatur secundum praedictos *Doct.* & sic non sufficiebat tacitus, ex traditis per *D. de Pont. in cons.1.& 2.*


Sed ex parte Baronis Fōtis Frigidi dicebatur, quòd hic nō poterat tractari de spolio rei feudalis, sed de aqueductu ad censum concesso iam sunt anni sexaginta, & sic

14 de re reddititia feudo, vnde census ipse debitus ipsi feudo dici poterat feudalis, non autem ipse aquaeductus, licet existat infra fines feudi, vt determinat *Neapoda. in consuetu.incip.in bonis quondam*

mariti, titu. quibus rebus, Gabr. loc. quart. in verbo, sed in bonis, versicul. sed quid si Comes, numero 14. Afflic. in titu. quæ sint regal. in verbo & claustrorum. Capic. decis. 103. & melius in inuesti. feud. in versic. Vasallorumque redditibus, fol. 103. Came. in capit. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fede. fol. mihi 41. versicul. primum; litera d. D. Ioan. Franc. de Pont. in consil. 11. numero 3. & 4. Conclusum fuit in Consistorio quod Baronia Xabicæ erat feudalis, & quod causa spolij rei feudalis esset feudalis; sed quia vt dictũ est agebatur de spolio rei reddititiæ feudo, & sic allodialis, declarauimus sententiã validam die 15. Martij 1603. confirmando sententiam M. R. C.

SVMMARIVM.

1 *Licitator secundus plus offerens præfertur primo.*
Limita post extinctum candelæ, numer. 2. ratio; num. 3. & 5.
4 *Oblatio plus offerentis non admittitur post extinctum candelæ.*
6 *Minor quando restituatur aduersus licitationem factam, distingue vt ibi per eum.*
Amplia in fisco, num. 7.
8 *Læsio ascendens ad sextam partem sufficit ad obtinendum restitutionem aduersus subhastationem factam de re minoris.*



ARGVMENTVM.

Locatio rei minoris facta plus offerenti in publico incantu an ex aliqua causa rescindi possit.

DECISIO LXXXIV.



Vando Baronia, seu feudũ reperitur valde grauatum ære alieno, solet per Barones ipsos, vel alios possessores obtineri prouisio ab Eccellentiss. Prorege, quod feuda ipsa possint locari in publico incantu plus offerenti sub verbo Regio citatis prius creditoribus, & de pretio seu gabella satisfieri creditoribus per M. R. C. quæ administrationem habet istorum feudorum iuxta formam actus generalis super hoc emanati per Sacrum Consilium. Euenit quod præcedentibus subhastationibus fuit ingabellatum feudum Gasbæ Vincentio Rizo pro annis quinque ad rationem vnciarum 335. quolibet anno, & post præfectam liberationem, & extinctum candelæ comparuerunt Iulius Grimaldi, & alij creditores offerentes vncias centum quolibet anno vltra summam vt supra arrendatam, & petebant quod de nouo fieret subhastatio, maximè quia agebatur de re minoris, & læsio ex oblatione prædicta, erat euidens; Item quia subhastatio facta nõ fuerat in die per literas designata, & in bannis contenta, & ita fuit iudicatum per M. R.

M. R. C. de qua prouisione cum fuisset commissa reuisio in Consistorio videbatur dicendum, quod licet tempore licitationis, si super-
1 ueniat secundus, qui plus offerat, ille præferatur, *ad tex. in l. si tempora, C. de fid. instru. & Iur. hast. lib.* 10. tamen post perfectam libertationē,
2 & extinctum candelæ primus emptor est securus, *l. eos, C. de diuis. prę dio. lib.* 11. *gloss. in d. l. si tēp ra. Frac. Mart. decis.* 566. *nu.* 1. *Alber. in l. & si fine, §. quæsitum, ff. de minor.* vbi ait quod Commune Bergami incantauit datia, & perfecto contractu post plures dies apparuerunt quidam plus offerentes: quæsitum fuit an deberet admitti reiterato licitatio, & arguit ad partes, & cōcludit fuisse iudicatum quod non, per *tex. in l.* 1. & 3. *C. de vendit. rer. ciuil. lib.* 11. & *l. ratas, C. de rescind. vend.* quia fide hastæ fiscalis non debet decipi, *ad tex. in l. si hypothecas, C. de rem. ssio. pigno. & idem dixit etiam Alber. in l.* 2. *C. si in caus.*
3 *Iudi.* & ratio est, quia ex tincta candela quo ad illum vltimum licitatorē est perfecta gabellatio, & non est locus pœnitentię, *Boer. decis.* 249. *Alexand. consil.* 114.
4 *sub. num.* 2. *vol.* 6. & ideo reijcēda erit alterius oblatio, etiam quod esset alicuius mométi, *Afin. de execut. senten. §.* 6. *c.* 10. *nu.* 20. & est ius quæsitum, *Capic. decis.* 36. *nu.* 5. & optimè *Lud. de Pen. in l. congruit, C. de locat. prædio. ciuil. lib.* 11. vbi di-
5 cit quod licitationes non sunt admittendæ, ne, dum commodū quæritur, locatores mutentur, & non inueniat respublica, qui cū eo contrahat, *Ang. cons.* 324. *nu.* 1. *Boer. d. decis.* 249. *col. fi. in princ. Caroc. de lo cat. titu. de publican. quæst.* 3. *num.* 9.

Sed ex aduerso dictū fuit quod doctrina Alber. in dictis locis determinabat contrarium, attentis terminis, de quibus agebatur, quia ipse eo loci post Iacob. de Rauen.
6 concludit, quod aut minor, Ciuitas, fiscus vel Ecclesia in venditionibus, seu locationibus prædictis seruauit solemnitates debitas, & fecit sicut quilibet maior, vt puta quia vendidit tempore opportuno, & iusto pretio, & tunc licet alius plus offerat, non admittitur licitatio, nisi de sorde, vel gratia d ceretur, vt habetur in *d. §. quæsitum*; Si vero debita solemnitas non est seruata, tunc ipso iure nō valuit venditio, seu locatio, neque est opus restitutione, *l.* 1. & 2. *C. de fid. Instrument. & Iur. hast. lib.* 10. si vero debita solemnitas est seruata, sed minor est læsus sui facilitate, vt quia vendidit tempore nō opportuno, & tunc restituitur, vt ibi per eum, quam doctrinam *Gregor. Lopez in l.* 5. *titu.* 19. *par.* 6. dicit esse menti tenendam, quia ex eius dictis obtinuit in causa grauissima Regis contra conductorem Regalium redditūum Serici Regni Granatæ, eo quia locatio facta fuerat intempestiuè, & tempore non oportuno, & eum sequitur *Afflict. decis.* 340. & *ibi Vrsil. ad eum Guid. Pap. decis.* 536. qui indistinctè dicit minorem, & Rempublicam restitui aduersus venditionem factam mediātibus subhastationibus, si alius post aliquos

dies plus offerat, & allegat *tex.sed si fine, §.1.ff.de minor. iuncta l.Rem publicam, C. de Iur. Reipub. lib.*10. & per ista iura sic fuisse iudicatum testatur *Franc. Auiles in capit.*31. *Prætorum,in versicu. fin. nume.*11. vbi subdit ita plnries fecisse, & fuisse confirmatum in Cancellaria. *Maurit. in tract. de restitu. in integr. cap.*219. *Sfort. Odd. in simili tracta.quæst.* 57.*artic.*3. *num.* 22. *Francis. Caldes. in l.si curatorem,C. de in integr. restitut.minor. nume.*4. & id procedit non solum si augetur pretium, sed etiam si alius pretium diminuit, quando fiscus cōduceret operas vt admittatur

7 diminutio, & iterum præconizetur, & diminuenti detur, secundum Francis. Auiles in loco iam relato; & dicebatur contraria procedere, quando versaremur in primo mēbro distinctionis Alberic. nempe si solemnitas seruata fuisset, & nulla subest iusta causa; secus vero in casu proposito, in quo licitatio nedum facta fuerat post diē in literis, & bannis designatam, in quo creditores ob eorum interesse interuenire intendebant, & oblationem prædictam facere, & sic tempore non opportuno, sed etiam concurrebat maxima læsio,

8 quæ non solum ascendebat sextam partem, quam sufficere ait *Vrsil.ad Afflict.in d.decis.*340.*num.* 8.*ex doctrina Barto. in l. duo societatem, §. arbitrorum, in verbo, quæ dicatur parua, vel maxima quantitas, ff. pro soc.* sed vltra dimidiam; quapropter attentis prædictis, me referente Excellentiss. Proregi iuxta formam commissionis, Consistorium confirmauit prouisionem M.R.C. de mense Maij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia debetur filio naturali, sicut alimenta.*
*Contra num.*30.*&* 31.
2 *Natus ex damnato coitu est capax alimentorum.*
3 *Dos debetur filiæ naturali super feudo.*
4 *Adiutorium à Vasallis peti potest pro maritanda filia naturali.*
*Contra num.*26.
5 *Filiorum conditio æqualis est in alimentis præstandis siue naturales sint, siue legitimi.*
6 *Filius exclusus à successione potest petere alimenta.*
*Item in filio naturali, num.*7.
8 *Exclusus à feudo sine eius culpa debet alimentari.*
*Contra num.*32.
9 *Generalis exclusio non comprehendit causam alimentorum.*
10 *Mutus, vel Surdus habent alimenta super feudo, & num.*34.
11 *Clericus, & Miles Hierosolymitanus habent vitam, & militiam super feudo.*
12 *Exclusio Clerici à feudo æquiparatur exclusioni filij naturalis.*
13 *Filius naturalis excluditur à feudo absque eius culpa.*
14 *Vita, & militia debetur ratione exclusionis à feudo per primogenitum.*
15 *Filius naturalis non succedit in feudo, & ratio est in num.*33.

16 *Vita,*

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an debeatur filio naturali Baronis, & quid in alimentis.

DECISIO LXXXV.

1 Vitam, & militiam deberi filio naturali super feudis per patrẽ possessis eo mortuo dixit *Petr. de Greg. in tract. de vita, & milit. quæst. 4. Amplia 6. num. 8.* motus ex *gloss. in constit. Comitibus, de adiutor. pro milit. frat.* vbi habetur quod licet naturales excludantur à successione patris propter legitimam sobolem, nihilominus eis alimenta debentur, & in eis æquiparantur legitimo; nam quilibet
2 etiam ex damnato coitu natus est capax alimentorum, etiã respectu feudalium, vt arguit *Paris de Puteo in tract. de reintegrat. in feud. num. 14. fol. 177. idem de Gregor. in tracta. de dot. de parag. quæst. 8. num. 3. & q. 23. nu. 4. & 5. & in tract. de concess. feud. par. 7. quæst. 8. nu. 7. cum alijs per me adnotatis; hoc idem firmat Molin. de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 15. num. 42. & num. 64. Nicol. Moron. de treg. & pac. quæst. 30. num. 11. Natta. super statu. exclud. quæst. 1. num. 4. Brun. in simil. tract. art. 9. quæst. 2. Bald. de Bartolin. in l. ea, num. 417. ff. solu. matrim. Eruditissimus Octaui. Bamba. in tit. si de feud. defunct. conten. nu. 172. & innumeros etiam de cõmuni testantes refert Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 9. per totã, & q. 25. nu. 29. cum seq. & tit. vlt. q. 38. num. 7. & priuileg. 35. num. 4.*

num.4. & sic quatonus ali debet ex eo quia capax, non quia frater, & iure sanguinis tantum, sequitur quod licet feudum vadat ad aliũ agnatum remotiorem, non tamen potest excludi filius naturalis eius quod ipse capax est, sicut dicimus
3 in dote, quæ debetur filiæ naturali super feudo vt post multos refert *Padil. in auth. res quæ, nu.64. & 65. C. commun. de legat. Menter. decis. Aragon. 18. per totam*, & adiuto-
4 rium à Vasallis peti poterit, secundum *Petr. de Gregor. de cõcess. feud. d. par. 7. quæst. 8. num. 8.*

Secũdo pro hac parte adducebatur quod æqualis est omnium filiorum conditio, quando tracta
5 tur de alimentis præstandis, siue naturales sint filij, siue legitimi, *Tiraquell. de nobilit. capit. 48. num. 35. Paleott. de not. cap. 48. num. 3.* vbi ait hos esse quo ad alimenta veluti filios obseruandos, ita vt in hac causa ius filiorum adepti censeantur, & secundum iuris regulas vt veri filij in omnibus habendi sunt, quoniam lex hanc interpretationem admittit, & hanc regulam latè post *Lup. exornat Surd. de alimen. quæst. 9. nu. 5. tit. 5.* Sed si
6 filius legitimus Baronis, siue quilibet alius vel lege, vel statuto excluderetur, tunc vtique de bonis illius iuxta eius qualitatem erit alendus, ergo eodem modo erit a-
7 lendus filius naturalis Baronis, qui à feudo excluditur per alium agnatum legitimum.

Tertiò faciebat, nam quoties
8 quis priuatur feudo absque eius culpa, tunc de feudo tanta quantitas fructuum deduci debet, quantum sufficiat pro alimentis illius exclusi, *ad tex. in cap. 1. §. fin. Episcop. vel Abb. vbi Andr. Affl. & Aluar. Petr. de Gregor. in tract. de vita milit. quæst. 1. num. 10. & 15. Paris de Put. in prææallegato loco, nu. 29. Minad. in constit. in aliquibus, num. 23. fol. 5. Camer. in cap. Imperialem litera G, fol. mihi 21. de prohib. feud. alien. per Fed.* quia gene-
9 ralis exclusio causam alimentorũ non comprehendit, *Bursat. cons. 32. num. 24. Signorol. cons. 176. num. 11.* Hinc est, quod licet quis sit incapax, vt quia imperfectus, à
10 natura mutus, vel clericus vel aliàs habens morbum incurabilem, tamẽ quia excluditur sine eius culpa, tunc ei debentur alimenta iuxta qualitatem rei, *Doct. omnes in d. cap. 1. Episcop. vel Abb.* Idem est in presbytero vel milite Hieroso-
11 lymitano, *Affl. in const. Comitib. num. 8. & 9. Petr. de Gregor. in eodem tract. quæst. 4. num. 6. Paris de Put. in loco præallegato, nu. 13. Vinc. de Fran. decis. 20. D. Osta. Bamba. in loco præallegato, num. 173.* secundum quam opinionem fuisse iudicatum refert *Fab. de Anna in d. cõs. 120.* & vidi determinari in hoc Regno pro Illustriss. Cardinale Terranoua, quorum exclusionem
12 cũ filio naturali æquiparat *Paris.*
13 *vbi supra*, at filius naturalis excluditur à feudi successione absque eius culpa, vt expresè dixit *Hyp. Rim. in cons. 689. nu. 15. lib. 6. Petr. de Greg. vbi supra, num. 15.* ergo dicendum est quod alimenta debeantur super feudo, vti ad eo exclu so

clufo fine eius proprio defectu, & fecundum hanc opinionem fuit aliàs iudicatum in M.R.C. contra Marchionem Sambucæ.

Sed in contrarium facit quod ratio introductiua vitæ, & militiæ fuit exclusio fecũdogeniti per
14 fucceffionem primogeniti, vt dixit *Andr. Affl. & alij in conft. Comitibus. Cannett. in cap. fi aliquem, verb. & pariformiter, nu. 4. fol. mihi 333. Camerar. in cap. Imperialẽ, verf. circa, fol. mihi 102. Vincen. de Franch. decif. 61. nu. 1. Petr. de Greg. de vita, & milit. quæft. 1. num. 12. & de dote de parag. q. 1. & 33. Capic. decif. 111. nu. 3.* quæ ratio ceffare videtur in naturali, qui non
15 eft fucceffibilis in feudo, *cap. 1. §. naturales. fi de feud. fuer. cõtrou. vbi Andr. Bald. Alu. Affl. & cæteri, Parif. conf. 14. nu. 18. vol. 2. Cannet. in cap. volentes, verb. Non eft etiam æque digna, fol. 173. & in cap. fi aliquẽ, verb. At pulchrũ, n. 42. fol. 328. Anna fing. 12.* Item vita, & militia eft tertia quam quis ab inteftato
16 habiturus effet, *Andr. in d. conft. Comitibus, in 1. Lectur. Petr. de Gregor. de vit. & milit. quæft. 7. Vincen. de Franch. d. decif. 61.* in primis numeris, quæ verba nullo pacto in naturali tantum verificari poterant, quia ab inteftato fuccedere minimè poterat, & maximè in vita, &
17 militia, quæ fucceffit loco legitimæ, vt poft omnes tenuerunt, *Fab. Anna, & Menoch. ille conf. 120. ifte in conf. 121. inter eiufdem Fabij conf.* licet quando morte extinguatur, fucceflerit loco alimentorum,
18 vt dixi in *add. ad 2. quæft. Petr. de Gregor. de vit. & milit.* & tamen
19 filio naturali legitimo non debetur fuper bonis patris, nec præteritus rumpit teftamentum, vt dixit *Micha. Craf. in §. legitima, quæf. 3. num. 1. & 2. Bald. conf. 479. nu. 4. in fin. lib. 4. Surd. de Aliment. tit. 7. quæft. 13. num. 2. per text. in l. 1. & ibi gloff. ff. de bon. poffeff. contra tab.* hinc eft quod fecundogenito
20 legitimo, ac naturali vita & militia debetur, quantumuis diues fit, & aliunde habeat, vt dixit *Andr. in d. confti. Comitibus, tam in prima, quàm in fecunda Lectur. Paris de Put. in loco allegato, num. 28. Tiraquell. de primog. quæft. 75. Surd. de Aliment. tit. 7. quæft. 15. num. 22. cum feq. Affl. decif. 138. num. 4. Menoch. conf. 411. num. 6. Minad. conf. 1. num. 67. Molin. de primog. lib. 2. c. 15. col. 1. D. Octaui. Bamba. in d. tit. 5. de feud. defunct. num. 203. in fin.* & ratio eft, quia illi fucceffio legitima competebat, quæ eft caufa finalis, & non egeftas, vt ex prædictis Doct. adnotaui ad *Petr. de Gregor. quæft. 4. de vit. & milit. litera C. Amplia. 3. vbi hoc ipfum determinat*, quod tamen non poteft procedere in naturali, qui fi habeat de fe alas, alimenta petere non poteft, quod fi fecus diceretur, plus iuris haberet naturalis patre poffidẽte bona feudalia, quam allodialia, quod abfurdum effet, cum de iure feudorum ipfe cognitus non fit. Vlterius facit quia idem iudicium debet effe de parte quoad partem, quod eft de toto quo ad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vẽdic.*
21 & ficut naturalis in totum excluditur

ditur à feudo, *d.§.naturales*, ita & à vita & militia quæ est pars,& onus feudi,*Pet.de Gregor.in d.tracta. q.3.Fab.de Anna conf.4.num.49. lib.1.Cannet.in d.c.si aliquem verb. & pariformiter,nu.4.fol. mihi 333.* vbi hanc opinionem ex pluribus defendit contra *Pet.de Greg.Frecc. de subfeud.lib.2. in 3.q.post 2. auth. Baronum,fol.389.*

22 Rursus vita, & militia non debetur à patruo nepoti legitimo,& naturali ex secundo genito secundum *Andr.in const.Comitibus in 2. Lectur.col.4.versic. Item numquid, & col.5.versic. Filio autem fratris, vbi dicit hoc verius, Affl.ibidem nu. 14.Ioan. Anton.de Nig.super capit. Regr.Neap.261.nu.9.Petr.de Gregor. de concessi.feud. par.7.quæst.8. num.9.versic.secundus casus est, in fin.& in tracta. de vit. & milit.q.2. .vers.contrarium tamen. Cannett.super cap. volentes,versic.sed pulchra. & notabilis est quæstio,num.4.cum seq.fol.mihi 91.*vbi hanc opinionē veram esse testatur,qui vltimus licet loquatur in dote de paragio quo ad neptem ex fratre, idem dicendum est in vita, & militia cum à pari procedant, & de vna ad aliam valeat argumentum,vt in ter

23 minis dixit *And.in d.const.Comitibus,in princ.D.de Pont.conf.79.nu. 7.*quidquid in nepote ex fratre præ

24 mortuo dixerit *And.* qui non ex persona propria,sed patris veniat; ergo à fortiori nec debetur nepoti naturali ex fratre.

25 Præterea faciebat arguendo de dote ad vitam, & militiam quod illis debetur dos de paragio, pro quibus Baro potest petere adiutorium à Vasallis, vt dixit *Andr.in const.Comitibus, & in const. quamplurium,quem refert Petr. de Grego. de dot.de parag.quæst.4.* At pro naturali filia maritanda non compe-

26 tit Baroni adiutorium,vt tradit *Iacob.de Sancto Grego.de feud.fol.27. versic.sed restat.Frec. de subfeud.lib. 2.in §.incip. Sæpe fuit interrogatus, num.21.fol.280.& melius eod.lib. §.incip.quærūt peritiores Regni,fol. 289.Cannett.in cap.si aliquem, in verb. ad illam quæstionem, fol.332. Vinc. de Anna Sing.12.incip. Adiutorium.*

Et demum prædicta confirmari videbantur,quia nō solum vita, & militia ex supradictis, sed nec alimenta competere videbantur nepoti per patruum; non enim te-

27 neri videtur ratione bonorum à patruo possessorum, cum non sint hereditaria,sed feudalia ex pacto, & prouidētia Principis cum clausula iuris Francorum, & iure primogenituræ, vt determinat *Molin.de primog.Hispan.li.2.d.cap.15. num.67.*qui licet loquatur in maioratu, tamen idem est in feudalibus,cum validum sit argumētum

28 de maioratu ad feuda, & è cōtra, *Ioan.Lup.in rub.de donat.inter vir. & vxor.§.69.nu.34.* quia sunt æquiparata, *Ceph.conf.251.nu.4.in 2.lib.Cannett.in c.si aliquem, verb. Et quia,fol.268.* & in Fideicōmisso contra nepotē pro patruo consuluit *Hipp.Rim. conf.777.vol.7.*

29 Nec tenetur iure sanguinis, & sic ex propria psona, quia patruus respectu filij Fratris dicitur extraneus,

neus, in tantum, quòd si alat vel dotet dicitur potius donare, *Laurent. de Pin. conf.* 108. *nu.* 5. & quod patruus nō teneatur alere nepotem, dixit *Siluan. in conf.* 33. *nu.* 12. vbi refert communem, & subdit ita iudicatum fuisse *Emanuel. Costa, Select. interpret. lib.* 2. *cap.* 20. *Marcabru. conf.* 110. *in princ.* & veram, & receptiorem esse dixit *Ioā. Grassi. de Expen. & melior. cap.* 3. *num.* 35. *Minad. conf.* 1. *sub num.* 65. *in fin. Surd. de Alimen. tit.* 1. *q.* 27. *nu.* 7. *Didac. à Sprin. in Specul. testament. gloss.* 19. *princip. tit. de maioratu, & eius fundatione, nu.* 27. *vbi alios alleg. VVesembec. conf.* 50. *nu.* 30. *lib.* 1. *quod est vltimum* 1. *vol. Marilia. decis.* 99. vbi ait, ab hoc in iudicando non esse recedendū. *Vinc. de Franch. decis.* 178. qui loquitur de patruo cōtra nepotem, *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 1. *d. c.* 15. *num.* 67. versic. sed quamuis, qui licet dicat cōtrarium fuisse iudicatum in quodam supremo Castellæ conuentu, tamen ipse decisionem illam improbat dicens ea non obstante non esse à communi recedendum; qui omnes ea potissimum ratione mouentur, quia nullo iure hoc cautum reperitur, & licet aliqui ex prædictis loquātur in dote, tamen idem dicendū videbatur in alimentis, nisi aliter iure cautum esset, *Euerard. in loco à dote ad alimenta. Rim. Iun. d. conf.* 777. *num.* 11. *lib.* 7. *Bursat. cōs.* 83. *num.* 15. *cum seq. vol.* 1. qui loquitur in feudalibus ex pacto, & prouidētia Principis, & refert ita fuisse determinatū, & hi duo vltimo loquuntur in patruo cum nepote naturali, & sic in terminis casus prædicti. Nec sententia aliàs lata in M.R.C. contra Marchionem Sābucæ erat alicuius momenti, quia ibi agebatur de patruo contra nepotem, & sic in casu satis diuerso; & dato quod aliquid simile in se haberet, exemplis non erat iudicandum, maximè contra sententiā in simili latam in Sacro Regio Cōsilio Neapolitano, de qua per *Vincen. de Franch. decis.* 178.

Et propterea Consistorium determinauit huic nepoti non cōpetere nedum vitam, & militiam, sed nec alimenta; & dictum fuit non obstare doctrinam *Petr. de Gregor.*
30 quia eius dictum nec lege, nec ratione fulciri videbatur, nec *gloss. in consti. Comitibus*, quam ipse adducit ad corroboratione eius dicti, illud firmat, sed tantum similem ad corroborandum adducit, & quod fuit iuridice emanata conformis dispositioni iuris communis, vnde dicit (& pōt probari ista constitutio per legem,) & adducit simile de filijs naturalibus exclusis à successione bonorum, vt quemadmodum ipsi repulsi à successione debeant à legitimis fratribus pasci arbitrio boni viri, ita & fratres secundogeniti exclusi à successione feudorum per primogenitum ab eo pasci debeant; nō enim aliquid dicit de fratre naturali, nec de filio, ex quo dicto non poterat inferri, quod naturali competat vita, & militia, sed potius quod sit exclusus: nam in feudo non ex eo sūt exclusi naturales, quia adsit le-

gitima

gitima soboles, sed quia sunt de iure insuccessibiles in bonis feudalibus; hinc est quod si pater decedat nulla legitima prole cuiuscunque gradus relicta, non succedit naturalis, sed feudum aperitur domino. Nec valet argumentum,
31 de vita & militia ad alimenta, in secundo argumento ex aduerso deductum, nisi tantū quo ad extinctionem, & non quo ad alia, cùm sint penitus diuersa, vt supra dixi, & ex multis concordando opiniones adnotaui ad *Petr. de Gregor. de vit. & milit. in d. quæst. 2. in verb. Alimentorum.*

Et postremo dicebatur, non obstare quòd iste nepos non fuerit exclusus culpa sua, sed defectu natalium, & quod vtique ei competere debuisset vita, & militia ad instar surdi, muti, vel Clerici aut aliàs incapacis, & imperfecti; nam talis ratio exclusionis
32 super quà est fundata constitutio Comitibus, & in aliquibus non poterat eadem considerari in filijs legitimis, & naturalibus incapacibus ex causa accidentali, prout in muto, surdo, vel dementi, aut monacho, siue clerico, sicut in filijs naturalibus tantum incapacibus ex ipsa natura ab instanti eorū cōceptionis, quia in eis ratio ipsa exclusionis non erat considerabilis, cum nullo tempore in successione includi poterant; nam priuatio præsupponit habitum, *l. decem, ff. de verbor. obligat.* vnde si numquam succedere poterant, ergo nec poterant dici exclusi: & cessante ratione, cessat legis dipositio, *c. cum cessante, de appellat.* &
33 maximè quia isti naturales repelluntur à successione in odium patris, & vitio eorum personæ, vt dixit *Cannet. super capit. si aliquem, verb. At pulchra, & nodosa, num. 42. fol. mihi 326.* quod non est in alijs filijs legitimis, & naturali-
34 bus, mutis, surdis, dementibus, vel aliàs imperfectis, quia ipsi vti filij ex forma inuestituræ sunt vocati, licet ex accidenti veniant excludendi, & neque eorum vitio, neque in odium patris excludantur, sed ratione seruitij personalis quod ipsi præstare non possint, cum in electione domini sit, si velit seruitium personale, vel per substitutum, vt determinat *Andr. in cap. 1. in fin. quis dicatur Dux,* post alios *D. Octaui. Bamba. in d. tit. si de feud. defun. num. 106. fol. mihi 72.* ad idem facit, quod muto, & surdo, vel clerico competit legitima, in cuius locū successit vita, & militia, vt dictum est, quod tamen non procedit in naturali, cui legitima non competit.

Sed quia in casu isto agebatur de filio naturali nobili Baronis Va-
35 sallotum mortui, cui honor seruandus esset, secundum *Anda. in c. 1. §. 1. col. 5. vers. honor quib. mod. feud. amittat.* & in honorē prioris Vasallagij alimēta debētur, *Andr.*
36 *Aluar. & Affl. in capit. 1. Episcop. vel Abb. & dicit Fab. de Monte in auth. nouissima, C. de inoffi. testam. num. 73.* quod licet de dignitati-
37 bus non debeatur legitima, tamē debentur alimenta, ne alij mendicare cogantur in opprobrium pater-

paternæ dignitatis, quæ ratio satis abundare videbatur in casu istius naturalis procreati etiam ex matre nobili, & decepta sub spe matrimonij, quo casu dicit *Bald. in l. eam quã, C. de Fideicom. & Cassan. in consuetu. Burgund. rub. 8. §. 3. fol. 1126. num. 14.* quod talis filia vl-
38 tra modum debet maritari, & dotari, & eo magis cũ Baro iste conuentus maximum senserit lucrum
39 ex morte fratris, vt in simili dixit *Andr. in constit. Comitibus, & Pet. de Grego. de concess. feud. par. 7. q. 8. num. 14. Vincen. de Franc. decis. 20. & faciunt dicta per Monter. in d. decis. Arago. 18. & Vincen. de Franch. decis. 178.* accedebat prędictis, maxima æquitas, quæ rigori iuris pręfertur eo magis in Consistorio, nã iste nepos cum nõ habeat vnde se alat, fame periret, quibus attentis determinauit Consistorium sibi præstari debere alimenta ad summam scutorum trecentorum quolibet anno eius vita durante à die sententiæ, quæ fuit lata die 7. Iulij 1602. & fuit per vtramque partem approbata. Sed quia postea fuit dubitatum quo tempore præstanda esset per Baronem prędicta summa vt supra taxata, & in hoc Doct. varia dixerint distinguentes inter alimenta, quæ debẽtur ex dispositione legis, & ea quæ relinquuntur à testatore, & licet regulariter præstãda sint singulo men-
40 se, *ad text. in l. si. ff. de lib. agnos. & l. pecunia, in fin. ff. de alimen. & cibar. legat. vbi Bar. & cæteri, quos cumulat Surd. de alimen. titu. 4. quæst. 17. num. 1. & 2.* communis tamen opinio est, quod relinquatur arbitrio
41 Iudicis, attenta qualitate fructuũ qui percipiuntur ex bonis, & sic vt debeantur singulo anno, vel singulo trimestre, aut quadrimestre, vt dixit *Molin. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 15. num. 73. Bero. in cap. Raynutius, num. 221. de testam. Cordub. in l. si quis à liberis, §. non tantum, nu. 22. ff. de lib. agnosc. Neapod. in consuetu. Verum si aliquis, num. 48. fol. mihi 223.* quam opinionem seruari in illo senatu refert *Surd. in præalleg. loco num. 2. & 3.* & in termi-
42 nis vitæ, & militiæ idem dixi in *ad dit. ad Petr. de Grego. in tract. de vit. & milit. q. 5. litera A.* itemque *addentes ad Consuet. Neapol. in d. loco litera A.* vbi aiunt sic fuisse aliàs iudicatum, & ideo quia redditus feudorum istius Baronis exigebãtur de tertio in tertium, indicauimus solutionem prædictorum alimentorum fieri debere quolibet quadrimestre, & anticipatim, *ad tex. in l. habitationem, & l. generari, ff. de vsufr. lega. & post alios Surd. in loco iam allegato, num. 6.* die 20. Septembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in generali dispositione nõ veniunt. Limita num. 3. stante licentia alienandi. Limita numero 6. & 10.*

2 *Text. in cap. in generali, declaratur, & num. 5.*

4 *Feuda in Regno Franciæ possunt alienari.*

7 *Bona feudalia comprehenduntur in vni-*

vniuersali hæredis institutione, idem in generali renuntiatione, num.8.

9 *Text. in cap. in generali non procedit in feudo hæreditario.*

11 *Baro miles potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere. Intellige num.12. & 13. & 14.*

15 *Ius accrescendi quando competat hæredi vniuersali.*

16 *Ius accrescendi vt competat, quæ requirantur.*

ARGVMENTVM.

Bona feudalia an comprehendantur in vniuersali hæredis institutione.

DECISIO LXXXVI.

1 Feuda in generali Vasalli dispositione nõ veniunt nisi nominatim dictũ sit, *ad text. in cap.1.§.in generali, si de feud. defunct. conten.* qui text. licet loquatur

2 de generali alienatione, tamen procedit in quacumque alia dispositione, vt dixit *Ias. in cons.6. col. fin. vol.3. & cons.224. vol.2. & cõs. 152. vol.4. Tiraquell. de retract.§.1. glos.3. Cannett. in c. volentes, verb. Colligitur, fol. mihi 21.* quæ conclusio, etsi verissima sit, habet tamen suas limitationes; & primo non procedit quando bona feudalia

3 alienari possent absque consensu domini, & alienans in pœnam nõ incideret, vt est in Regno stante dispositione *cap. volentes*, secundum *Bal. & Præpos. in d.§. in generali, Andr. in cap.1. de cap. qui cur. vendi. Cuman. cons. vlt. nu.3. Menoch. cons. 16. num.16. Bursat. cõs. 31. num.18. Lopez in capit. per vestras, §. 38. num. 2. de donat. inter vir. & vxor. Schrad. de feud.3. cap. 4. num.43. & par.9. cap.9. num.17. Surd. cons.357. sub num. 28. ad fin. lib.3. & optimè Ioan. Fab. instit. in rub. de rer. diuis.* vbi ait quod in Regno Franciæ feuda possunt aliena-

4 ri, & ideo veniunt in generali obligatione, & sequitur *Ioan. Aloys. de Sept. super d. cap. volentes;* tamen quidquid dicant prædicti Doctor. ratio illius text. non est fun-

5 data in potestate, sed in voluntate, ex illis verbis *(nisi nominatim dictum sit,)* & in contextu *cap. 1. de Cap. qui cur. vendi. ibi, (nisi expressè de eo actum sit,)* & ideo concedunt, quod si nominatim de feudis actum fuisset, in alienatione cõprehenderentur, & consequenter falsam esse rationem prædictam acerrimè defendit *Ioan. Ant. Cannett. in d. cap. volentes, versi. colligitur etiam, fol. mihi 20.* & post hæc scripta inueni idem affirmantem multa alia de nouo doctissimè adducendo more suo *D. Octa. Bamb. in repe. d. c. q.1. nu.16. fol. mihi 209. & q.9. per totam.*

Secundo limitatur non proce-

6 dere in vniuersali bonorum dispositione, *Dec. cõs.389. nu.11. & consil.61. num.1. in fine. Surd. post multos consil. 1. nume.33. & consil.73. Natta consil.159. nume.24. Gabr. de reg. iur. cõclus.12. nu.36. Anna sing. 328. Mozz. de feud. tit. de nat. feud. nu.72. Sola super consuet. Subaudi. tit. de*

tit. de feud.p.2.glo.1.nu.6.& magis communem,& veriorem esse opinionem dixit post multos alios *D. Octau.Bamba in loco praeallegato sub nu.40.in medio maximè in vltimis volũtatibus.Gabr. vbi supra nu. 35. & 41.* & in institutione hæredis
7 vniuersalis bona feudalia comprehendi tradunt *Ruyn.cons.72.nu.5. & seq. vol.5. Marcabrun. cons.26. num.375.& seq.latè Menoch.cons. 129.per totum*,& in generali renũ-
8 tiatione dixit idem *Menoch.in consil.405.num.68. vol.5. Schrader.de feud.part.7.cap.2.num.72.*

Tertio limitatur dispositio *d.§.*
9 *in generali* non procedere in feudo hæreditario, quia de huiusmodi feudo iudicatur vti de allodialibus, *Natt.d. cons.159.num.24.Menoch.inter cons.Fab.de Anna in cõs. 121.num.24.vol.2. Vinc.de Ann. in repe.cõst.diuæ memoriæ,nu.172. Minad.in const.in aliquibus,notab. 8.num.9.*

Quarto limitatur non procedere quando ex mente contrahentiũ per æquipollentia verba enuntia-
10 ta, detegi poterit voluisse etiã de re feudali cõtrahere,siue disponere, eo enim casu feudalia comprehenduntur,ita *Camerar.in c. Imperialem,col.1.vers.idemq.putarẽ,fol. 71.& col.3.vers.13.cõclus.fol.59. de prohib.feud.alien.per Fed. Bal. in §.hoc quod nos,nu.12.vers.Inuestituram de pac.constan. And.in c.1.nu. 8. versic.sed concedere emptori qui successi.teneã.& in c.1.col.2.de Cap. qui cur. vendi.addit.ad And. in d.§. in generali, Rom.cons.271.num.4.*

Ex prædictis limitationibus Cõsistorium in causa Don Michaelis de Grauina contra Ioan. Vincẽtiũ de Magri determinauit dominiũ certæ partis feudi Serraualli fuisse illius Desiatæ hæredis vniuersalis in bonis omnibus mobilibus, stabilibus,& burgensaticis,& quibuscumq; alijs bonis Ioannis Thomæ Guerrerio, & sic fuisse sufficienter probatum ad reuendicandum dictam partem feudi à posse Vincentij Magri, & maximè quia in testamento prædicto non erat datus alius cohæres vniuersalis,& ideo esto quod de feudalibus testator non disposuisset, imo & (exceptis feudalibus) dixisset,tamẽ feudalia omnino cõprehendi debebant causa absurdi euitandi, ne scilicet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videatur,*ad text. in l.Ius nostrũ, ff. de regul.Iur.Cagnol.in l.vnica,nu.30. C. quand. non peten.part.*

Nec obstabat ꝙ ille testator duplex habebat patrimoniũ,& tãquã
11 Baro erat miles,& consequẽter poterat pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere,*ad text. in l. si certarũ,ff.de testã.milit.*nã respondebatur quod in casu isto non pro
12 cedebat *text.in d.l.si certarum, sed text.in l.ex facto,ff.de hæredibus insti.* sic licet testamentũ vnicã continere institutionem, & vnicum dici testantis patrimoniũ: nã dato ꝙ Barones milites dicerẽtur, attamẽ quemadmodũ,& milites quãdo testantur à regulis cõmunibus non excluduntur, si ipsi iura cõmunia in eorũ testamentis obseruẽt, vt aiunt *Doctor.in l. Centurio,ff. de*

S vul-

vulga. & pupilla. & in l. 1. ff. de testam. milit. Cagnol. in d. l. Ius nostrũ, ff. de reg. Iur. Clar. in §. testamentũ, quaest. 15. & 16. Craf. in §. testamentum, quaest. 9. Mantic. de Coniect. lib. 6. tit. 1. num. 25. Magdale. de num. test. in testam. requis. part. 1. cap. 18. num. 47. ita etiam nec Baro
13 nes, dato quod milites appellarentur, priuilegio militum gaudere dicũtur, & tamen in casu isto ille de Guerrerio solẽniter voluit testari, & sic cessare videbantur dicta de priuilegio militum in testãdo. Praeterea sicut milites huius-
14 modi praerogatiua non gaudent, nisi quando in castris degunt, ita etiam & Barones, *Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. 1. num. 6. Vincent. de Franch. decis. 4. num. 7.* & in terminis casus praedicti *Bolognett. conf. 7. num. 105. & in l. Centurio, num. 27. ff. de vulga. & pupilla. Rim. Iun. in §. fin. num. 63. Instit. de testam. Menoch. conf. 408. num. 16. vol. 5.*

Rursus nec obstabat id quod ex parte dicti de Magri cõuenti dicebatur, quod ipsi tanquam haeredi particulari in feudo Lamiae competebat dicta octaua pars feudi iure accrescendi ob mortem illius Ioannis Vincentij Guerrerij legatarij in dicta octaua parte feudi; nam respondebatur quod ex quo institutio particularis in personam dicti de Guerrerio fuerat caducata, quia praemortuus fuerat testatori, praedicta octaua pars feudi accreuerat Desiatę haeredi vni-
15 uersali, *ad text. in l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollend. & in l. re coniuncti, ff. de legat. 3.* non dato coniuncto in illa institutione particulari, *Bolognett. in d. l. re coniuncti, nu. 48. Bart. in l. quoties, §. si duo, ff. de haeredib. institut. Gomez. de Iur. accrescen. num. 29. Craf. dicta q. 16. nu. 11.* & tunc ratione euitandi absurdi censetur instituta Desiata. *l. 1. §. si ex fundo, ff. de haeredib. institu. Bolognett. d. consil. 7. nu. 105.* vbi testator in codicillis feudum excluserat à testamento, & tamen quia codicillum erat nullum, feudum accreuisse haeredi vniuersali in bonis allodialibus determinat, quod de plano procedebat in casu isto in quo feudum erat haereditarium, & stante dispositione *cap. volentes*, poterat in extraneas personas alienari.

Item ex alio nõ poterat ius istud
16 accrescendi competere dicto de Magri, quia in eo penitus cessabãt requisita, de quibus per *Doctor. in d. l. re coniuncti, ff. de leg. 3.* nõ enim erat coniunctus re, neque verbis, fuerat enim d. Ioannes Vincentius Guerreri in testamento particulariter institutus in dicta parte feudi Serrauallis, in quo testamento fuerat relicta haeres vniuersalis Desiata; & iste de Magri conuentus fuerat in codicillo per plures annos post facto legatarius in feudo Lamiae, & sic nec verbis nec re dicebatur coniunctus, & dato quod fuisset verbis coniunctus, vt cesset ius accrescendi, sufficit quod adsit omnimoda distinctio realis vt erat in casu isto, quia feudum Lamiae nil habebat coniunctionis cũ d. parte feudi Serrauallis, *Vasq. de tac. subst. lib. 3. §. 23. num. 58. vers. deniq.*

deniq; in secundo vol. fol. mihi 148. *Mantic. de Coniectur. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 7. Ex quibus facto prius verbo Eccellentiss. Proregi, me referente, fuit conuentus condẽnatus ad restituendum d. partem feudi de anno 1604. & sic exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in Regno Siciliæ alienari potest absque licentia Regis soluta decima de pretio venditionis, & num.* 17.

2 *Emptor feudi tenetur soluere decimã. ratio nu.* 3. *&* 9. *Contra num.* 10.

4 *Decimæ solutio est onus feudi.*

5 *Emptor feudi tenetur præstare heumagium.*

6 *Decima debetur in recognitionem dominij.*

7 *Emphyteuta nouus tenetur soluere quinquagesimam. Item, & laudimium, num.* 8.

11 *Laudimium debetur à Vasallo, qui feudum vendit.*

12 *Venditor tenetur prestare omnes cautelas emptori.*

13 *Decima est onus consensus, & non alienationis.*

14 *Gabella est onus obligationis, & nõ traditionis.*

15 *Venditor tenetur obtinere cõsensum.*

16 *Venditor consequitur pretium deducta decima, si Rex eligat emere, & num.* 18.

19 *Prælatio ab emptore peti debet.*

20 *Decima decimæ fisco non debetur. Intellige in venditione perpetua, secus cum pacto retrouendendi, numero* 22.

21 *Gabella gabellæ non debetur.*

23 *Consuetudo in solutione gabellæ inspicitur, & num.* 25. *Amplia num.* 24.

26 *Gabella in dubio non debetur.*

27 *Decima secundum aliquos debetur per vtramque partem.*

ARGVMENTVM.

Decima debita Regiæ Curiæ ex cap. volentes, pro alienatione feudi, an solui debeat per emptorem, vel per venditorem.

DECISIO LXXXVII.



1 Omites, Barones, & feudatarij in hoc Regno Siciliæ sine permissione, & licentia Regia feudum suum integrum pignorare, vendere, donare, permutare, & in vltimis voluntatibus relinquere possunt, dũmodo de pecunia, seu pretio vẽditionis ipsius integra decima Regio fisco soluatur, vt latius habetur ex *Const. Feder. Regis incip. volentes*, & cum in eo non aperiatur à quo decima ipsa persolui debeat, maxima fuit inter nostrates controuersia, an id ad emptorem pertineat? vel venditorem? inter quos *Petr. de Gregor. in tract. de conceff. feud. par.* 8. *quæst.* 16. *versic. quintum ius reseruatum, tit. de iure decimæ, nu.* 25. *& ante eum Blasc. Lance. in d. cap. volentes, in versic. sed quis debet soluere, quem sequuti sunt ibidem Cannet. verb. sed præstat quærere, in fin. fol. mihi* 197. *Ioan. Aloys. de Sept. Aut*

Montal. Anton. Siracus. Fider: Campixa. & Gughel. Bonincont. in eorũ apostillis. Cumi. in cap. si aliquem, in verb. antiquis, num. 241. tenuerunt
2 emptorem feudi, non venditorem ad illud teneri, dicẽtes hãc esse verissimam opinionem, moti per *tex. in l. debet, ff. de ædilit. edict.* vbi habetur, quod si per statutum de contractibus emptionis imponeretur aliqua gabella, & non exprimitur quis eã soluere tenetur, emptor ne, aut venditor, determinat ibi *text.* quod emptor eam soluere tenetur, per quem *tex.* ita respondet *Bald. in rub. C. de reb. credi. q. 3. & in l. si prædium. num. 6. C. de ædil. act. Ias. in l. 3. nu. 41. q. 1. C. de iur. emph. Bertach. de Gabel. in septim. parte princip. in princip. Alexand. cons. 51. nu. 4. vol. 3. Soc. cons. 247. col. 2. versic. aliquando, & 3. lib. 2. Ceph. cons. 488. num. 34. vol.*
3 4. vbi ea mouetur ratione, quia emptor rem acquirit, & fructus percipit, licet venditor pretij com
4 modũ sentiat, & dicitur onus feudi, & feudum ad emptorem trãsit, *ad text. in l. si debitor, vbi gloss. C. de distr. pignor. idem Ceph. cons. 58. nu. 33. vol. 1.* & maximè quia emptor
5 tenetur præstare heumagium, & fidelitatem, & decima soluitur in
6 recognitionem dominij, vt habetur in *d. cap. volentes,* & emptor recognoscit, ergo ipse ad decimam tenetur, vt dixit idem *Cannett. in d. cap. volentes, nu. 9. fol. 189. Rom. Sing. 588. Ioan. de Plat. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 10. Iul. Ferret. de Gabell. nu. 263. Siluan. cons. 8. num. 9. lib. 1.* & in materia emphyteusis *Ias. loco præcita.* qui dixit quinquagesimam partẽ pretij, vel æstimationis rei dominium
7 à nouo emphyteuta, & sic ab emptore recipere debere, *ex glo. ibi in verb. accipere,* quam singularẽ appellat atque obseruari tradit, eandemque opinionem ibidem tenuerunt *Bald. Salicet. & alij,* & hæc cõclusio nedum procedit in quinquagesima, quæ ratione rei emphyteuticæ præstatur, sed etiam
8 in laudimio, quod ex rei feudalis alienatione domino directo debetur, *Gozad. consil. 65. numero secundo, & 6. versicul. non obstant contraria. Soc. in consil. 70. numero 8. libro secundo. Boer. in consuetud. Butric. titu. de consuetu. feud. §. 3. gloss. 1. post principium. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 23. in verb. vlterius quæro. Amad. à Pont. in quæst. laudimia. quæst. 9. Solson. in simil. tract. in quinto prælud. vbi dicit prædictam gloss. in d. l. fin. omnes sequi, Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. de laudim. §. & ad solutionem, Bursat. cons. 56. num. 16. lib. 1.* qui ait, quòd regulariter de iure communi emptor, vel acquirens tenetur soluere laudimia, gabellas, decimam, ac similia onera, & in feudis, eo maximè quia persol-
9 uitur ob inuestituram, & possessionem, quæ in nouos emphyteutas, & vasallos transfertur, ibique adducit quãplures *Doct. Perus. decis. 113. in fin. p. 2.* & post multos idẽ dixerũt in laudimio *Rim. Iun. cons. 39. n. 9. Menoch. cõs. 444. nu. 16. Peregrin. de iur. fisc. li. 6. tit. 4. n. 48. & nouissimè D. meus Maur. Burg. in suo copio-*

copiosissimo tract.de laudim.p.1.Inspect.3.num.1.cum seq.

Sed cõtrariam opinionẽ quòd imo decima debeatur à vẽditore,
10 & non ab emptore, amplexi sunt *Guliel.de Pern.in d.cap.volentes,in verb.fisco nostro, & in verb.notitiam, & ibidem Iacob. Chircus in verb. Decima, Bongiorn. in eodem verb.Decima,in 1. Lectura, vbi ait ita consuluisse pro fisco contra locũtenentẽ,& in 2.Lectur. in verb.elegerimus,qui latè insistit, testans denique sic obtinuisse, Hieronym. Fimia in ver.de pecunia, Blas.de Sãcto Angel.& Ant.Bonaiut. in eorum apostillis ibidem, Andr.in cap.Imperialem,§.illud quoque, n.63.de prohib. feud.alien.per Fed.*vbi ait quòd lau
11 dimiũ siue tertiaria, quod idẽ est, debetur à vasallo,qui feudum vẽdit, *Affl.ibidem nu.14.vers.Itẽ præmitte, Capell.Tholos.q.452.& ibi Aufre.Paris de Put.in tract. de reinteg.feud.c.137.in ca.incip.*An quando si concessa est res particularis, *num.3.fol.mihi 85.& in c.141.incip.quoniam vero,n.2.& 5.fol.86. Loffred.in paraph.feudal.super d.c. Imperialem s ver.Item is qui,fol.55. D.Maur. Burg.in d.tract. de Laudi.part.1.Inspe.3.nu.3.subdens post Pari.de Put.in d. c. 141.* rationem esse,quia assensus qui præstari debet per fiscum pro feudi alienatione est cautela emptoris, cui vendi
12 tor omnes cautelas præstare tenetur, *ad tex. in l. Titius hæres,ff.de act. empt.* & decima est onus con-
13 sequntiuum consensus à Rege vẽditori præstiti, nõ alienationis feudi à venditore emptori factæ, vt
14 de gabella, quòd sit onus obligationis, non traditionis rei, tradit *Bald. in l.1. num.3.C.de contrahen. empt.& in l.1.C.vbi conue.qui cert. loc. Soc. sen. cons.257. col.2. verb. tertio quoniam,lib.2.*vbi quamplura exempla ad hoc adduxit. Et faciebat alia ratio, quòd sicut ven-
15 ditor tenetur obtinere cõsensum, ita & ipse teneatur soluere decimam,secundum *Andr.& Loffred. in locis prealleg.* Accedebat prædictis summa ratio qua mouetur *Bõgiorn. in loco præalleg.* desumpta ex eodem *cap.volentes*,dum ibi habetur, (*quod casu quo Rex eligit emere,& præferri pro eodem pretio, debet illicò solui pretium, deducta tamen decima,*) quamuis hæc verba non sint in *d. cap.volentes*,expressa; Infert ex eo ipse, quod quando Rex eligit præferri,non consequi-
16 tur venditor à curia pretium integrum, sed decimam partem minus, & quia verbum deducta denotat quasi defalcetur de ipsa substantia pretij.

Sed Consistoriũ secundum primam opinionem iudicauit pro Cęsare de Cannitio cõtra Dorotheã Mole confirmando sententiam primo loco latam per Tribunal Regij Patrimonij, secundum quã fuit etiam iudicatum pro Don Cæsare Lancea contra Fiscum; Item pro Comite Nasi, & demum pro Illustris. Duce Terrænouæ contra eundem Fiscum;nec obstabant in contrarium adducta, quia vltra quòd hæc opinio est magis communis, & in iudicando recepta, vt supradictum est, nihilominus

minus adducta ex aduerso minimè procedere poterant in Regno stante dispositione *cap. volentes*,
17 per quod habemus expressum cōsensum Regis assentientis alienationi, in tantum quod decima nō debetur ex ipso consensu, sed ex recognitione noui emptoris, vt supra ostensum fuit ex cōmuni *Doct.* cōclusione; Minus obstant illa verba *cap. volentes, à Bongior. ponderata*, nam ex his nulla potest fieri illatio, quare potius vēditori hoc ius competat, quam emptori, quo
18 niam cum facta venditione ius decimæ statim Curiæ acquiratur, iustum erat, vt ipsa petendo prælationem de pretio quod exbursare tenetur, potius debuisset retinere decimam quam totū pretium exbursare, & decimam exinde petere ab emptore; nam cui damus actionem, multo magis retentionē, iurib. vulgat. Rursus, ex eadem parte *cap.* colligitur ad emptorem tale ius decimæ competere, nam quando Curia redimere vult, cum non sit iuris controuersi prælatio-
19 nem, ipsam ab emptore petendam esse, ideoque ipsi pretium soluendum esse, ideoque *cap.* nouissimū dum disponit à Curia debere solui pretium deducta decima, intelligi omnino debet vt emptor decimam soluere debeat, cui ratione prælationis restituendum est pretium, & ab eo prælatio petenda.

Et ex præcedenti conclusione sic firmata patet decisio alterius articuli pluries discussi in Tribunali Regij Patrimonij, quod ex quo decima, vt dictum est, debetur per
20 emptorem, non competit Regio Fisco decima decimæ, etiam quod ipse emptor eam sibi accollauerit soluere, nam ipse agit id, ad quod de iure tenetur, & esset soluere ga-
21 bellam gabellæ, quod nulla lege cauetur, neque etiam in *cap. volentes*; hinc inoleuit praxis in Regno, quòd numquam tale ius solutum fuerit in venditionibus, quæ per-
22 petuo fiunt, secus in venditionibus cum pacto de retrouendendo celebratis, secundum *Petr. de Gregor. in loco præallegat. num.* 14. quod non alia ratione obseruantia ita introductum censetur, quia in venditione cum pacto de retrouēdendo, ea obligatio decimæ, quæ fit per emptorem, verè dicitur pars pretij, nam in redemptione venditor exinde tenetur tale ius vnà cum toto pretio principali venditionis ipsi emptori soluere, quæ quidem ratio penitus cessat in perpetuis venditionibus, quibus talis consideratio minimè conuenire potest, vt de se patet: & inter casus, pro quibus soluitur decima
23 per antiquos dictæ decimæ exactores, reperitur quædam apostilla in qua dicitur; *Nota quod tunc soluitur decima decimę accollatæ per emptorem, quando feudalis res venditur cum pacto de retrouendendo, & emptor vltra pretium principale sibi accollat decimam soluere sibi competentem*, & ita expresse declarat, & intelligit *Petr. de Greg.* in proximè relato loco; & maximè quod cum prædicta antiqua obseruan-
24 tia concurrit res iudicata, vt infra dicam *ad text. in l. cum consuetudine*,

ne, ff. de leg. *Decian. post alios conf. 124. num. 25. vol. 3.* etiam contra fiscum vel rempublicam, *Bertazo. conf. 466. num. 20. & 21. vbi alios allegat lib. 2.* & in iure clarum est quod in vectigalibus exigẽdis stá
25 dum est consuetudini, & obseruantiæ, ad latè tradita per *Rol. in conf. 79. num. 80. cum seq. lib. 3. Bertaz. d. conf. 466. nu. 11.* & sufficit allegare quòd nunquam fuit vsitatum solui decimam decimæ, secũdum eundem *Bertaz. in conf. 193. in addit. in verb. Consuetudo, vbi allegat Bursat. conf. 138. num. 45. Siluan. conf. 57. num. 9.* & in dubio iudicandum est gabellam non debe
26 ri, vt per multa scripsit *Ludouic. conclus. 15. per totam,* & ita fuit iudicatũ in prędictis causis pro Don. Cæsare Lancea, pro Comite Nasi, & pro Duce Terranouæ, quod nõ molestentur pro tali iure.

Non omittam dicere quod ali
27 quando decima fuit soluta per vtramq; partẽ, *ad not. per Cepol. in d. l. debet, in 2. notab.* sed re vera onus hoc spectat ad emptorem, ex prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non potest retinere rem sibi adiudicatam pro alio debito, ratio num. 2. & 6. Contra num. 5. & 7.*

3 *Debitum illiquidum est, si pro eo competit dilatio.*

4 *Retentio non competit pro debito illiquido.*

8 *Creditor potest rem adiudicatam retinere, si decretum sit nullum.*

ARGVMENTVM.

Creditor cui fuit res adiudicata, an possit eam retinere pro alio debito; si factum fuit depositum per debitorem infra terminum ad redimendũ de pretio pro quo processit executio.

DECISIO LXXXVIII.



On semel in supremis his tribunalibus fuit dubitatum si creditor, qui sibi rem adiudicauit pro vno debito, possit eandem rem pro alio debito retinere, facta solutione debiti, pro quo processerat adiudicatio? ne-
1 gatiuam enim opinionem tenuerunt *Bal. in authent. ei qui iurat, nu. 18. versic. sed tunc, & ibi Salicet. num. 16. quæst. 12. C. de bon. authorit. Iudic. possid. Aret. in l. si aliquã rem, ff. de acqu. poss. Crauett. in cõs. 171. num. 17. Melchior Palaez. de Maiora. par. 3. quæst. 24. nu. 2. tom. 10. part. 1. tractat.* qui omnes tradũt, quod pro eo credito pro quò non est immissus, non potest creditor vti retentione, & in terminis allegari solet *Milan. decis. 12. nu. 124. par. 2.* quæ conclusio confir-
2 mari videbatur, quia pro alijs debitis competeret quindena data per Ritum, ne indefensus adstringatur ad soluendum id, quod ipse prętendit non debere, & arctetur ad faciendum processum ordinarium, dum infra quindenam

possit sua iura proponere, & causam oppositoriam formare, & quoties datur dilatio pro debito dici-
3 tur tale debitum illiquidum, vt dixit *Ang.in cons.*121.& pro debito
4 illiquido non competit retentio, *Fan.de pignor.memb.*1.*par.*5.*num.*37.*versi.ex quo etiam.Surd.decisio.*184.*num.*12.*in fi.Anna alleg.*186.*num.*17.
5 Contrarium tamen dixit *Deci.in cons.*449.*nu.*23.cuius authoritate fretus Senatus Pedemontanus non ausus fuit opinionem *Crauett.* *affirmare in decis.*34.*numero* 17.*ibi,* (*quod ego affirmare non auderem*) *& subdit, quod dicta Salic. & Crauet.aduersantur Bart.in l.*3.*§.fi.ff.de acqui.poss.ad idem Bald.sibi contrarius in l.*1.*circa fin. C.etiam ob chirograph.pecu.& ibi glo.fin.& Salicet. in* 9.*quæst.Bertach.in verb.Creditor recipiens,nu.*49.*Mandel.cons.*220.*vol.*2.*vbi additio allegat Capic.decis.*119.*& dec.*11.*Achil.Person.in tract.de adipiscen.posses. nume.*320. qui, si bene aduertatur, inclinauit in hanc eandem opinionem, *Fan. de pignor.in* 3.*memb.*5.*part. nu.*48.
6 vbi subdit, quod ratio qua mouentur Doc.ex aduerso allegati, quod retentio non competat, est, quia creditor versatur in dolo (debito sibi soluto) non restituendo rem, stante, quòd pro alio debito debitori competit quindena, & multa alia remedia; & tamen non minori dolo notari deberet debitor repetens pignus prætorium, & iudiciale, & nolens soluere aliud debitum quod debet; Consistorium habuit pro veriori secundam opinionem affirmatiuam in puncto iuris, sed quia in practica diuersimodè recepta apparebat, ideo in causa Lucæ de Iuliana, & aliàs in causa D.Hieronymæ Tappia facta longa di-
7 scussione determinauit, quòd retentio competat vbi pro alio credito fuisset data quindena debitori pro debito, pro quo prætenderetur retentio, secundum *Deci. in d. cons.*449.*nu.*23. *& Surd. decis.*46. *nu.*10. *& seq.* & similiter pro debito liquido & vero, aduersus quod nil per debitorem excipi posset; & est verissima conclusio, communiter approbata. Nam *Milan.in d. decis.*12.ex aduerso allegatus non firmat prædictam opinionem, sed ait secundum aliquos non teneri debitorem offerre debitum, pro quo non processit adiudicatio, & *Pedem.& Achil.Personal.* quos ipse allegat, dicunt contrarium, vt supra dixi *num.*5.*imo in num.*125. *idem Milan.refert Dec. & Fan.contrarium tenentes.*

Prædicta omnia tanto fortius
8 procederent, quando creditor vellet retinere prędium nulliter adiudicatum pro eo debito, pro quo est immissus; nam facta declaratione nullitatis rectè poterit retinere, *ad tex.in l.si non sortem, §.si centum,ff.de cond. indeb. latè Surd.decis.*47. & fuit iudicatum in Consistorio pro D.Diana Barresio, & in pluribus aliis causis.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio debet pcedere ĩ distractione faciẽda in iudicio hypothecario.*

Adiu-

2 *Adiudicatio est nulla non præcedente æstimatione.*
Limita stante pacto, ad discursum, num.3.
4 *Adiudicatio quæ fit uigore sententiæ non interponitur cum pacto ad discursum.*
Secùs in iudicio hypothecario, nu.5.
6 *Conclusionis forma in iudicio hypothecario, quid in Regno, nu.7.*
8 *Sententia si declarat bona hypothecata, in consequentiam vult bona vendi ad discursum.*
9 *Sententia declaratur iuxta libellum.*
10 *Pactum ad discursum est in rem scriptum, & procedit contra tertium.*
11 *Ius agendi ad petendum beuuagium transit in singularem successorem.*
12 *Res transit cum sua causa.*
13 *Exceptio cōpetens contra principalē admittitur contra successorem.*
14 *Sententia regulatur iuxta naturam obligationis, pro qua fuit lata.*
15 *Pactum, ad discursum, reuiuiscit lata sententia super executione principali.*
16 *Nouatio non fit per sententiam.*

ARGVMENTVM.

Pactum, Ad discursum, an admittatur contra tertium vigore sententiæ in iudicio hypothecario stante pacto adiecto in contractu.

DECISIO LXXXIX.



1 Vando fit exequutio vigore sententiæ latæ in iudicio hypothecario debet præcedere æstimatio bonorum antequam de ueniatur ad eius distractionem, ex forma Ritus 112. vbi *Cumi. ordine suo c.18.nu.166. cum seq. super illis verbis (pretium condecens)* adeo, quòd si ea non interueniat, dicitur
2 nulla adiudicatio, secundum *Affl. decis.358. sub nu.5. vers. quarta ratio. Sur. cons.256. vol.2. & dixi in de*
3 *cis.73. nu.24.* est verū, q̄ si extaret pactum ad discursum, non requiritur æstimatio, vt not. idem *Cumi. in loco præalle. nu.*178. & licet regu
4 lariter qñ adiudicatio procederet vigore sñiæ non possit fieri ad discursum, tñ hoc locū non haberet,
5 qñ sñia lata esset in iudicio hypothecario, ĩ quo quāuis de iure per actorē concludi soleat cōuentum cogi ad tradēdum possessionē, vel ad dimittendum ipsi actori iure pi
6 gnoris, donec de debito & expēsis fuerit satisfactū, *ad not. per Neguf. in trac. de pign.3. mē.8. p. sub nu.24. et ante eū Bar. in l. rē alienā, ff. de pig. actio.* Consuetudine tñ seruatur in
7 hoc regno, q̄ concluditur, quod bona declarentur hypothecata, quo declarato vēdantur, & distrahantur ad discursum, vt de pretio &c. & optimus modus est ille quē seruat consuetudo, vt dixit *Neguf. in præallega. loco*, immo sufficit, q̄ in sententia dicatur tantum *(de-*
8 *clarentur hypothecata.)* quia in necessariam consequentiam per iudices dicitur declaratum, quod bona vendantur ad discursum, & de pretio &c. *Salic. in l. ordo, nu.2. in fi. C. de re iud. Crauet. cons.79. nu.4. Soc. sen. cons.57. col. pen. post prin. versic. ad secundum, & consil.134. num.*

num.3.lib.1.Osasc.decis.64.num.3.
9 & interpretatur iuxta libellum,& conclusionem ipsius *ad tex. in c.licet. de simon.Bald.in l.1.num.11.C. si plur.vn.senten.condem. Menoch. conf.110.num.4.& seq.vol.2. Crauet.conf.188.num.1. Anchar.q.21. sub num.10.& seq.p.2.*confirman-
10 tur prædicta, quia pactum ad discursum,adiectum in contractu,vigore cuius processit sententia, dicitur in rē scriptum, & propterea poterit cōtra tertium exerceri, vt notanter dixit *Neg. in præall.loco. num.12. Maran.p.6.tit. de cita.nu. 38.Surd.conf.173.num.28.Vinc.de Franch. decis.389.num.4. Rip. in l. 1.§.si hæres,num.9.ff.ad Trebell.v-*
11 *bi in nu.seq.refert,*quòd ius agendi contra Vasallum ad præstandum heumagium transit in singularem successorem, quasi in rem scriptū, quia tunc possessor conuenitur ad finē vt bona vendantur, & sic venditio fiat iuxta formam pacti.
12 Item quia dictū pactum ad discursum, est quędam qualitas insita rei,& transit cum ipsa re quocū que vadat,ex quo res semper transit cum sua causa,*arg.l.pignoris, ff. de pign.l.si conuenerit vt nouem, §. si fundus,ff.de pigno.act.Surd.decis. 310.nu.6.* idemque dicitur de ex-
13 ceptionibus cohęrentibus rei,quę sicut dantur contra principalem, ita &contra singularem successorem,*l.fin.ff.de excep.rei iud. Alex. conf.54.in fi.lib.2.* & sententia re-
14 gulatur, & intelligitur secundum naturam obligationis, vigore cuius fuit lata,secundum *Bal.in l.fin. in fi.C.com.diuid.Cuma.in l.Paulus, la 2.num.2.& in l.miles,§.Regē,per illum tex.de re iudic. & Ias. ibidem in princ.*dicens dictum text.esse notabilem; & secundū prædicta fuit conclusum in Consistorio in causa Ioannis Maiorana contra Hieronymum Morso de mense Maij 1599.licet decretum fuerit nullū declaratum ex quo fuerat receptū plus debito; & similiter in causa Vittoriæ,& Petri Cannata cū Bartolo Guffia idem iudicauit Consistorium die 17.Maij 1605. & fuit sententia confirmata in iudicio reclamationis de mense Febr. seq. Non omittam dicere quòd in causis prædictis fuit etiam habitum pro vero, quòd pactum ad discursum potuerit exerceri via exequutiua lapso decennio, non obstante Rit.132.nam, lata sententia in a-
15 ctione hypothecaria, reuiuiscit exequutio, & pariter reuiuiscunt omnia pacta,*ad not.per Dec.Bolog. & Cagnol.in auth.si quis in aliquo documento,in 3.not.C. de eden.cum simil.*& exequutio, quę postea fuit petita, non solum erat fundata virtute sententiæ, sed etiam vigore contractus adiūcta sententia, quo casu actio descendens ex sententia hoc est (*via exequutiua*)cumulata primæ sortitur naturam ipsius primæuæ obligationis, scilicet vendendi pignus ad discursum, secundum *Ang.in d.l.Paulus,in fi.ff.de re iud.& declarat Ias.in consil.16.vol. 1.& idem Ias.in l.qui iurasse, §.iurisiurandi, num.3.post glo.ibi & in l.eum qui,in princ. vbi Bar.nume.5. ff.de iureiur. Soc.sen. conf.89. nu.2. vol.2.* vbi ait quòd per sententiam non

26 non dicitur facta nouatio, videlicet vnius obligationis in aliā transfusio, sed nouæ in veterem adiectio, idem *Cast. in consil. 236. nu. 4. vol. 1.* dicens quòd si agatur ex sententia, quæ condemnauit plures obligatos in solidum, non potest agi in solidum vigore sententiæ; sed agendo vigore primææ obligationis completæ, & purificatæ per sententiam bene agitur in solidum, quia per sententiam non nouatur prima obligatio, sed cōpletur, & purificatur, & hoc idem sequitur *Ias. in cons. 226. num. 4. vol. 2. Pract. Papien. de form. senten. diffinit. verb. Primo quidem, num. 2. vbi additio. Thob. Noni. consi. 82. nu. 4.* & ideo actio remanet eadem cum eadem qualitate, *Ronchagal. in l. Titia, §. vbi duo, num. 134. de duob. reis.*

SVMMARIVM.

1 *Reductione ad arbitrium boni viri pēdente, exequutio laudi suspenditur.*

Amplia non obstāte statuto tribuente exequutionem laudo, num. 2.

Item amplia in Regno si reductio est petita infra decem dies, num. 3.

4 *Renuntiari potest reductioni ad arbitrium boni viri stante enormissima læsione.*

Amplia quo ad effectum suspensinum, num. 5.

Item si per partes ita fuisset concordatum, num. 6.

Item stante pacto de non opponendo, num. 7.

8 *Renuntiatio facta reductioni ad arbitrium boni viri stāte enormissima læsione non tenet.*

9 *Reductio ad arbitrium boni viri admittitur, non obstantibus quibuscumque clausulis.*

Amplia non petita absolutione à Iuramento, num. 10.

Item non obstante pacto, & statuto in contrarium, num. 11.

12 *Læsio summariè constare debet Iudici ad impediendum executionem laudi ob petitam reductionem.*

Imo verè, & proprie, num. 13.

Contra in Regno, num. 14. & 17.

15 *Reductio ad arbitrium boni viri similis est appellationi.*

16 *Appellatio vt deuoluat, & suspendat, sufficit aliquid deducere.*

18 *Læsio enormissima semper censetur exclusa in generali sermone, pacto, vel conuentione.*

19 *Bongiorn. in verb. reductio, declaratur.*

20 *Executio laudi non suspenditur inter coniunctas personas.*

ARGVMENTVM.

Pendente reductione ad arbitrium boni viri an suspendatur executio laudi, & quid stātibus renuntiationibus cū pacto de non opponendo?

DECISIO XC.



Communis, & verissima opinio est quòd pendēte reductione ad arbitrium boni viri executio

1 tio laudi suspenditur, quòd tenuerunt post *Bald. Abb. Franc. Alex. & alios quos allegat Maran. in Specul. p. 3. 6. p. princip. arti. 2. sub num. 110. versi. reductio. Boer. qui dicit ita seruari in practica decis. 461. nu. 24. & seq. Bero. cons. 1. num. 93. lib. 2. Lanfran. decis. 461. latissimè Gargiar. Patrocin. 1. num. 3.* vbi ait communem, & veriorem *Aemilia.* qui restatur de magis communi, *cons. 47. nu. 18. & cons. 48. vbi latè Magon. decis. Lucen. 98. num. 33.* referens ita iudicatum, & post multos *Lancellot. de attenta. capit. 16. tit. de attenta. reduct. ad arbit. boni viri pēden. num. 10. cum seq.* qui adducit super hoc quinque opiniones, & denique concludit hanc opinionē veriorem, & communem, & frequentiori calculo receptam esse,
2 & ampliat non obstante statuto tribuente exequutionē laudo pendente dicta reductione, vt ibi *nu. 37. cum seq.* & prædicta conclusio procedit absque difficultate in Regno quādo est petita infra decem
3 dies, vt dixerunt Antiqui *Doct.* nostri per doctrinam *Soc. Sen.* quam dicit approbatam fuisse per multos solemnes Doctores Italiæ *in l. Iulianus, num. 12. ff. de condit. & demonstr. quæ fuit Bal. in l. nam, & postea, in princi. ff. de iureiur.* secundū quam fuit sæpissimè iudicatum tā in M. R. C. quam in Consistorio, & præsertim pro Hieronymo Staiti contra Iacobum Staiti tam in M. R. C. quàm in Consistorio de anno 1596.

Sed in casu de quo agebatur non modica fuit orta difficultas, quid dicendum esset si vltrà statutum tribuens laudo exequutionē, reperiatur per contrahentes facta
4 specialis renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri, nō obstante enormi, vel enormissima læsione; nam etsi licita sit promissa contrauentio, saltem per viam recursus ad arbitrium boni viri, tamen ille recursus non videbatur suspendere posse exequutionem sententiæ, & processum ad vlteriora, vt aliquid operetur dicta renūtiatio, secundum *Ange. in cons. 172. incip. Laudum, & cons. 187. Beltran. cons. 5. lib. 1. refert, & sequitur Lancellot. dicto cap. 16. num. 41.* maximè quo
5 ad effectum suspensiuum, vt consuluit *Grat. consil. 34. lib. 1. Gabri. concordando opiniones conclus. 3. tit. de arbit. num. 8. Boer. decis. 184. nume. 26. ante finem, versic. vel nisi actum esset. Lancellot. Galli. cons. 110. nu. 57. vbi alios allegat, & Lancellot. d. capit. 16. num. 51. qui in nu. 37.* hoc
6 ampliat si per partes fuisset ita cōuentum in actu compromissi, vt erat hic, *Ant. de Amat. decis. 17.* qui testatur ita fuisse iudicatum, & optimè *Vrsil. decision. 132. num. 4.* accedente pacto de non opponendo
7 adiecto in d. cōtractu compromissi, secundum *Ferdinan. Bong. in suo reper. in verb. reductio*, vbi subdit ita obtinuisse in causa Baronis Sācti Fradelli contra Baronem Ficarræ.

Dicebatur ex aduerso qđ data enormi, seu enormissima læsione semper datur reductio ad arbitriū boni viri, quāuis ei fuisset expressè renuntiatū cū iuramento, secundū verio rem,

veriorem, æquiorem, magis communem, & in praxi seruatam opinionem, vt dixerunt *Rom.cons.90. Alex.cōs.139.col.2.vol.7.Soc.Iun. cons.48.num.50.& seq. vol.1. Hieron.Ceuallos in tract.com.contra cōmun.quæst.89.num.4.& quæst.92.* & latè discutiēdo tenet *Serafin.de priuileg. Iuramen. priuileg.136.nu. 15.cū sequent.Bertaz.cōs.120.in ciuilitbus. Borel.de comprom.§.7.glo. 2.n.32.* hinc est quod passim *Doct.* cōmuniter dicunt quod data enormissima lęsione non potest aliquo modo per quascumque clausulas, ac cautelas, & verba amplissima
9 tolli reductio ad arbitrium boni viri, vt pulchrè tradit *Bald.consil. 380.vol.1.& in l.cum antea, col.3. C.de arbitr.* vbi ita ait communiter seruari, *Butri.& Abb.in cap.Quintauallis, extra de Iureiur. Castr. in cons.72.& cōs.74.vol.1.in antiquis, Aemilia.d.cons.47.nu.13.& cons. seq.num.33.Cagnol.in l.si quis maior,num.38.& sequentib.C.de transa.* qui dicit communem, & in practica seruari, *Bursat.cons.99.num. 11.vol.1.Bimi.cons.97.nu.77.vol. 1.Moros.cons.88.nu.19.Magon.d. decis.98.num.30.decis.58.nu.1.& decis.276.Bertaz.& Serafin. in locis allegatis:* quæ conclusio procedit etiam quod non fuerit obtenta
10 absolutio à iuramento secundum communem, & receptiorem opinionem, de qua per *Muscatell. in pract. ciuil. p.2. in gloss. in verb. gradum,num.52. in fin. Maran.part.6. in 1. actu, sub num.127.* versic. sequitur ergò, & operatur effectum suum non obstante pacto; & statu-
11 to in contrarium, vt dixerunt *Serafin. d. priuileg.136.num.7.& 8. Bero.consil.33.num.1.cum sequent. vol.3.Bertaz. in d.cons.120.nu.23. Gargiar.in d. Patrocin.1.Magon.& Aemilia. in locis supra relatis,& bene Zuccard.cons.25. num.25.* dicēs hanc esse communem, & quod ita seruatur, *Galles. in form. camer.qu. 3.4.partic.num.5.& sequent. Cels. Vgo. cons.22. num.24. Ceph.consil. 208. num. 3.* & licet de iure communi saltem summariè constare
12 debeat Iudici de tali læsione, aliàs enim petens reductionem audiri non debeat, secundum *Din. cons. 19. Alexan.cons.139.num.8.lib.7. Corn. cons.82. nu. 13. in fin. & nu. 14. vol.1. Abb. cons.14.num.1.& 2. lib.1. Soc. iun. cons.16.num.15. vol.1. Lancellott. de attenta. d.cap. 16. num.13.& 34. vbi testatur sic aliàs tenuisse Rotam Romanā, Ioan. de Amic. cons.33. num.31. Ceuallos in d. tract.commun. contra com. q.93.Caroc. in decis.28.per totam, Cæsar Barz.d. decis. 86. num.* 10. versic. ad primum quod dicebatur, quinimo *num.* 11. sentit debere verè, & propriè constare de lę-
13 sione secundum magis communē, *Lancellott. Galli. d. cons. 109.& 110. nu.33.* versic. Rursus non obstat, vbi plures alios allegat, *Rim. iun.cons.178.sub num.50.vol.2.Lādrecb. cons. 97. nu.3.* versic. neque tamē satis erit allegare, *Mascard. conclus.960.Alexan. Rauden. cons. 17.nu.68.in 9.par.cons.lib.1.Oddo. Sfor. de restit.in integr. q.34.& 36. Viui.decis.429.nu.13.& 14.lib.3.* vbi testatur ita fuisse iudicatum.

Verum

14 Verùm in Regno sufficiet hanc læsionem tantum allegare in supplici libello porrecto Excellentiss. Proregi quo ad istum effectum deuolutionis, & suspensionis, prout
15 dicitur in appellatione, cui ipsa reductio similis est; nam ad hoc vt appellatio deuoluat, & suspendat, sufficit aliquid deducere, quod si
16 probaretur releuaret appellantẽ, vt in terminis iuris communis tenuerunt *Ioan. Maria Rimin. consil. 356. num. 2. 3. & 4. lib. 2. quidquid dixerit Rimin. iun. in loco præællegato, & ita eum allegat Cæsar Barz. in d. decis. 86 late Landrech. d. cons. 98. col. 4. post medium, vers. & satis erit in libello, vbi respondet contrariis. Alexan. cons. 116. num. 15. lib. 3. & ante eos Bald. in l. 1. C. de his quæ pœnom. Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. in verb. Interloquutoriæ, & appellationes, versic. Decimo quinto fallit*, vbi etiam dicit, quòd ita in practica seruatur, *Beninten. decis. 15. iuxta fin. versi. adde Lanfran. Viui. decis. 276. versic. & hinc est, quod prætendens se læsum enormiter, & optimè Iacob. Aemilia. consil. 48. num. 37.* qui ex multis hanc cõprobat opinionem, subdens ita seruati de vsu & consuetudine generali vbique *Andr Gail. lib. 1. pract. obseruat. obser. 150. num. 9. & 10.* vbi testatur in camera Imperiali obseruari, vt in libello supplici allegata enormissima læsione, vel euidenti nullitate concedatur appellatio, seu ad boni viri arbitriũ reductio, quęstionem etiam refert *Menoch. cons. 406. num. 33. vol. 5. Rebuff. tom. 3. in tit. de arbitr. glo. 8. nu. 18. & 19.* & opinio prædictorum, & practica de qua ipsi testantur, est illa, quæ etiam seruatur in
17 hoc Regno, quidquid dixerint Docto. ex aduerso relati, quorum maior pars, si benè aduertatur, loquitur quando ageretur de reuocando laudum, vel ad obtinendũ restitutionem in integrum aduersus sententiam, de quo dixi *in deci. 45. num. 2.*

Et ad ea, quæ in contrarium in principio adducta fuerunt, dicebatur in primis, quòd renunciatio prædicta stante enormissima læsione, vt supra allegata, nullius erat momenti ex veriori, & magis cõmuni opinione supra firmata, & eo magis quia Grat. ex aduerso adductus, quem cæteri Doct. sequuti sunt *in d. cons. 34.* reportauit sentẽtiam in contrarium, vt testantur *Gargiar. in d. patroc. 1. num. 12. & sub nu. 20. & Magon. in d. decis. 98. sub num. 33.* non obstante pacto, & statuto in contrarium, vt dixi supra nu. 11. & ita intelligi debent *Lancellot. & Marc. Ant. de Amat. in locis* ex aduerso deductis, quia ipsi simpliciter loquuti sunt; secus autem data enormissima læ-
18 sione, quæ semper intelligitur exclusa, nec comprehensa in quolibet generali sermone, pacto, vel conuentione, vt dicunt Doct. communiter supra relati, & pariter cessa-
19 bat dictum Bongior. quia, vt supra ostensum fuit, contra eum est communis conclusio, & practica Regni, nisi dicere velimus, quod eius opinio stante pacto de non opponendo, procedat quãdo expres-

se

se cautum fuisset super laudi executione, non obstante petita reductione ad arbitrium boni viri; aliàs pactum prædictum simpliciter in actu compromissi adiectum respiceret tantum petitionem reductionis, quæ, vt supra dixi, non obstantibus quibuscunque clausulis, & pactis in cõtrarium semper admittitur, & sententia lata in M. R.C. de qua ipse meminit, recognito processu erat satis diuersa à terminis prædictis.

Punctus iste non fuit aliter per nos determinatus, quia partes amplius non comparuerunt, nihilominus ita inuenio fuisse aliàs per Dominos conclusum in eodẽ Consistorio in causa fratris Augustini Megho cum Thoma Diamanti de anno 1602. licet ex approbatione laudi facta per procuratores vtriusque partis fuisset exequutum, non obstante petita reductione ad M.R.C. & ita fuit etiam iudicatũ pro Don Ludouico vasallo contra Carolum Galletti. Est verũ, quod si causa esset inter coniunctos stante forma Cap. Regni, non posset aliquo modo suspendi executio,
20 prout iudicatum fuit pro Martino Riuera contra Iacobum Ridolpho die 9. Maij, 1597. & ratio est, quia non competit nisi remedio, & illa nõ datur non facta solutione.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrator quis dicitur.*
2 *Aestimatores dicuntur arbitratores.*
3 *Aestimatores possunt in suspectum allegari.*
4 *Arbitrator potest vt suspectus recusari.*
Contra, num. 5.
Sed prima opinio verior est, nu. 6.
Amplia superueniente causa recusationis, num. 7.

ARGVMENTVM.

Arbitrator an possit recusari vt suspectus, & quid in arbitro.

DECISIO XCI.

1 ARbitrator est qui eligitur vt aliquod æstimet prædium, vel opes, vel partes societatis, vel quid sibi videatur de aliqua re sine ordine iudiciario dicat, aut super eo arbitretur, vt dixit *Innoc. in cap. Quintauallis, num. 4.* quem omnes sequuntur, vt *Abb. nu. 7. Imol. num. 6. & seq. & Doct. omnes in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio.*
2 Item æstimatores dicuntur arbitratores, secundum *glo. in l. hac edictali, §. ijs illud, C. de secund. nup. vbi Bald. num. 3. Bar. in l. si quis arbitratu. in fine, num. 7. ff. de verb. obligat. Salic. in l. fin. C. de contrah. empt. nu. 5. versi. venio ad quæstionem, & nu. 8. vers. ego dico, & nu. 10. Alex. consil. 21. lib. 7. idem Barto. in l. fin. ff. si mens. fals. mo. dix. Floria. in l. sed &, §. in iudicio, num. 12. ff. fin. regundo. Abb. in rubr. de appellat. nu. 15. Gabri. consf. 168. num. 104. Dec. in cap. cum speciali, num. 7. de appellation.* & isti

3 & isti æstimatores, & calculatores possunt in suspectum allegari, vt præsupponit *Bar. in l. Theopompus, nu. 11. ff. de dote præleg. Maria. Soc. de citatio. art. 7. num. 42. versi. trigesimooctauo. Fel. in cap. quia indicante, de præscript. in prin. Ias. in §. quædam, num. 79. Instit. de actionib. vbi Angel. num. 23. Martia. consil. 4. nume. 68. Lup. de vsur. num. 152. Barbat. in cap. super quæstione, num. 40. de offic. deleg.*

4 Idem in Arbitratore, vt dixerũt *Abb. in d. cap. Quintauallis, 5. differ. Imol. differ. 7. Præp. in cap. cum speciali, nume. 32. de appell. vbi Franc. num. 36. & Dec. num. 6. Ioan. Bapt. Perus. in tract. de arbit. cap. 9. lib. 11. Lanfran. de arbit. q. 34. nu. 78. & optimè Ant. Ayerue de Ayora Hispa. in tract. de partit. bon. 1. p. c. 4. nu. 9. fol. mihi 29.*

Et licet contrariũ circa hoc vl-
5 timum de Arbitratore teneant *Ioan. Bapt. de Sancto Blas. in tracta. de arbitr. q. 44. dicens de communi. Guliel. de Cune. in l. epistola, C. de episcop. & cler. Ant. de But. in d. cap. Quintauallis, in 5. differen. Ioan. Fir. de Episcop. lib. 4. par. 4. quæstio. 11. versi. idem in arbitro. Bero. consi. 16. num. 29. lib. 3. Ceph. cons. 750. nu. 9. vol. 5.* tamen prima opinio verior
6 est, vt refert *Ayerue d. cap. 4. nu. 9.* subdens quod sententia *Gugliel. de Cune.* communiter non tenetur,
7 eo magis superueniente causa recusationis, vt erat casus, de quo agebatur secundum omnes prællegatos Doctores, & præsertim *Cæsar Barz. in decis. 63. num. 18. & 19. Ceph. vbi supra, num. 10. Borell. de compromis. remissiuè §. 4. gloss. 3. num. 1. Iodoch. Damuder. in prax. ciuil. cap. 125. num. 12. & seq. qui vno ore in hoc conueniunt,* & secundum prædicta iudicauimus de mense Ianuarij 1599. quæ sententia fuit confirmata de mense Maij eiusdẽ anni, & fuit impositum perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius non potest constituere censum.*
Contra, num. 9.
Intellige, num. 14.
2 *Vsufructuarius naturalem possessionem habet.*
3 *Vsusfructus non est in bonis.*
4 *Proprietarius est dominus rei.*
5 *Vsusfructus alienari non potest.*
6 *Ius pignoris vel hypothecæ non potest constitui super vsufructu.*
7 *Verba debent intelligi in proprio significatu.*
8 *Vsufructuarius non venit appellatione domini in statuto.*
10 *Census constitui potest super redditibus, iuribus, & emolumentis.*
11 *Iura & actiones veniunt appellatione rei.*
12 *Vsusfructus est dominij pleni pars.*
13 *Vsusfructus inter bona stabilia computatur.*
15 *Hypotheca resoluitur consolidato vsufructu cum proprietate.*
16 *Exceptio resolutionis dominij non admittitur in prima instantia aduersus excequutionem census iuxta formam bullæ.*

AR-

ARGVMENTVM.

Census iuxta formam Bullæ an possit constitui ab vsufru-ctuario.

DECISIO XCII.

1 Vsufructuarius non potest constituere censum super vsufructu, secundum *D. Petr. de Grig. in eius comment. ad Bullã Nicolai V. num. 7. & Bongior. ibidem*, quia in illis habet naturalem pos-
2 sessionem tantum, *l. naturaliter, in princip. ff. de acquiren. possess. & in §. Fructuarius, Instit. de Vsufruct.* &
3 vsufructus non est in bonis, nec ex tra bona, *ad tex. in l. 1. ff. de Vsufruc. lega. & in l. seruos autem suos, & l. si quis seruos. ff. de leg. 3.* & facit tex. Bullæ, dum dicit (*super proprietati bus suis*) quod intelligitur de pro
4 prietario, non de vsufructuario, *l. rectè dicimus. ff. de verbor. obligatio.* vbi rectè dicimus feudum tantum nostrum esse, etiam cuius vsusfru ctus alienus est, quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis
5 est, & via, & iter; & vsusfructus alienari non potest, *ad tex. in l. si vsusfructus, vbi gloss. ff. de Iur. dot. & in l. si vsufructus, C. de vsufructu. §. finitur, vbi gloss. Institut. eod. tit. Neguf. de pignor. 3. memb. 2. par. nu. 9. Couarru. variarum resolut. lib. 1. c. 8. num. 7. Pinell. de bon. mater. part. 3. nu. 6. & num. 38.* & consequenter nec super eo constitui poterit
6 ius pignoris, vel hypothecæ, aut redditus annui, *ad tex. in l. 1. §. eam rem, ff. quæ res pign. & l. vltim. C. de reb. alien. non alienand.* & facit
7 quod dum fit mentio in statutis propriè de domino, intelligitur de illo qui est verus dominus, & qui habet verum dominium, cum verba debeant capi propriè, & in vero significatu, & non fictè, *ad tex. in l. si quis aliquid dari, C. de his qui veni. impetr.* & sic non ve-
8 nit vsufructuarius, vt dixerũt *Bar. & Angel. in l. in vẽditione, ff. de bon. auth. iudic. possid.* & secundũ hanc opinionem fuisse iudicatũ refert *Iacob. Chirco*, & vidi aliàs iudicatum in Tribunali Sancti officij, vt adnotaui *ad Petr. de Grigor. in loco præallegato, num. 83.*

9 Contrarium autem determinauit *Milanen. in decis. 9. num. 36. lib. 2.* ex verbis eiusdem Bullæ Nicolai V. quæ seruatur in Regno, ibi (*super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, red ditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum,*) & ibi (*super rebus, & proprietatibus suis, facultatibus, emolumentis earundem*) per quæ verba non est restricta subiugatio ad bona stabilia, & proprietates tantùm, sed etiã ad redditus, emo-
10 lumenta, iura, & res in principio, & in medio res, & proprietates suas, ac facultates, & emolumen ta; & tamen appellatione (*rei*) ve niunt iura, & actiones, *gloss. 1. ff. de*
11 *stat. homin. Alexan. consil. 99. numero 7. & 8. vol. 4. Ioann. Petr. Molign. in tractat. de appellatio. verb. vtriusque iuris, numero. 980.* Item dicit ipse vsusfructus est do-
12 minij pleni pars, secundum *Bar-*

tol.

tol. in l. 4. ff. de vsufructu. & inter
13 bona immobilia computatur, *ad notat. in l. corruptionem, C. de vsufruct.* & dicitur fundi integralis pars, non quotatiua, *Bartol. & cæteri in l. qui vsumfructum, ff. de verbo. obligatio.* & per consequens siue vsusfructus dicatur res, seu ius, vel emolumentum super quibus potest subiugatio imponi, pro ut dictum est, semper subiugatio subsistet super vsufructu; & ita refert iudicasse, & fuisse per alios Iudices in primo iudicio iudicatũ.

Fuit conclusum in Consistorio
14 quod opinio Milan. sit verior, & procedat durante vita vsufructuarij subiugantis; secus vero eo mortuo, quo casu consolidato vsufructu cũ proprietate euanescit omnis hypotheca *ad text. in l. lex. vectigal. ff. de pignor. & resoluit. Felician. de censib. lib. 2. cap. 4. num. 4. in fin.* licet in prima instantia
15 stante priuilegio Regiæ Pragmaticæ ante factam solutionem hæc exceptio non admittatur, cum sit exceptio resolutionis dominij, vt
16 dixi in *addit. ad Petr. de Gregor. in d. quæst. 5. num. 92.* & secundum prædicta iudicauit Consistorium die 1. Augusti 1603. pro Hieronymo de Anna, retractando executionem in causa oppositoria.

SVMMARIVM.

1 *Maritus habet beneficium deducto ne egeat, & num. 5.*

2 *Beneficium deducto ne egeat competit marito tam pro dote quàm pro dotario.*

3 *Maritus non potest renuntiare beneficio deducto ne egeat, etiam cum Iuramento.*

Limita in extraneo dotante, num. 7.

Amplia num. 8.

4 *Maritus non habet beneficium deducto ne egeat contra extraneum dotantem.*

Sed tantum cum vxore.

6 *Beneficium deducto ne egeat competit marito ob reuerentiam maritalem.*

Amplia contra hæredem vxoris, numero. 9.

ARGVMENTVM.

Beneficium deducto ne egeat quando competat marito aduersus hæredes vxoris.

DECISIO XCIII.



1 Cæsar Morellus conuentus pro restitutione dotium dicebat sibi competere beneficium deducto ne egeat ob reuerentiam maritalem, *ad text. in §. Item si de dote, vbi Ang. num. 5. Institutio. de action. l. maritum. l. si maritus, & l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrim. l. non tantum, ff. de re Iudic. & l. 1. §. cum autem, C. de rei vxor. acti. vbi Doctor. Caual. decis. 21. num. 10. part. 4. Affl. decis. 221. Matthæs. Sing. 261. & Barz. decis. 56. num. 19.* quod procedit tam in
2 dote, quàm in dotario, vt dixit *Anell. de Bottis. in addit. ad consuetud.*

tud. Neapol. in verb. limita, fol. mihi 234. vbi ita iudicatũ fuisse testatur, *Vinc. de Franch. decis.* 164.
3 *num.* 4. in tantum quod maritus non potest huiusmodi beneficio renuntiare etiam cum iuramento, vt dixit *text. in d. l. alia, §. eleganter, & gloss. in d. l. maritum, ff. solut. matrim. vbi Bartol. & cæteri Doctor. magis communem testatur Couar. in 2. part. relect. in princ. num.* 4. *versic. Postremo ex hac ad cap. quamuis de pact. in* 6. *Ceph. consil.* 300. *num.* 33. *Vinc. de Franch. d. decis.* 164. *num.* 13. subdens ita fuisse iudicatum.

Sed ex aduerso dictũ fuit, quòd maritus tunc habet beneficium prædictum, quando conuenitur ab eius vxore soluto matrimonio
4 ob repudium, vel diuortium, vel ingressum religionis, & hoc ob reuerentiam, quam vxor præstare tenetur marito, & nõ in extraneo dotante prout erat casus de quo agebatur, *ad tex. in d. §. item si de dote, ibi (Item si de dote in iudicio mulier agat,)* & ibi hoc expresse notat *Iason num.* 1. *& num.* 5. mouet quæstionem quando conuenitur ab alijs, & se remittit *ad DD. in l. si prior, ff. solut. matri. eodem modo tex. in l. maritum, & l. alia, ibi (si tantum vxori præstat,) & ideo gloss. in d. l. maritus*, firmat *casum illius legis cum sequent.* quando maritus conuenitur ab vxore quod tunc habeat huiusmodi beneficium, ad idem *text. in d. l. non tantum, ibi (maritus ab vxore in iudicio conuentus,) & pariter tex. in d. §. cum autem, ibi (vxori illico) &* ideo *Doct.* qui ex professo priuilegium hoc maritale examinant, semper formant quæstionem expresse, quando maritus ab vxore
5 conuenitur, & illud inde pluribus modis limitant, prout vltra allegatos est videre per *Brun. qui latissimè oĩum de hoc agit in trac. de cessio. bonor. p.* 4. *q.* 20. *nu.* 1. *Surd. de aliment. q.* 78. *nu.* 13. *Doct. in d. l. maritum, & præcipuè Angel. Rom. Alexan. & Crot. qui ita intelligunt iura prædicta. Ioan. Gutier. de contract. iura. c.* 161. *nu.* 47. *Gaspa. Beati de debit. Inop. c.* 3. *nu.* 5. *&* 12. *& c.* 17. *nu.* 35. *Mand. consil.* 80. *Molin. de*
6 *contract. disput.* 442. *nu.* 6. *par.* 2. & hæc est ratio qua mouentur Doct. præall. dum determinant quod huiusmodi beneficio renuntiari non potest, nam debetur marito ob reuerentiam maritalem, quòd quidem ius reuerentiale remitti non potest, & esset contra bonos mores, *ad tex. in d. §. eleganter, vbi omnes scribentes, & aduertit Alex. in d. l. non tantum, nu.* 9. *&* 11. *ff. de re Iud.* & ita procedit distinctio *glo. in l. si conuenerit, ff. de re Iud. & glo. in l. si quis crediderit. ff. de pact. & gloss. in c.* 1. *vbi omnes Canonistæ extra de donat. int. vir. & vxor.* & ideo in extraneo dotãte vt hic, quia cessabat ratio reuerentię, cessare videbatur huiusmodi benefi-
7 cium, vt in puncto voluerũt *Imol. in l.* 2, *col. fin. versic. suspectus, ff. solut. matrim. & ibidem Bar. num.* 18. *Roma. nu.* 49. *& Crot. nu.* 56. *& Ias. nu.* 36. qui dicunt esse valde notandum: & ampliatur procedere etiã
8 si maritus dotem ab vxore recepe-

rit, sed alij, quam vxori restituere promiserit de voluntate vxoris, tunc enim in solidum tenetur, nec habet beneficium prædictum, vt dixit *glos. notabilis in d.l.2. princip. versi. suspectum habet, & posuit pro regula Soc. in suis reg. in verb. Maritus, limit.6. Alex. in d.l. maritum, limit.12. Brun. in d. quæst.20. nu.17. lim.10. versic. decimus casus, & facit gloss. in d.l. si prior. ff. solut. matr. & ibi Bar. Alber. Alex. Castr. et alij Doct. & maxime Ias. in l. Nesennius, ff. de re Iud. vbi gloss. Imol. cons.102. nu.16. Campeg. de dot.3. par. quæst.* 326. licet in hoc vltimo inspicienda esse verba promissionis concludant, si tacitè vel expressè renunciatum esse dicatur, quod non facit ad casum nostrum, & secundũ prædicta iudicauit Consistoriũ, & sententia in iudicio reclamationis fuit confirmata de anno 1604.

Est tamen aduertendum, quod in hærede vxoris aliter esset dicen
9 dum vt aliàs fuit iudicatum in M. R.C. pro V.I.D. Carolo Liorsa, *per text. expressum in l. si post diuortium, ff. solut. matrim. vbi Doctores dicunt*, quod licet hæredes vxoris nõ teneantur ad reuerẽtiam marito, tamen maritus conseruat sibi priuilegium quod habet contra vxorem, cui tenebatur ad dotis restitutionem, nec illud amittit sine facto proprio ob mortem mulieris, aliàs fieret conditio mariti deterior ob mortem vxoris, vel ex cessione iurium, quam post diuortium posset vxor facere, & Doctores loquuntur in omni casu quo agatur ex persona vxoris, & illam repræsentat, vnde exceptio, quæ obstaret vxori si ageret contra maritum, obstabit eius hæredi, ita *Alex. & alij in d.l. post diuortium*, qui concludunt, quòd mutata persona vxoris non mutatur priuilegium mariti sine facto proprio.

SVMMARIVM.

1 *Contractus iuxta formam bullæ constitui potest pro pecunijs postea ex actis.*

Contra num.2.8. & 10.

3 *Pactum quod interim non soluta sorte non currant censualia non facit venditionem iuxta formam bullæ, num.3.*

4 *Verba bullæ ibi (pretii, seu recepti) denotant pretium receptum, non recipiendum.*

5 *Fides de pretio haberi non potest in contractu iuxta formam bullæ, & quando dicatur, num.6. & 11.*

7 *Pretium debet interuenire de præsenti in contractu iuxta formam bullæ.*

Amplia num.9. & 12.

13 *Census excedens decimam partem iusti pretij subsistit pro parte sortis soluta.*

14 *Donatio requirens insinuationem, si excedat summam quingentorũ aureorum erit valida infra dictã summam.*

ARGVMENTVM.

Pretium in constitutione cẽsus iuxta formam bullæ an debeat interuenire de præsenti.

DE-

DECISIO XCIV.



MAgna fuit quæstio in Regno in quo frequétissimus est contractus emptionis redditum iuxta formã Bullæ Nicolai V. an in constitutione census prædicti pretium debeat interuenire in continẽti, nam
1 *Milan. dec. 2. lib. 2.* inquit validum fuisse iudicatum contractum censualẽ ex pecunijs exactis post eius celebrationem, & voluit *Conrad. de contract. tracta. 4. q. 79.* versic. secũda suppositio, dum quæ sint substantialia contractus emptionis cẽsus quærit, pretium conuentum, & constitutum licet non numeratum sufficere arbitratur, & post eum *Honded. consil. 17. nu. 21. vol. 2. Sot. de Iust. & Iur. quæst. 5. artic. 1. Nauar. de Vsur. nu. 88. Ludouic. Molin. de Iust. et Iur. tom. 2. disp. 389. Emanuel Rodriques, et Anton. Gomez in exspl. bullæ Pij V. Viui. dec. 396. nu. 5. lib. 2.*

Cõsistorium autem in causa Syluij Signorino cõtra Hieronymam
2 de Franco contrarium iudicauit, confirmando sententiam M. R. C. secundum doctrinam *Petr. de Greg. super dict. bulla Nicolai, nu. 20.* quia interim annualia iura cẽsualia currerent, & sors seu capitale non reperiretur esse solutum, & subdit quod non soluta possent retineri, & soluta repetita tanquam interesse capitalis nondum soluti, prout voluit *gloss. in l. curabit, C. de acti. empt. gloss. & Doct. in l. 1. C. de summa trin. & fid. cathol.* in tantum quod
3 si partes pacisceerentur vt isto interim non soluto pretio iura censualia non currant, tũc non diceretur venditio iuxta formam bullæ, sed esset promissio de vendendo, vt declarat *gloss. in l. Iulianus, §. si tibi, ff. de actio. empt.* & faciunt verba ip-
4 sius bullæ ibi (*principalis pretij seu recepti*) quæ denotant pretium census receptum, & non recipiendum ad validitatem ipsius contractus, & sic excludunt haberi fidẽ de pre-
5 tio, cum sint verba præteriti temporis diuersa, & contraria à futuro, determinat idem *Petr. de Greg. ibidem, quem sequitur Campixan. in quadam apostilla ad bullam prædictam. Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. 17. versic. tertio, & vltimo, fol. mihi 189.* vbi alios allegat, aliud enim non est habere fidem
6 de pretio quàm si diceretur, quod pretium soluatur ad certum terminum, vt dixit *Bertachi. de Episc. in 4. part. lib. 4. quæst. 43. versicul. quando autem dicatur, Cyn. & post eum Salicet. in l. inciuile. C. de rei vend. Matthæ. Brun. consil. 50. num. 3. circa mediũ.* & contractus ex quo
7 deficit in forma, & sic in receptione pretij, est ipso iure nullus, *D. Ioan. Franc. de Pont. cons. 64. nu. 27. & cons. 81. nu. 7. vol. 1.* nec validus dici poterit si pecunia post tempus
8 fuerit soluta, quia talis solutio nõ potest tribuere formam, & essentiam contractui subiugatorio antea facto, nisi de nouo fieret contractus cum nouis pactis, & conuentionibus, vt consulit *Are. in cõsil. 128. col. 2.* vbi in contractu em-

1 tio laudi suspenditur, quòd tenuerunt post *Bald. Abb. Franc. Alex. & alios quos allegat Maran. in Specul. p. 3. 6. p. princip. arti. 2. sub num. 110. versi. reductio. Boer.* qui dicit ita seruari *in practica decis. 461. nu. 24. & seq. Bero. cons. 1. num. 93. lib. 2. Lanfran. decis. 461. latissimè Gargiar. Patrocin. 1. num. 3.* vbi ait communem, & veriorem *Aemilia.* qui testatur de magis communi, *cons. 47. nu. 18. & cons. 48. vbi latè Magon. decis. Lucen. 98. num. 33.* referens ita iudicatum, & post multos *Lancellot. de attenta. capit. 16. tit. de attenta. reduct. ad arbit. boni viri pēden. num. 10. cum seq.* qui adducit super hoc quinque opiniones, & denique concludit hanc opinionē veriorem, & communem, & frequentiori calculo receptam esse,
2 & ampliat non obstante statuto tribuente exequutionē laudo pendente dicta reductione, vt ibi *nu. 37. cum seq.* & prædicta conclusio procedit absque difficultate in Regno quādo est petita infra decem
3 dies, vt dixerunt Antiqui *Doct.* nostri per doctrinam *Soc. Sen.* quam dicit approbatam fuisse per multos solemnes Doctores Italiæ *in l. Julianus, num. 12. ff. de condit. & demonstr. quæ fuit Bal. in l. nam, & postea, in princi. ff. de iureiur.* secundū quam fuit sæpissimè iudicatum tā in M. R. C. quam in Consistorio, & præsertim pro Hieronymo Staiti contra Iacobum Staiti tam in M. R. C. quàm in Consistorio de anno 1596.

Sed in casu de quo agebatur non modica fuit orta difficultas, quid dicendum esset si vltra statutum tribuens laudo exequutionē, reperiatur per contrahentes facta
4 specialis renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, nō obstante enormi, vel enormissima læsione; nam etsi licita sit promissa contrauentio, saltem per viam recursus ad arbitrium boni viri, tamen ille recursus non videbatur suspendere posse exequutionem sententiæ, & processum ad vlteriora, vt aliquid operetur dicta renūtiatio, secundum *Ange. in cons. 172. incip. Laudum, & cons. 187. Beltran. cons. 5. lib. 1. refert, & sequitur Lancellot. dicto cap. 16. num. 41.* maximè quo
5 ad effectum suspensiuum, vt consuluit *Grat. consil. 34. lib. 1. Gabri. concordando opiniones conclus. 3. tit. de arbit. num. 8. Boer. decis. 184. nume. 26. ante finem, versic. vel nisi actum esset. Lancellot. Galli. cons. 110. nu. 57. vbi alios allegat, & Lancellot. d. capit. 16. num. 51. qui in nu. 37.* hoc
6 ampliat si per partes fuisset ita cōuentum in actu compromissi, vt erat hic, *Ant. de Amat. decis. 17.* qui testatur ita fuisse iudicatum, & optimè *Vrsil. decision. 132. num. 4.* accedente pacto de non opponendo
7 adiecto in d. cōtractu compromissi, secundum *Ferdinan. Bong. in suo reper. in verb. reductio*, vbi subdit ita obtinuisse in causa Baronis Sācti Fradelli contra Baronem Ficarræ.

Dicebatur ex aduerso qđ data enormi, seu enormissima læsione semper datur reductio ad arbitriū boni viri, quāuis ei fuisset expressè renuntiatū cū iuramento, secundū

verio rem,

veriorem, æquiorem, magis communem, & in praxi seruatam opinionem, vt dixerunt *Rom. conf. 90. Alex. cõf. 139. col. 2. vol. 7. Soc. Iun. conf. 48. num. 50. & seq. vol. 1. Hieron. Ceuallos in tract. com. contra cõmun. quæst. 89. num. 4. & quæst. 92.* & latè discutiẽdo tenet *Serafin. de priuileg. Iuramen. priuileg. 136. nu. 15. cũ sequent. Bertaz. cõs. 120. in ciuilitbus. Borel. de comprom. §. 7. glo. 2. n. 32.* hinc est quod passim *Doct.* cõmuniter dicunt quod data enormissima lęsione non potest aliquo modo per quascumque clausulas, ac cautelas, & verba amplissima

9 tolli reductio ad arbitrium boni viri, vt pulchrè tradit *Bald. consil. 380. vol. 1. & in l. cum antea, col. 3. C. de arbitr.* vbi ita ait communiter seruari, *Butri. & Abb. in cap. Quintauallis, extra de Iureiur. Castr. in conf. 72. & cõs. 74. vol. 1. in antiquis, Aemilia. d. conf. 47. nu. 13. & conf. seq. num. 33. Cagnol. in l. si quis maior, num. 38. & sequentib. C. de transa.* qui dicit communem, & in practica seruari, *Bursat. conf. 99. num. 11. vol. 1. Bimi. conf. 97. nu. 77. vol. 1. Morof. conf. 88. nu. 19. Magon. d. decis. 98. num. 30. decis. 58. nu. 1. & decis. 276. Bertaz. & Serafin. in locis allegatis:* quæ conclusio procedit etiam quod non fuerit obtenta

10 absolutio à iuramento secundum communem, & receptiorem opinionem, de qua per *Muscatell. in pract. ciuil. p. 2. in gloss. in verb. gradum, num. 52. in fin. Maran. part. 6. in 1. actu, sub num. 127.* versic. sequitur ergò, & operatur effectum suum non obstante pacto, & statu-

11 to in contrarium, vt dixerunt *Serafin. d. priuileg. 136. num. 7. & 8. Bero. consil. 33. num. 1. cum sequent. vol. 3. Bertaz. in d. conf. 120. nu. 23. Gargiar. in d. Patrocin. 1. Magon. & Aemilia. in locis supra relatis, & bene Zuccard. conf. 25. num. 25.* dicẽs hanc esse communem, & quod ita seruatur, *Gallef. in form. camer. qu. 3. 4. partic. num. 5. & sequent. Cels. Vgo. conf. 22. num. 24. Ceph. consil. 208. num. 3.* & licet de iure communi saltem summariè constare

12 debeat Iudici de tali læsione, aliàs enim petens reductionem audiri non debeat, secundum *Din. conf. 19. Alexan. conf. 139. num. 8. lib. 7. Corn. conf. 82. nu. 13. in fin. & nu. 14. vol. 1. Abb. conf. 14. num. 1. & 2. lib. 1. Soc. iun. conf. 16. num. 15. vol. 1. Lancellott. de attenta. d. cap. 16. num. 13. & 34. vbi testatur sic aliàs tenuisse Rotam Romanã, Ioan. de Amic. conf. 33. num. 31. Ceuallos in d. tract. commun. contra com. q. 93. Caroc. in decis. 28. per totam, Cæsar Barz. d. decis. 86. num. 10.* versic. ad primum quod dicebatur, quinimo *num. 11.* sentit debere verè, & propriè constare de lę-

13 sione secundum magis communẽ, *Lancellott. Galli. d. conf. 109. & 110. nu. 33.* versic. Rursus non obstat, vbi plures alios allegat, *Rim. iun. conf. 178. sub num. 50. vol. 2. Lãdrecb. conf. 97. nu. 3.* versic. neque tamẽ satis erit allegare, *Mascard. conclus. 960. Alexan. Rauden. conf. 17. nu. 68. in 9. par. conf. lib. 1. Oddo. Sfor. de restit. in integr. q. 34. & 36. Viui. decis. 429. nu. 13. & 14. lib. 3.* vbi testatur ita fuisse iudicatum.

Verum

se cautum fuisset super laudi executione, non obstante petita reductione ad arbitrium boni viri; aliàs pactum prædictum simpliciter in actu compromissi adiectum respiceret tantum petitionem reductionis, quæ, vt supra dixi, non obstantibus quibuscunque clausulis, & pactis in cōtrarium semper admittitur, & sententia lata in M.R.C. de qua ipse meminit, recognito processu erat satis diuersa à terminis prædictis.

Punctus iste non fuit aliter per nos determinatus, quia partes amplius non comparuerunt, nihilominus ita inuenio fuisse aliàs per Dominos conclusum in eodē Consistorio in causa fratris Augustini Megho cum Thoma Diamanti de anno 1602. licet ex approbatione laudi facta per procuratores vtriusque partis fuisset exequutum, non obstante petita reductione ad M.R.C. & ita fuit etiam iudicatū pro Don Ludouico vasallo contra Carolum Galletti. Est verū, quod si causa esset inter coniunctos stante forma Cap. Regni, non posset aliquo modo suspendi executio, prout iudicatum fuit pro Martino Riuera contra Iacobum Ridolpho die 9. Maij, 1597. & ratio est, quia non competit nisi reuisio, & illa nō datur non facta solutione.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrator quis dicitur.*
2 *Aestimatores dicuntur arbitratores.*
3 *Aestimatores possunt in suspectum allegari.*
4 *Arbitrator potest vt suspectus recusari.*
Contra, num. 5.
Sed prima opinio verior est, nu. 6.
Amplia superueniente causa recusationis, num. 7.

ARGVMENTVM.

Arbitrator an possit recusari vt suspectus, & quid in arbitro.

DECISIO XCI.

1 ARbitrator est qui eligitur vt aliquod æstimet prædium, vel opes, vel partes societatis, vel quid sibi videatur de aliqua re sine ordine iudiciario dicat, aut super eo arbitretur, vt dixit *Innoc. in cap. Quintauallis, num.* 4. quem omnes sequuntur, vt *Abb. nu. 7. Imol. num. 6. & seq. & Doct. omnes in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio.*
2 Item æstimatores dicuntur arbitratores, secundum *glo. in l. hac edictali, §. ijs illud, C. de secund. nup. vbi Bald. num. 3. Bar. in l. si quis arbitratu. in fine, num. 7. ff. de verb. obligat. Salic. in l. fin. C. de contrah. empt. nu. 5. versi. venio ad quæstionem, & nu. 8. vers. ego dico, & nu. 10. Alex. consil. 21. lib. 7. idem Barto. in l. fin. ff. si mens. fals. mo. dix. Floria. in l. sed &, §. in iudicio, num. 12. ff. fin. regundo. Abb. in rubr. de appellat. nu. 15. Gabri. consf. 168. num. 104. Dec. in cap. cum speciali, num. 7. de appellation.* & isti

3 & isti æstimatores, & calculatores possunt in suspectum allegari, vt presupponit *Bar. in l. Theopompus, nu. 11. ff. de dote præleg. Maria. Soc. de citatio. art. 7. num. 42. versi. trigesimooctauo. Fel. in cap. quia iudicanter, de præscript. in prin. Ias. in §. quædam, num. 79. Instit. de actionib. vbi Angel. num. 23. Martia. consil. 4. nume. 68. Lup. de vsur. num. 152. Barbat. in cap. super quæstione, num. 40. de offic. deleg.*

4 Idem in Arbitratore, vt dixerũt *Abb. in d. cap. Quintauallis, 5. differ. Imol. differ. 7. Præp. in cap. cum speciali, nume. 32. de appell. vbi Franc. num. 36. & Dec. num. 6. Ioan. Bapt. Perus. in tract. de arbit. cap. 9. lib. 11. Lanfran. de arbit. q. 34. nu. 78. & optimè Ant. Ayerue de Ayora Hispa. in tract. de partit. bon. 1. p. c. 4. nu. 9. fol. mihi 29.*

Et licet contrariũ circa hoc vltimum de Arbitratore teneant
5 *Ioan. Bapt. de Sancto Blas. in tracta. de arbitr. q. 44. dicens de communi. Guliel. de Cune. in l. epistola, C. de episcop. & cler. Ant. de But. in d. cap. Quintauallis, in 5. differen. Ioan. Fir. de Episcop. lib. 4. par. 4. quæstio. 11. versi. idem in arbitro. Bero. consi. 16. num. 29. lib. 3. Ceph. cons. 750. nu. 9. vol. 5.* tamen prima opinio verior
6 est, vt refert *Ayerue d. cap. 4. nu. 9.* subdens quod sententia *Gugliel. de Cune.* communiter non tenetur,
7 eo magis superueniente causa recusationis, vt erat casus, de quo agebatur secundum omnes prælegatos Doctores, & præsertim *Cæsar Barz. in decis. 63. num. 18. & 19. Ceph. vbi supra, num. 10. Borell. de compromis. remissiuè §. 4. gloss. 3. num. 1. Iodoch. Damuder. in prax. ciuil. cap. 125. num. 12. & seq. qui vno ore in hoc conueniunt,* & secundum prædicta iudicauimus de mense Ianuarij 1599. quæ sententia fuit confirmata de mense Maij eiusdẽ anni, & fuit impositum perpetuum silentium.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius non potest constituere censum.*
Contra, num. 9.
Intellige, num. 14.
2 *Vsufructuarius naturalem possessionem habet.*
3 *Vsusfructus non est in bonis.*
4 *Proprietarius est dominus rei.*
5 *Vsusfructus alienari non potest.*
6 *Ius pignoris vel hypothecæ non potest constitui super vsufructu.*
7 *Verba debent intelligi in proprio significatu.*
8 *Vsufructuarius non venit appellatione domini in statuto.*
10 *Census constitui potest super redditibus, iuribus, & emolumentis.*
11 *Iura & actiones veniunt appellatione rei.*
12 *Vsusfructus est dominij pleni pars.*
13 *Vsusfructus inter bona stabilia computatur.*
15 *Hypotheca resoluitur consolidato vsufructu cum proprietate.*
16 *Exceptio resolutionis dominij non admittitur in prima instantia aduersus executionem census iuxta formam bullæ.*

AR-

ARGVMENTVM.

Census iuxta formam Bullæ an possit constitui ab vsufructuario.

DECISIO XCII.

1 Vsufructuarius non potest constituere censum super vsufructu, secundum *D. Petr. de Grig. in eius comment. ad Bullã Nicolai V. num. 7. & Bongior. ibidem*, quia in illis habet naturalem pos-
2 sessionem tantum, *l. naturaliter, in princip. ff. de acquiren. possess. & in §. Fructuarius, Instit. de Vsufruct.* &
3 vsufructus non est in bonis, nec extra bona, *ad tex. in l. 1. ff. de Vsufruc. lega. & in l. seruos autem suos, & l. si quis seruos. ff. de leg. 3.* & facit tex. Bullæ, dum dicit (*super proprietatibus suis*) quod intelligitur de pro
4 prietario, non de vsufructuario, *l. rectè dicimus. ff. de verbor. obligatio.* vbi rectè dicimus feudum tantum nostrum esse, etiam cuius vsusfructus alienus est, quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis
5 est, & via, & iter; & vsusfructus alienari non potest, *ad tex. in l. si vsusfructus, vbi gloss. ff. de Iur. dot. & in l. si vsufructus, C. de vsufructu. §. finitur, vbi gloss. Institut. eod. tit. Neguſ. de pignor. 3. memb. 2. par. nu. 9. Couarru. variarum resolut. lib. 1. c. 8. num. 7. Pinell. de bon. mater. part. 3. nu. 6. & num. 38.* & consequenter nec super eo constitui poterit
6 ius pignoris, vel hypothecæ, aut redditus annui, *ad tex. in l. 1. §. eam rem, ff. quæ res pign. & l. vltim. C. de reb. alien. non alienand.* & facit
7 quod dum fit mentio in statutis propriè de domino, intelligitur de illo qui est verus dominus, & qui habet verum dominium, cum verba debeant capi propriè, & in vero significatu, & non fictè, *ad tex. in l. si quis aliquid dari, C. de bis qui veni. impetr.* & sic non ve-
8 nit vsufructuarius, vt dixerũt *Bar. & Angel. in l. in vẽditione, ff. de bon. auth. iudic. possid.* & secundũ hanc opinionem fuisse iudicatũ refert *Iacob. Chirco*, & vidi aliàs iudicatum in Tribunali Sancti officij, vt adnotaui *ad Petr. de Grigor. in loco præallegato, num. 83.*

9 Contrarium autem determinauit *Milanen. in decis. 9. num. 36. lib. 2.* ex verbis eiusdem Bullæ Nicolai V. quæ seruatur in Regno, ibi (*super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum,*) & ibi (*super rebus, & proprietatibus suis, facultatibus, emolumentis earundem*) per quæ verba non est restricta subiugatio ad bona stabilia, & proprietates tantùm, sed etiã ad redditus, emo-
10 lumenta, iura, & res in principio, & in medio res, & proprietates suas, ac facultates, & emolumenta; & tamen appellatione (*rei*) veniunt iura, & actiones, *gloss. 1. ff. de*
11 *stat. homin. Alexan. consil. 99. numero 7. & 8. vol. 4. Ioann. Petr. Molign. in tractat. de appellatio. verb. vtriusque iuris, numero 980.* Item dicit ipse vsusfructus est do-
12 minij pleni pars, secundum *Bartol.*

tol. in l. 4. ff. de vsufructu. & inter
13 bona immobilia computatur, *ad notat. in L. corruptionem, C. de vsufruct.* & dicitur fundi integralis pars, non quotatiua, *Bartol. & cæteri in l. qui vsumfructum, ff. de verbo. obligatio.* & per consequens siue vsusfructus dicatur res, seu ius, vel emolumentum super quibus potest subiugatio imponi, prout dictum est, semper subiugatio subsistet super vsufructu; & ita refert iudicasse, & fuisse per alios Iudices in primo iudicio iudicatũ.

Fuit conclusum in Consistorio
14 quod opinio Milan. sit verior, & procedat durante vita vsufructuarij subiugantis; secus vero eo mortuo, quo casu consolidato vsufructu cũ proprietate euanescit omnis hypotheca *ad text. in l. lex. vectigal. ff. de pignor. & resolnit. Felician. de censib. lib. 2. cap. 4. num. 4. in fin.* licet in prima instantia
15 stante priuilegio Regiæ Pragmaticæ ante factam solutionem hæc exceptio non admittatur, cum sit exceptio resolutionis dominij, vt
16 dixi in *addit. ad Petr. de Gregor. in d. quæst. 5. num. 92.* & secundum prædicta iudicauit Consistorium die 1. Augusti 1603. pro Hieronymo de Anna, retractando executionem in causa oppositoria.

SVMMARIVM.

1 *Maritus habet beneficium deducto ne egeat, & num. 5.*

2 *Beneficium deducto ne egeat competit marito tam pro dote quam pro dotario.*

3 *Maritus non potest renuntiare beneficio deducto ne egeat, etiam cum Iuramento.*

Limita in extraneo dotante, num. 7.

Amplia num. 8.

4 *Maritus non habet beneficium deducto ne egeat contra extraneum dotantem.*

Sed tantum cum vxore.

6 *Beneficium deducto ne egeat competit marito ob reuerentiam maritalem.*

Amplia contra hæredem vxoris, numero. 9.

ARGVMENTVM.

Beneficium deducto ne egeat quando competat marito aduersus hæredes vxoris.

DECISIO XCIII.



CAesar Morellus conuentus pro restitu-
1 tione dotium dicebat sibi competere beneficium deducto ne egeat ob reuerentiam maritalem, *ad text. in §. Item si de dote, vbi Ang. num. 5. Institutio. de action. l. maritum. l. si maritus, & l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrim. l. non tantum, ff. de re Iudic. & l. 1. §. cum autem, C. de rei vxor. acti. vbi Doctor. Caual. decis. 21. num. 10. part. 4. Affl. decis. 222. Matthæs. Sing. 261. & Barz. decis. 56. num. 19.* quod procedit tam in
2 dote, quàm in dotario, vt dixit *Anell. de Bottis. in addit. ad consuetud.*

tud. Neapol. in verb. limita. fol. mihi 234. vbi ita iudicatū fuisse testatur, *Vinc. de Franch. decis.* 164.
3 *num.* 4. in tantum quod maritus non potest huiusmodi beneficio renuntiare etiam cum iuramento, vt dixit *text. in d. l. alia, §. eleganter, & gloss. in d. l. maritum, ff. solut. matrim. vbi Bartol. & cæteri Doctor. magis communem testatur Couar. in 2. part. relect. in princ. num. 4. versic. Postremo ex hac ad cap. quamuis de pact. in 6. Ceph. cons.* 300. *num.* 33. *Vinc. de Franch. d. decis.* 164. *num.* 13. subdens ita fuisse iudicatum.

Sed ex aduerso dictū fuit, quòd maritus tunc habet beneficium prædictum, quando conuenitur ab eius vxore soluto matrimonio
4 ob repudium, vel diuortium, vel ingressum religionis, & hoc ob reuerentiam, quam vxor præstare tenetur marito, & nō in extraneo dotante prout erat casus de quo agebatur, *ad tex. in d. §. item si de dote, ibi (Item si de dote in iudicio mulier agat,)* & ibi hoc expressè notat *Iason num.* 1. *& num.* 5. mouet quæstionem quando conuenitur ab alijs, & se remittit *ad DD. in l. si prior, ff. solut. matri.* eodem modo *tex. in l. maritum, & l. alia, ibi (si tantum vxori præstat,) & ideo gloss. in d. l. maritus*, firmat *casum illius legis cum sequent.* quando maritus conuenitur ab vxore quod tunc habeat huiusmodi beneficium; ad idem *text. in d. l. non tantum, ibi (maritus ab vxore in iudicio conuentus,) & pariter tex. in d. §. cum autem, ibi (vxori illico) &*
ideo *Doct.* qui ex professo priuilegium hoc maritale examinant, semper formant quæstionem expressè, quando maritus ab vxore
5 conuenitur, & illud inde pluribus modis limitant, prout vltra allegatos est videre per *Brun. qui latissimè oīum de hoc agit in trac. de cessione bonor. p.* 4. *q.* 20. *nu.* 1. *Surd. de aliment. q.* 78. *nu.* 13. *Doct. in d. l. maritum, & præcipuè Angel. Rom. Alexan. & Crot. qui ita intelligant iura prædicta. Ioan. Gutier. de contract. Iura. c.* 161. *nu.* 47. *Gaspa. Beati de debit. Inop. c.* 3. *nu.* 5. *&* 12. *& c.* 17. *nu.* 35. *Mand. consi.* 80. *Molin. de*
6 *contract. disput.* 442. *nu.* 6. *par.* 2. & hæc est ratio qua mouentur Doct. præall. dum determinant quod huiusmodi benificio renuntiari non potest, nam debetur marito ob reuerentiam maritalem, quòd quidem ius reuerentiale remitti non potest, & esset contra bonos mores, *ad tex. in d. §. eleganter, vbi omnes scribentes, & aduertit Alex. in d. l. non tantum, nu.* 9. *&* 11. *ff. de re Iud.* & ita procedit distinctio *glo. in l. si conuenerit, ff. de re Iud. & glo. in l. si quis crediderit, ff. de pact. & gloss. in c.* 1. *vbi omnes Canonistæ extra de donat. int. vir. & vxo.* & ideo in extraneo dotāte vt hic; quia cessabat ratio reuerentię, cessare
7 videbatur huiusmodi beneficium, vt in puncto voluerūt *Imol. in l.* 2, *col. fin. versic. suspectus, ff. solut. matrim. & ibidem Bar. num.* 18. *Roma. nu.* 49. *& Crot. nu.* 56. *& Ias. nu.* 26. qui dicunt esse valde notandum; & ampliatur procedere etiā
8 si maritus dotem ab vxore receperit,

rit, sed alij, quam vxori restituere promiserit de voluntate vxoris, tunc enim in solidum tenetur, nec habet beneficium prædictum, vt dixit *glos. notabilis in d.l.2. princip. versi. suspectum habet, & posuit pro regula Soc. in suis reg. in verb. Maritus, limit.6. Alex. in d.l. maritum, limit.12. Brun. in d. quæst.20. nu.17. lim.10. versic. decimus casus, & facit gloss. in d.l. si prior. ff. solut. matr. & ibi Bar. Alber. Alex. Castr. et alij Doct. & maxime Ias. in l. Nesennius, ff. de re Iud. vbi gloss. Imol. consf.102. nu.16. Campeg. de dot.3. par. quæst.* 326. licet in hoc vltimo inspicienda esse verba promissionis concludant, si tacitè vel expressè renuntiatum esse dicatur, quod non facit ad casum nostrum, & secundũ prædicta iudicauit Consistoriũ, & sententia in iudicio reclamationis fuit confirmata de anno 1604.

Est tamen aduertendum, quod in hærede vxoris aliter esset dicen-
9 dum vt aliàs fuit iudicatum in M. R.C. pro V.I.D. Carolo Liorsa, *per text. expressum in l. si post diuortium, ff. solut. matrim. vbi Docto. dicunt*, quod licet hæredes vxoris nõ teneantur ad reuerẽtiam marito, tamen maritus conseruat sibi priuilegium quod habet contra vxorem, cui tenebatur ad dotis restitutionem, nec illud amittit sine facto proprio ob mortem mulieris, aliàs fieret conditio mariti deterior ob mortem vxoris, vel ex cessione iurium, quam post diuortium posset vxor facere, & Doctores loquuntur in omni casu quo agatur ex persona vxoris, & illam repræsentat, vnde exceptio, quæ obstaret vxori si ageret contra maritum, obstabit eius hæredi, ita *Alex. & alij in d.l. post diuortium*, qui concludunt, quòd mutata persona vxoris non mutatur priuilegium mariti sine facto proprio.

SVMMARIVM.

1 *Contractus iuxta formam bullæ constitui potest pro pecunijs postea exactis.*
Contra num.2.8.& 10.
3 *Pactum quod interim non soluta sorte non currant censualia non facit venditionem iuxta formam bullæ, num.3.*
4 *Verba bullæ ibi (pretij, seu recepti) denotant pretium receptum, non recipiendum.*
5 *Fides de pretio haberi non potest in contractu iuxta formam bullæ, & quando dicatur, num.6.& 11.*
7 *Pretium debet interuenire de præsenti in contractu iuxta formam bullæ.*
Amplia num.9.& 12.
13 *Census excedens decimam partem iusti pretij subsistit pro parte sortis solutæ.*
14 *Donatio requirens insinuationem, si excedat summam quingentorũ aureorum erit valida infra dictã summam.*

ARGVMENTVM.

Pretium in constitutione cẽsus iuxta formam bullæ an debeat interuenire de præsenti.

DE-

DECISIO XCIV.



Agna fuit quæstio in Regno in quo frequẽtissimus est contractus emptionis redituum iuxta formã Bullæ Nicolai V. an in constitutione census prædicti pretium debeat interuenire in continẽti, nam
1 *Milan.dec.2.lib.2.* inquit validum fuisse iudicatum contractum censualẽ ex pecunijs exactis post eius celebrationem, & voluit *Conrad. de contract.tracta.4.q.79.* versic. secũda suppositio, dum quæ sint substantialia contractus emptionis cẽsus quærit, pretium conuentum, & constitutum licet non numeratum sufficere arbitratur, & post eum *Honded.consil.17.nu.21.vol.2. Sot. de Iust.& Iur.quæst.5. artic.1. Nauar.de Vsur.nu.88. Ludouic. Molin. de Iust.et Iur.tom.2.disp.389. Emanuel Rodriques, et Anton.Gomez in exspl.bullæ Pij V.Viui.dec.396.nu.5.lib.2.*

Cõsistorium autem in causa Syluij Signorino cõtra Hieronymam
2 de Franco contrarium iudicauit, confirmando sententiam M. R. C. secundum doctrinam *Petr.de Greg. super dict.bulla Nicolai, nu.20.* quia interim annualia iura cẽsualia currerent, & sors seu capitale non reperiretur esse solutum, & subdit quod non soluta possent retineri, & soluta repetita tanquam interesse capitalis nondum soluti, prout voluit *gloss.in l.curabit, C.de acti.empt.gloss.& Doct.in l.1.C. de summa trin.& fid.cathol.* in tantum quod
3 si partes paciscerentur vt isto interim non soluto pretio iura censualia non currant, tũc non diceretur venditio iuxta formam bullæ, sed esset promissio de vendendo, vt declarat *gloss.in l. Iulianus, §.si tibi, ff. de actio.empt.* & faciunt verba ip-
4 sius bullæ ibi (*principalis pretij seu recepti*) quæ denotant pretium census receptum, & non recipiendum ad validitatem ipsius contractus, & sic excludunt haberi fidẽ de pre-
5 tio, cum sint verba præteriti temporis diuersa, & contraria à futuro, determinat idem *Petr. de Greg. ibidem, quem sequitur Campixan. in quadam apostilla ad bullam prædictam. Felician.de censib.lib.2. cap. 5.num.17.versic.tertio, & vltimo, fol. mihi* 189. vbi alios allegat, aliud enim non est habere fidem
6 de pretio quàm si diceretur, quod pretium soluatur ad certum terminum, vt dixit *Bertachi.de Episc. in 4.part. lib. 4. quæst.43. versicul. quando autem dicatur, Cyn. & post eum Salicet. in l. inciuile .C. de rei vend. Matthæ.Brun.consil.50.num. 3.circa mediũ.* & contractus ex quo
7 deficit in forma, & sic in receptione pretij, est ipso iure nullus, *D. Ioan.Franc.de Pont.cons.64. nu.27. & cons.81.nu.7.vol.1.* nec validus dici poterit si pecunia post tempus
8 fuerit soluta, quia talis solutio nõ potest tribuere formam, & essentiam contractui subingatorio antea facto, nisi de nouo fieret contractus cum nouis pactis, & conuentionibus, vt consulit *Are.in cõsil.128.col.2.* vbi in contractu emptio-

T 3

ptionis, & venditionis à principio non interuenit consensus, sed post tempus, determinat ibi, quod contractus est nullus, quia cum à principio defecerit vnum de substantialibus ipsius contractus, etsi ex post facto interuenerit, non fuit sufficiens ad validandum contractum ipsum, sed requirebatur, quod de nouo celebraretur, & ratio est quia partes non possunt resuscitare obligationem iam extinctam, vt dixit *Bald. in cap. Imperialem, §. insuper, de prohib. feud. alien. per Fed. Doct. omnes in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Surd. decis.* 113. *Milan. decis. 8. nu. 48. lib. 2. & ante eum Vasq. de successi. creat. §. 26. limit. 31. nu.* 101. quã opinio nẽ in terminis approbauerunt *Ludouic. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 57. versic. ad quartum argumentũ, fol. mihi* 364. *Nauar. in tract. de Vsur. num. 85. Michael de Palatio lib. 4. praxis Theologicæ cap. 6. fol. 309. Marc. Anto. Berarduc. in summa Coron. Confessor. tit. de Vsur. circa contract. censu. Redoan. de reb. Eccles. non alien. rub. de Constit. annu. reddi. q. 18. num. 2. Rebuff. tom. 2. ad constit. Gallic. tract. de cõstit. reddit. art. 1. gloss. 5. Boccat. de censib. c. 18. num. 213. tom. diuers. p. 2. Pizarro ad statutum de Guadalupe glos. 10. verb. y futuros, & optimè idem Felicia de censib. lib. 1. cap. 8. num. 11.* versic. quarta conditio est, & in loco preallegato vbi multis comprobat fundamẽtis, & maximè in nouissimis *add. nu. 6. vbi n. 9.* ampliat etiam si in continenti post perfe-
9 ctum contractum censualem fiat solutio, *Azeuedo in commentar. ad l. Recopil. de nouo additas in l. 10. tit. 15. lib. 5. noua Compilat. nu. 3.* & ex regnicolis vltra *Petr. de Gregor. & Campix. supra relatos, voluit Cannet. in quibusdam alleg.* pro Cæsare de Cannitio cõtra Hieronymũ de Centurione, quas originaliter habeo *in vol. 1. alle. fol. 391.* vbi firmat contractum subiugatorium in quo solutio pretij facta fuerat post decem & nouem dies, esse nullum ex prædictis rationibus, & idem fuit iudicatum per M. R. C. & in Sancto officio per binas vices pro illustrissimo, & Excellentissimo Marchione Hieracij contra Baronem Castellutij de anno 1599. per Doctissimos viros, vt alias adnotaui *ad Petr. de Gregor. in d. quæst. 5. num. 22. cum sequẽtibus.* Nec obstabat *Decis. Milan. 2.* cum ibi à principio census fuerit constitutus cum pretio recepto; nam
10 venditor habuerat iura cessa contra nomina debitorũ, & sic à principio fuit satisfactum de pretio ipsi venditori stante eius voluntate, secùs vero quando à principio fuerit Conuentum de pretio de contanti, & solutio fieret post tempus, eo enim casu deficit consensus vẽditoris, qui aliter censum non constituisset, si pretium de contanti habere non sperasset, secundum *gloss. in l. 2. in verb. conuentio, ff. de contrah. empt. Mozz. de emptio. & vendit. tit. de substantia. num. 55. in fin.* & non potest dici quod vendi-
11 tor habuerit fidem de pretio, *ad text. & ibi Bart. in l. si quasi, ff. de pignor. actio. glo. in d. l. inciuile, C. de*

de rei vendic. Fab. de Mont. de empt. vendit. quæst. 5. nu. 37. cum seq. Fan. de Pigno. 3. mem. 6. par. nu. 39. licet in terminis Bullæ nostræ nō possit haberi fides de pretio.

Nec pariter vrgebant tradita per Corrad. Molin. & alios, nam ipsi loquuti sunt in terminis motus proprij Pij V. cuius bulla in Regno non est in vsu, vt dixi ad Petr. de Gregor. quæst. 7. num. 33. & nihilominus communis opinio omniū Canonistarum est in contrarium, vt testantur Pizarro vbi supra, & Michael Solon. in 2. tom. de Iustit. disput. de censib. artic. 3. controuers. 6. col. 1291. Item ipsi præsupponunt, quod venditor census in effectu ante ipsius constitutionem receperat pecuniam illi æquiualentem, secus tamen erit si nec pecu-

12 niam, nec rem aliquam æquiualentem receptam habebat, vt dixerunt Felician. in d. lib. 1. cap. 5. num. 17. in fin. Azeued. in loco præallegato, & ante eos Anton. Gomez. in d. tit. de censib. num. 14. cum seq. versi. 18, vbi ita intelligunt prædictam conclusionem, & est communiter recepta ab omnibus quos ipse viderim.

Non omittā dicere quod si fue-

13 rit constitutus census vnciarum decem quolibet anno pro capitali vnciarum centum, de quibus in cōtinenti fuerit soluta aliqua pars tantum; quod pro illa parte census rectè constitutus dici poterit, & sic vitiabitur in eo quod excedit decimam partem iuxta formā bullæ, vt dixit Petr. de Gregor. super bulla Nicol. quæst. 7. num. 4. ex dicto Bald. in cap. 1. col. fin. de iureiur. quā sententiam ibi in apostill. nu. 21. comprobaui ex l. eos, §. si quis autem, C. de vsur. vbi vsuræ permissæ vltra formam legitimam ibi traditam in sortem computantur, & nō aliæ legitimæ. & ad idem facit tex. in l. vsura, & l. placuit, & l. pecuniæ, & ibi gloss. ff. de vsur. l. si autem, & l. quod cum, C. de Sacrosanct. Eccles. l. 1. §. si stipuler, et ibi Doct. ff. de verb. obligat. & l. sancimus, C. de donat.

14 vbi donatio, si excedit summam quingentorum aureorum, requirit pro forma insinuationem, & tamen si non fuerit insinuata, non vitiatur tota donatio, sed in eo tantum quod excedit dictam summā; & licet hoc sit introductum pro formā, tamen quando sumus in materia separabili vt in quantitate, vtile p inutile non vitiatur, imo vnū separatur ab alio per iura pdicta, & voluit Gabell. Milleloq. 266. num. 6. & hanc eandem opinionem firmant Bongior. & Paucald. super eadem bulla, quos refert, & sequitur Milan. decis. 2. num. 60. cum sequentib. lib. 2. Natta cōs. 497. num. 11. lib. 3. & communem opinionem dicit esse Blas. Lanc. super ead. Bull. & ibidem Saccanus, vbi refert ita semper temporibus suis fuisse iudicatum per M. R. C. & notant Decian. respon. 105. num. 26. vol. 2. Canalc. decis. 35. nu. 33. par. 1. Molin. de Iusti. & iur. lib. 2. disput. 390. litera D. Moder. Parisie. de Vsur. quæst. 10. num. 139. Foller. de Censib. in verb. nihil vltra, num. 5. & tenent multi alij, quos refert Felician. de censib. lib. 3. cap. 9. nu. 12.

licet ipse dissentiat, & secundum prædicta iudicauit Consistorium pro Ioseph Solito, de mense Iunij 1604. confirmando sententiam M.R.C.& aliàs fuit iudicatũ in Sãcto Officio pro Octauio lo Burgio contra Iacobum Staiti.

SVMMARIVM.

1 *Sors census iuxta formam Bullæ debet esse demortua.*
2 *Emptio nõ dicitur, sed mutuũ, si sors ex pacto efficiatur repetibilis.*
3 *Pactum appositum pro securitate census est validum stante Bullã Nicolai V.*
4 *Pactum, quod si venditor sit in mora soluendi teneatur ad sortem, validum est.*
5 *Mora est delictum.*
6 *Repetitio sortis quę fit ex culpa venditoris licita est, & num.7.*
8 *Vsurę currũt pẽdente lite super sorte.*
9 *Pactum, quod sors peti possit ad effectum emendi alios redditus pro securitate census, validum est.*

ARGVMENTVM.

Pactum appositum in contractu censuali iuxta formam Bullæ, quod in aliquo casu possit peti sors capitalis, an sit validum.

DECISIO XCV.



PActum adiectum in contractu subiugatorio iuxta formam Bullæ, quod casu quo bona subiugata repetiantur obligationi obnoxia, siue hypothecata, vinculata, vel alteri vendita, possit per emptorem peti sors principalis, videbatur cõtra formam ipsius bullæ Apostolicæ, per quam requiritur, quòd pecunia principalis pretij sit demortua, ita, quòd per emptorem à manibus venditoris aliquando repeti non possit, vt dixit *Petr. de Gregor. in commen. eiusdem Bullæ, quæst.5. num.33. Couar. var resol. lib.3.c.7. nu.2. vers. Secunda ratio, & c.9.nu.4. Gail. pract. obseru. lib.2. obseru.7. nu.14. Gabell. de Vsur. q.51. & 52. Ioan. Lup. de Vsur. Comm.2.§.2.nu. 69. Turrett. cons.91.num.10.15. & seq. lib.1. Boccac. de censib. p.1. nu.16. cum similibus qui allegari solent*, si enim emens censum posset sortem repetere, nõ esset emptio, sed mutuum, cum emptor de iure teneatur facere pretium venditoris, *ad text. in l. ex empto, §.1. ff. de actio. empt.* & consequenter contra formam contractus emptionis, vt dixit idem *Boccac. de censib. p.1. nu.3. Felici. de cens. lib.1. c.10. nu.18.*

Contrarium autem iudicauit Consistorium pro Ioa. Dominico Fragapane, contra Euã de Alberto in anno 1600. ex verbis eiusdem Bullæ Nicolai, ibi (*cum opportuna contrahentium securitate, euictione, & indemnitate,*) & ibi (*promissiones, stipulationes pœnis, & aliis cautionib. vallatis, et alia quæcumq; de quibus inter ementes, & vendentes huiusmodi censualia conuentum, & in pactũ deductũ fuerit,*) & hoc in fauorẽ emptoris vt libere possit absque

que impedimēto censum exigere; vnde infertur quod emptor cēsus potest apponere quæcunq; pacta tendentia pro securitate census,
3 prout erat pactum prædictū, cum respiciat census securitatem in casu euictionis, vel molestiæ, vt expressè firmat *Hiero. Gabr. in cons. 152. vol. 1.* quo loci habetur vali-
4 dum esse pactum in contractu cēsuali appositum, quòd si venditor sit in mora soluendi censum, emptor possit sortem repetere, cum ex mora, & culpa venditoris census id liceat, & mora est delictum,
5 maximè in eo qui iurauit, *ad tex. in l. si quis maior, cum ibi not. C. de transact.* & quia tunc pretium repetitur à venditore nō inuito, sed volente, quoniam delinquēdo cōsensit, *l. 1. § bestias, vbi glo. in verb. onerati, ff. de postulan.* & ideo non videtur prohibita repetitio, quæ fit culpa ipsius venditoris, idem
6 voluit *Blas. Lanc. in apostilla ad dictam Bullā, in verb. Demortua,* dum dicit, quod licet ex parte emptoris sors debeat esse demortua, & nunquam peti possit, hoc est verū regulariter; secus autem quando
7 sua interest, nā tunc illā consequi posset, per *tex. in l. quæsitū, ff. de pign.* idemq; *sequutus est Prouinz. ibidem allegans Alber. in l. fin. col. pe. vers. est etiā notandum, C. de iur. em-*
8 *phy.* & interim currunt vsuræ, *l. 1. C. de Iud.* & hanc eandem opin. tenent *Io. d. Olano in sua Concordia, et noua re ustione Antinomiarū iuris cōis, & Regij, litera A, nu. 112.*
A ... bi ait hanc conuentionē frequentissimā esse in Regno Nauarræ, & semper admittendā esse, *Guti. li. 2. pra. q. 175. Medina de Vsur. q. vlt. de Cens. Lud. Moli. de Iusti. & iur. li. 2. disp. 391. claus. 11. fol. mihi 917. Nauar. de Vsur. n. 118 & seq. Gaspa. Roder. de ann. reddi. lib. 2. q. 1. nu. 4.* vbi ponit alios casus quibus licita est sortis repetitio: etsi ipse *nu. 7.* teneat pactū prędictū vitiari, sed nō vitiare contractū, subdens ita fuisse iudicatū, & in hoc sequitur *Milan. decis. 2. nu. 98. lib. 2.* & prędicta confirmari videbātur in casu proposito, quia petitio sortis facta fue
9 rat ad effectum de ea emendi alios redditus pro securitate cēsus, quā pactionem approbat *Felicia. ex aduerso relatus, & post alios Milan. in d. decis. 2. nu. 104.* Et idem fuit determinatum in Consistorio confirmando duas alias conformes pro Antonio Gerbino contra Antoniū Bertuni de anno 1595.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium amittitur per non vsum, ob lapsum decennij.*
Amplia in priuilegio extrahendi vetita à Regno, num. 2
3 *Priuilegium non attenditur, sed vsus possessionis.*
4 *Possessio probatur per inuestituras, et priuilegia.*
5 *In dubio iudicandum est priuilegium durare.*
6 *Priuilegium per non vsum amittitur quando voluntariè eo vsus non fuerit, & num. 7.*
8 *Priuilegiū concessum ob seruitia præstita per non vsum non amittitur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Priuilegium per non vsum an amittatur.

DECISIO XCVI.



PRæsentatis priuilegijs Baroniæ, & Castri Siculianæ cum iuribus tractatarum corã D. Vito Sicomo Tribunalis Regij Patrimonij Fisci patrono meritissimo per Baronem eiusdem Terræ prætendentem nouam inuestituram ob mortem Inuictissimi olim Regis nostri Philippi II. fuit per eundem prouisum, quòd sibi concederetur pro Baronia, & Castro, & de iuribus tractarum duarum mille quingentarum tantum; & quia inter alia, quæ Baroni concessa reperiebantur in vim suorum priuilegiorum aderant Cantarata mille caseorum, quæ à Regno extrahi poterant, fuit pro parte Baronis petita reuisio coram Sacro Regio Consilio de supradicta prouisione, vbi causa introducta dicebat Fiscus, quod priuilegium prædictum
1 cantaratorum casei erat amissum ob non vsum eorum per decennium, *ad textum in l. 1. ff. de nundi. vbi Bart. in l. fin. ff. de const. Princ. glo. & Canon. in c. accidentibus, de præscrip. Doct. maxime Bal. Odoffred. Ias. Padigl. & cæteri in l. falso, C. de diuers. rescrip. Bellug. rub. 47. § sciendum. n. 5. Balb. de præscrip. 5. p. 5. p. prin. in 4. q. Fel. & Abb. in c. cum accessissent, n. 25. de constit. Rim. seni. consil. 302. n. 9. Capic. decisi. 134.* & hanc esse communem opinionem post *Dec. in d. c. cum accessissent, nu. 70.* dixit *D. Regius Consiliarius Carol. Tap. in l. fin. de con-*
2 *sti. prin. c. 1. n. 5. p. 6. et Greg. Lopez. in l. 42. tit. 18. p. 3.* vbi voluit idem esse in priuilegio extrahendi à Regno vetita, vt erat casus de quo agebatur, & licet in processu apparuerit quædam extractio facta, tamen fuerat non solum satis ante decennium, sed etiam vltra triginta annos. Insuper faciebat quod non attendendum erat priuilegiũ, sed qualiter eo vsus fuerit, quia
3 non priuilegium, sed vsus attenditur, & acquisitio possessionis vigore ipsius priuilegij, vt post *Bart. Bal. Plat. & alios dixit Alex. consil. 33. colum. 2. vol. 4. & Fel. post alios in d. cap. cum accessissent, num. 22.* & sic præsupposita dicta probatione non erat amplius disputãdum, nec in controuersiam deducendũ, si extractio prædicta competeret, vel non, vt post *Soc. in consi. 84. col. pen. versic. postremò, & col. fin. lib. 3. dixit Paset. consi. 18. nu. 40.*

At ex aduerso dictum fuit Baronem habere intẽsionem fundatam in priuilegijs, & inuestituris, ex qui
4 bus constabat de possessione Baroniæ, & tractarum, & fisco contrarium asserenti incumbebat onus probandi, vt pulchrè limitando dixit *Greg. Lopez. in præallegato loco; in verb. Asta trienta annos, in fin. & sequitur D. Carol. Tap. in præcitato loco circa fin.* pro quo faciebat quod in dubio iudicandum esset priuilegium durare, & non
5 esse extinctum, vt post alios notat

rat *Ioa.Vinc. Anna Alleg.46.nu.6.* Nec obstabat regula superius, ex aduerso allegata, quia ultra præcedentem limitationem in terminis nostris patiebatur alias restrictiones, illa enim procederet, quādo quis non est vsus priuilegio per decennium voluntariè, cum potuerit uti, secus si per ipsum non steterit quo minus uteretur, quia occasio se non obtulit, tunc enim per
6 non vsum priuilegium non amittitur, *argum.l.& Attilicinus, ff.de seru.rustic.prædior. per quem text.sic decidit gloss.ord.in cap.Abbate Sancti Siluani, in verb. ibidem, ante fin. de verb.signifi. vbi Butri.& Abb. Bartol.in l. filijs, per illum tex. C.de decur.lib.10.& in l.cum scimus, post principium, C.de agricol.& censi.lib. 11. Balb.in tract.de præscrip.4.part. 5.par.princip.in 4. quæst. num.3.& in 4.par.4.par.princip.quæst.14.nu. 17. Bellon.qui communem dicit consil.1. num.11. Anton. Padigli.in dicta l.falso, nu.4.C.de diuers.rescript. Felin.& Dec.in dicto capit. cum accessissent. Rimin.iuni.consil.56.volu. 1. Vincent. de Anna Sing. 400. Decian.consil.66.nu.65.vol.3. Masul. in addit. ad Cap.134. in princip. D. Fab.de Anna consil.59.num.74.* & *75.& consil.129.num.8. vbi nu.10.* refert hanc esse communem opinionem, & non habere contradictorem; & ratio est secundum eos, nam cum huiusmodi priuilegium tollatur decennio ex negligentia, quæ non cadit in eum, qui non habet facultatem faciendi, non potest amittere, sicut in simili lex tūc tollit per non vsum, quando data
7 est facultas vtendi, vt voluit *Bar.in §. & antea, in proem.digest. Cin.in l.2.C.quæ sit longa consuet. Balb. vbi supra dict.quæst.4.sub num.3.* & tamen in processu constabat quod vbi fuit occasio, Baro ipse priuilegio prædicto vsus fuerat in anno 1561. & nouiter anno 1600.

Itē nec procedere poterat regu
8 la prædicta in casu isto, in quo tale priuilegium extrahendi reperiebatur cōcessum Baroni ob multa seruitia, præstita per nobilissimos eiusdem Familiæ antecessores, quod transiuerat in contractum, *gloss.& Butr.in c.priuilegia, de priuileg. Calde.in consil. 1. de præscrip. Rim.sen. consil.388.nu.8.& 9. Bellugh.dict. rub.47.§.sciendum, nu.6. D.Carol. Tap.in prædicto loco nu. 8.*

Causa adhuc non est decisa.

SUMMARIUM.

1 *Obiectus contra testes non probati in causa principali admittitur in causa appellationis. Contra num.2.*
3 *Beneficium publicum est ne lites in longum protrahantur.*
4 *Falsitatis repulsa admittitur in iudicio appellationis.*
5 *Sententia lata ex falsis testibus non transit in rem iudicatam.*

ARGUMENTUM.

Repulsa an admittatur contra testes examinatos in prima instantia.

DECISIO XCVII.

IN causa Ioannis Mirabella cum Antonio Sebastio pendente in Consistorio

storio via appellationis sententiæ late per M.R.C. videbantur admittenda cap. præsentata in innouationibus circa reprobationem testiũ examinatorum in primo iudicio, & super eis produci debere testes,
1 cum non fuerint reprobati in primo iudicio, ex regula, non deducta deducam, & nõ probatum probabo, *ad text. in l. per hanc, C. de tempo. appellat. Thesau. dec. Pedem. 259. num. 2. Cather. decision. Pedem. 14. Guid. Pap. decis.* 500. vbi ait ita seruari de consuetudine Parlamenti, & veriorem esse opinionem dixit *Menoch. de arb. Iud. cas. 239. nu. 16.*
2 Cõtrarium tamen decidit *And. de Iser. in const. iurisperitorum, circa finem. Cumi. super Rit. 51. nu. 10. vbi ex Ioan. Aloys. de Septi. ita seruari ait. Affl. in decis. 266. & in dict. cõst. iurisperitorum, nu. 24.* qui refert ita fuisse iudicatum in Sacro consilio. *Maran. in Specul. 1. de testib. art. 13. num. 13. fol. 569.* quam opinionem esse communem refert *Suarez. cõmu. opin. verb. Testes. num. 177. Couar. pract. quæst. cap. 18. num. 5. Anna sing. 442. Capic. decis. 157. & ibi moder. adden. Thesau. dict. deci. 259. num. 4.* subdens ita fuisse per Senatum determinatum, licet *Affl.* non *alleget*, sed motus fuerit ex constit. ibi existente, vt finis litibus imponatur, & ne in longum protrahantur, quod est beneficium publicũ,
3 *cap. finem litibus, de dol. & contum.* limitando tamen in falsitatis re-
4 pulsa, quæ in iudicio appellationis admittitur, *ad not. per gloss. in cap. 1. de except. And. in dict. constit. iuris peritor. Affl. dict. decis. 266. et Vrsil.*
5 *ad eum, qui dat rationem*, nam sententia lata ex falsis testibus numquam facit transitum in rem iudicatam, quin saltem per viam restitutionis in integrum possit rescindi, vel annullari, *l. 1. & tot. tit. C. si ex fal. instrum.*

Et propterea Consistorium iudicauit, quod cap. prædicta starent, & testes producerentur circa falsitatem tantum, approbando secundam opinionem die 31. Octobris 1602. Prima enim opinio fundata erat ex cõsuetudine, & statutis particularibus, & licet *Menoch.* dicat de iure eam veriorem esse, tamen ipse loquitur per verbum forte, & dicit disputationem esse magnam.

SVMMARIVM.

1 *Retentio competit pro melioramẽtis.*
Amplia stante fideiussione de non liquidis nu. 2.
3 *Verba (solutis prius) apposita in sententia important conditionem.*
4 *Cõditio debet adimpleri in forma specifica.*
5 *Fideiussio de non liquidis non sufficit vbi in sententia aliquid dicitur restituendum esse solutis benefactis. Et num. 11.*
6 *Melioramenta si non sunt probata in processu non competit retentio.*
7 *Sententia mandans aliquid restituendum solutis priùs benefactis, exequi non debet si melioramẽta sunt probata, sed non constat de eius valore.*
Amplia non obstante cautione de nõ liquidis, nu. 8.
Sed contra si sunt illiquida, nu. 9.

10 Obla

10 *Oblatio cum fideiussione sufficit vbi debitum non est liquidum.*

12 *Restitutio rei non retardatur exceptione melioramētorum, cum parti datus fuerit terminus ad liquidandum.*

ARGVMENTVM.

Sententia an exequi possit non solutis prius benefactis stante fideiussione præstita de non liquidis.

DECISIO XCVIII.



DVit in Consistorio missum ad effectū ad instantiā Alfij Mendolaro, quod sententia cōtra eum lata per M.R.C. super restitutione cuiusdam territorij non debebat aliter exequi, nisi prius solutis benefactis, & melioramentis, prout expressè in sententia ipsa determinatum fuerat ibi (*solutis tamen prius benefactis &c.*) non obstante fideiussione de non liquidis præstita per Sanctorum, & Mariam Mino actrices; nam cum melioramenta rebus cohæreant, lici-
1 ta debet esse retētio quousque fuerit de illis satisfactum, vt tradunt *Bald. Salicet. Castrens. & alij in l. fin. C. commod. Bart. Alexand. & omnes in l. si non fortem, §. si centum, ff. de cō dit. indeb. Neguſ. de pignor. 4. memb. 5. part. nu. 14. Gozad. consil. 86. nu. 25. Rim. Iun. consil. 91. nu. 30. Vinc. de Franc. decis. 112. num. 1.* Nec ob-
2 stabat fideiussio de non liquidis, secundum *Ang. & alios in l. 4. §. 1. ff. de re iud.* quoniam verba senten-
3 tię repugnabant, ibi (*solutis prius,*) quæ verba prolata per ablatiuum absolutum sunt conditionalia; *ad text. in l. ab emptione, ff. de pact.* &
4 conditio debet adimpleri in forma specifica, & nō sufficit per ęquipollens, *l. qui hæredi, & l. Manius, ff. de condit. & demonstr.* & in terminis quod si verba sententiæ dicant aliquid esse restituendum solutis prius melioramentis vt erat hic,
5 quod non sufficiat fideiussio, dixerunt *Paul. de Castr. consil. 270. in 2. dub. num. 3. lib. 2. & consil. 166. eod. & consil. 247. vol. 1. Ruy. dict. consil. 84. num. 17. vol. 1. Crauett. consil. 147. & 148. lib. 2. Rim. Iun. d. consil. 91. num. 31. Decian. consil. 29. Capic. decis. 17. Put. decis. 471. num. 1. Neguſ. vbi supra numer. 10. Petr. Ant. à Petr. de fideicom. quæst. 15. num. 311. Ioann. Garsi. de expen. & melior. cap. 6. num. 19. fol. 273. Thom. 17. tracta. Caualc. decis. 42. num. 51. part. 1. Gallef. in form. Camer. obligat. par. 4. quæst. 2. num. 12.* referens ita per Rotam iudicatum fuisse in causa magni momēti: *Menoch. de recupe. possess. remed. 15. sub nu. 569. Pereg. de fideicom. art. 5. nu. 82. Bursat. consil. 60. num. 31. et consil. 184. num. 57. Benintend. decis. Bono. 77. nu. 11. Cartar. decis. Gen. 15. num. 10. Marzar. de fideicom. quæst. 66. per totam.*

Dicebā ego pro decisione huius articuli in cōflictu tot Doctorum posse fieri aliquos casus; & primò quādo in processu, super quo lata fuerat sententia, non erant proba-
6 ta, & verificata melioramenta, tūc enim

enim sententiam exequutioni demandari debere, dixerunt *Cuman. consil.* 103. *circa fin. refert Cagnol. in l. quatenus. in fin. versic. probatis melioramentis, ff. de regu. iur. Gallesi. ad form. Cam. oblig. nu.* 14. *Pute. dict. decis.* 461. *Marzar. in dict. quaest.* 66. *in princip.* quia sola illorum verbalis allegatio non erat sufficiens ad retardandam eius executionem, secũdum prædictos doctores.

Aut vero melioraméta sunt probata, sed non constat de eorum valore, & tunc subdistinguendum est
7 quod aut sũt liquida, vel pars vult incontinenti liquidare, & eo casu
8 non fit executio etiam præstita cautione, *Paul. de Cast. dict. consil.* 270. *nu.* 3. *Neguf. num.* 10. *Benintend. dict. decis.* 77. *sub num.* 12. *Contar. l. in repet. l. vnica, quaest.* 24. *nu.* 28. *C. si de momen. poss. Ludou. decis. Lucen.* 38. *num.* 19. *Pereg. de fideicom. art.* 5. *sub nu.* 82. *Carroc. de locat. & condu. tit. de expen. nu.* 22. *& sequent. Turret. consil.* 33. *num.* 24. *vol.* 1. *Surd. cons.* 188. *num.* 15. *vol.* 2. & ita fuisse Romæ decisum, & obseruatum refert *Lancellott. de attenta. quaest.* 29. *nu.* 8. *tom.* 5 *tract. fol.* 437.

9 Si vero sunt illiquida, tunc executionem dari, præstita cautione, voluerunt *Bar. & Alex. in l.* 4. *§. ait prætor, ff. de re iud. Bero. in cap.* 1. *nu.* 34. *de in integr. restit.* quia vbi debi-
10 tum non est liquidum sufficit oblatio cum fideiussione de soluendo quod à Iudice declaratum, et liquidatum fuerit, & ex hoc tollitur retentio concessa pro melioramento. *Benintend. dicta decis.* 77. *num.* 7. *cum seq.* vbi refert ita Bononiæ iudicatum. *Contar. in l.* 1. *C. si de momen. possess. quaest.* 24. *num.* 26. *Alciat. consil.* 63. *in fin. lib.* 9. *Pute. dict. decis.* 471. *num.* 6. subdens in hanc opinionem inclinasse dominos de Rota, & esse communem opinionem, & de iure veriorẽ, dixit *Rot. Roman. in decis.* 659. *in nouis, par.* 1. *Caualc. decis.* 28. *num.* 6. qui post infinitos per eũ more suo congestos ait ita obseruari.

Prædictam tamen cõclusionem intellige verum, dummodo in sententiã non fuerit dictum (*solutis*
11 *prius benefactis vel melioramentis, quæ compensentur cum fructibus,*) vt dixit *Vin. in decis.* 192. *par.* 1. *nu.* 3. vbi testatur ita iudicatum fuisse in Regia illa audientia, & ita eam intellexerunt omnes præallegati Doctores, & præcipuè *Benintend. in d. decis.* 77. *nu.* 11. *Capic. dict. decis.* 17. tũc enim exceptio prouenit ex verbis ipsius sententiæ, *Neguf. dict. nu.* 10. *Pute. dict. decis.* 471. *nu.* 2. *et* 3. *vbi ita respõdet ad decis. Cap. Gallesi. ibidem sub num.* 13. *Marza. dict. quaest.* 66. *versic. & vlterius. Bursat. dict. consil.* 184. *num.* 17. & secundum hanc conclusionem iudicauit Consistorium in causa prædicta die 20. Decembris 1602.

Quæ tanto magis procederet si ante exequutionem fuisset datus
12 terminus ad liquidandum, vt dixerunt *Pute. Gallesi. & post alios Cartar. in dict. decis.* 15. *nume.* 20. *Rota Rom. dict. decis.* 659. *num.* 2. *Contard. dict. quaest.* 24. *num.* 20. *&* 23. *Caualc. decis.* 32. *nu.* 1. *& seq. par.* 2. *& dict. decis.* 44. *nu.* 66. *et* 67. *par.* 1. & nõ semel iudicauit Consistoriũ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reuisio non datur non soluto prius debito, & expensis.*
Amplia etiam dando pignora nu. 2.
3 *Ritus imponit formam ibi (non aliter supplicans admittatur.)*
4 *Iudex nulliter agit procedendo contra iuris formam.*
5 *Tertius non auditur in reuisione non soluto prius debito iuxta formam Ritus.*
6 *Compensatio admittitur ad effectũ petendi reuisionem.*
7 *Creditor si agit actione reali non impedit debitorem succumbentem in petitione reuisionis. Et num. 10.*
Amplia num. 11.
8 *Ritus denegans audientiam in reuisione non soluto debito est correctorius iuris communis.*
9 *Reuisio conceditur condemnato de iure communi.*
12 *Carceratus auditur in reuisione non soluto debito.*
Amplia, num. 13.

ARGVMENTVM.

Ritus denegans reuisionem ante factam solutionem debiti, & expensarum declaratur.

DECISIO XCIX.

1 Petens reuisionẽ in Regno non aliter auditur, nisi soluto prius debito, & expensis legitimè taxatis, iuxta formam *Rit.*
2 *Regni 188. incip. item cum. petitur, in tit. de reuis. sent.* ita quod non sufficit dare pignora, vel fideiussores, *l. promissor, §. fin. vbi gloss. ff. de constit. pecun. gloss. & Bart. in §. venditur, Instit. de rer. diuis. Petr. de Gregor. in tract. de Iudic. caus. feudal. nu. 4. quæst. 52.* maximè quia Ritus im-
3 ponit formam, dum dicit (*non aliter supplicãs admittatur*) *Bar. in l. de his, C. de transact.* quo casu illud quod est positum pro forma, debet ad vnguem adimpleri, secundum *Bal. in auth. matri, & auiæ, C. quand. muli. tutel. offi. fun.* & ideo non potest adimpleri in suo æquipollenti, *Alex. post Bald. in l. 1. ff. de lib. & posthu. Petr. de Greg. in loco præallegato, & Cum. super dict. Rit. ordine suo 93. num. 7. & seq. vbi num. 31.*
4 subdit quod Iudice procedente cõtra formam statuti, omnia redduntur nulla tamquam facta contra legis prohibitionem, *Bart. in l. cum lege, ff. de fideiusso. & l. non solum, §. vbique, C. de iniur. & in l. prolatam, C. de senten.* quod eo magis suaderi videbatur parte opponente, & instante secundum eos, & prædicta procedunt tam in principali suc-
5 cumbente, quam in tertio petente reuisionem, per verba Ritus, ibi *Supplicans*, & fuit decisum in Consistorio die 18. Decembris 1600.

Aduertendum tamen est, quòd proxima conclusio tres patitur limitationes, & primo si debitor opponat exceptionem compensationis aliarum expensarum, quas fortè habet taxatas, & verificatas in alio iudicio; qui enim compensat soluit, *l. fin. C. de compensat. Ioann. Aloys. de Sept. & Cumi. super d. Rit. vbi ita seruari aiunt,* & nos iudicauimus

uimus in Consistorio pro Paula de Auara contra V.I.D. Ascanium Xi becha die 21. Martij 1601.

Secundo limitatur non proce-
7 dere quotiescumque creditor egit actione reali per interpositionem primi decreti super bonis debitoris, quæ sunt suffectuta, & lata sententia vel interloquutoria non est impeditus creditor quin possit procedere ad solemnia, & interponere secundum decretum pro eius effectiua satisfactione, & exequutione interloquutoriæ, quia tunc auditur debitor non obstante Ritu prædicto, isto enim in casu Ritus nil disponit, adeo quod vti casus omissus remanet in dispositione iuris communis, nec dictum capitulum erit intelligẽdum vltra quam loquitur, sed strictè, vti odiosum,
8 & correctorium iuris communis, per quod non solum licet ab omni verbo appellare, sed quando datur reuisio, iuxta formam *text. in L. si quis, & in auth. quæ supplicatio, C. de prec. Impera. offer.* non denegatur
9 condemnato audientia, licet victor possit exequi sententiam, præstito tamen iuxta formam *d. auth.* & facit regula, via quam elegisti tibi pateat, *ad not. per Gabr. post alios, conclus. 1. cum seq. in tit. de actio. Decia. consil. 22. num. 36. & 37. lib. 5.*

Item facit quia malitia credito-
10 ris non procedentis ad interpositionem secundi decreti, non debet nocere debitori, cum per eum non stat, quin exequatur sententia, quę fuit ratio dispositionis illius statuti. His accedit quod cõtrariorum eadem est disciplina, & propterea sicut si defectus solutionis procedit à debitore in pœnam non auditur, ita pariter cum procedit à creditore in eius pœnam, debitor debet audiri, & sic iudicauit Consistoriũ die 30. Octobris 1602. pro Cæsarea lo Munti contra Franciscam Zara, & in causa Comitis Buxemi cum Vincentio Giattino de mense Iulij eiusdem anni, & fuit iudicatũ in Sancto officio pro Don Fabio de Bononia, cum Don Francisco Maria de Bononia; & maximè prędicta limitatio procederet, si debitor intimasset creditori quatenus infra terminum Iudici beneuisum procederet ad interpositionem secundi decreti, alias eo elap-
11 so possit audiri in reuisione, prout fuit iudicatum in eodem Tribunali die 28. Ianuarij 1603. pro V. I. D. Ioseph Madonna contra Vitum lo Casali.

Tertio limitatur in eo qui vo-
12 luerit stare carceratus, donec causa reuideatur, dummodo non habuerit bona vnde soluere valeat, vt dixit expressè *tex. d. Ritus*, & iudicauit Consistorium pro Don Siluio de Pactis contra Donnam Lauream Valdina de anno 1605. & nota quod si debitor habeat, & possideat bona, sed ad instantiam credi-
13 toris fuerit pro debito prædicto carceratus, tunc poterit audiri in reuisione non soluto debito, & expensis, quia volente creditore auditur, & habetur ac si soluisset, *ad notat. per Bart. & Angel. l. solutioni bus, & in l. soluta, ff. de solut. cũ alijs adductis per Cumi. super dict. Rit. nu. 17. & 18.* & ita fuit votatum per

nos

nos in Consistorio in causa Iacobi Salmaniati contra Ioannem Fortem Natoli, licet in actis votum prædictum non fuerit redactum ex quo pars liti cesserat articulo.

SVMMARIVM.

1 *Possidens iure retentionis compensat fructus cum sorte.*
2 *Uxor, vel alius creditor qualiter sibi consulant vendendo pignus ne fructus sortem consumant.*
3 *Creditor non potest cogi ad recipiendum particulares solutiones.*
4 *Creditor non tenetur compensare fructus cum sorte.*
5 *Res pignori data potest vendi authoritate Iudicis.*
6 *Debitor potest rem adiudicatam repetere à creditore soluendo debitum.*

ARGVMENTVM.

Creditor cui per sententiam Iudicis est addicta res, vt eam detineat iure hypothecæ, vel pignoris, an possit petere infra certum terminum eiusdē rei solutionem, vel subhastationem.

DECISIO C.



Onsistorium declarauit nullum secūdum decretum interpositū super feudo della Solichialora de pertinentijs Baroniæ Petræ pro debito dotium de paragio, & eius intonsurijs ad instantiam Dōnæ Dianæ Barresi, solutis tamen prius per Baronem dicti feudi scutis sex mille septuaginta, & expensis factis, in M.R.C. taxatis, & per consequens ab illo die dicta Donna Diana possidebat iure retentionis seu pigno
1 ris, & compensabat fructus deductis expensis in sortem, *ad text. in cap. 1. & cap. conquestus, de Vsur. & l. si dominus*, & ibi *Doctor. C. de pigno. cap. illo vos, & cap. cum con tra, de pignor. Fan. de pignor. in 5. par. 5. memb. nu. 1. & seq.* vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus; fuit ex hoc dubitatum in Cōsistorio an Iuridicè processerit petitio per viā cedulæ in dicto Tribunali factæ ad instantiam dictæ Donnæ Dianæ, ad euitādum extinctionē sortis ob perceptionem fructuum, quod Baroni assignari de-
2 beret certus terminus ad reluendū pignus, quo elapso faciat tot de dictis bonis retētis æstimare per æstimatores expertos, vt postea subhastentur, & plus offerenti liberētur, et si non inueniatur emptor, per curiā sibi consignari debeant pro æstimatione, & fuit conclusum quod sic, die 22. Martij 1603. per doctrinam *Didac. Couar. var. resol. lib. 3. c. 18. nu. 4.* vbi non semel ita obseruatum, & definitum fuisse refert, qui in terminis dotis sequuti sunt *Caual. in tract. de vsufr. muli. reli. sub nu. 206. vers. vel et melius, Lud. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. ca. 6. nu. 7.* quæ conclusio confirmatur ratione, et æquitate, ne creditor cogatur inuitus particulares solutiones re-

pere, quas quidem omnino recipe-
3 re cogeretur computatione fru-
ctuum rei retentæ in ipsam sortem
principalem, *ad tex. in l. tutor, §. Lu-
cius, ff. de vsur. gloss. Bart. Alex. &
Iaf. in l. quidam existimauerunt, ff. si
4 cer. pe.* nec de iure probatur credi-
torem cogẽdum esse, vt pecuniam
creditam ex fructibus pignoris cõ-
sequi debeat, & si non posset rem
sibi per sententiam iure pignoris
traditam vẽdere, absque dubio cõ-
geretur creditor fructus pignoris
seu rei retentæ loco pecuniæ credi-
tæ recipere.

Item faciebat quia Iudicis sen-
tentia, quæ iubet creditorem rem
posse retinere, donec sibi de debi-
to satisfiat, nihil aliud agit, quàm
quod declaret rem illã iure pigno-
ris, & hypothecæ ad creditorẽ per-
5 tinere; sed ius pignoris, & hypothe-
cæ hoc habet à lege vt vẽdi possit
res ipsa data in pignus à creditore,
authoritate Iudicis, *l. 2. l. 3. et l. cre-
ditor hypothecas, C. de distract. pign.*
igitur si creditor posset absq; hac
declaratione vendere rem sibi in
pignus à debitore obligatam, ita
poterit vendere rem iure pignoris
ei à Iudice addictam, quodcumq;
id pignus sit. Præterea confirmatur
6 prædicta conclusio, nam cum debi-
tor à posse cuius fuit res adiudica-
ta, nil aliud habeat in re ipsa, nisi
quòd soluendo pecuniam credito-
ri debitam, potest rem ipsam ab eo
adiudicatam repetere, tam ex for-
ma Ritus, quàm de iure, *ad text. in
l. 1. C. qui pot. in pignor. habean. Ruy.
consil. 3. vol. 1. cum alijs similibus,*
merito nõ poterit impedire, quin
fiat distractio isto modo, facta æsti-
matione pro minori damno ipsius
creditoris.



CON-

CONSILIVM
DON GARSIAE MASTRILLI
REGII CONSILIARII,

Pro

D. ALOYSIA MASTRILLI
& Corbera Baronissa Terræ Tortoreti.

CONTRA

EIVS VASALLOS.

SVMMARIVM.

1 *Ius prælationis an competat Vasallis, si venditur Baronia per dominum.*
Contra, num. 43. 45.
Limita stante consuetudine, num. 46.
2 *Vasalli an dicantur serui.*
Contra, num. 50.
3 *Vasalli non alienantur inuiti.*
Amplia num. 5.
Limita num. 51. 52.
Intellige num. 53.
4 *Dominus non potest alienare in alios Vasallum.*
6 *Vasalli si alienantur, domino resistere possunt.*
7 *Dominus, & Vasallus sunt duo correlatiua.*
8 *Vasallus, & Dominus æquiparantur.*
9 *Vasallus non potest alienare inuito Domino, & è contra.*
10 *Verbis Regis attestantibus de pacto aliquo in priuilegiis creditur.*
11 *Terræ demaniales alienatæ in Barones soluto pretio admittantur ad demanium.*
Contra num. 57.
12 *Seruus pro noxa datus oblato pretio manumitti debet.*
Contra num. 58.
13 *Fiscus vendens rem communem requisito consorte vendere debet.*
Intellige de æquitate, num. 62.
14 *Socius præfertur empiori in venditione rei communis.*
15 *Vasalli tenentur Dominis in subuentionibus, & collectis.*
16 *Ius prælationis non competit Vasallis si vendatur iurisdictio criminalis, & num. 60.*
17 *Agnati admittuntur infra annum ad reuocandum feudum alienatum.*
Intellige, num. 63.
18 *Baro male tractans Vasallos cogitur vendere Baroniam.*

V 2 Et

AR-

ARGVMENTVM.

Prælatio an competat Vasallis in alienatione Baroniæ facta per Baronem: & an detur restitutio in integrum aduersus retractum Regi, seu Vasallis concessum, si tempus sit elapsum?

Inuocato Diuino præsidio.

DOn Fidericus de Moncata Baro terrę Tortoreti vendidit prædictã Baroniã cum iuribus, & pertinentijs suis Dõnæ Aloysiæ Mastrilli, & Corbera matri meæ, & hoc die 8.Octobris 1598.& die 27.eiusdem mensis procurator cæpit possessionem per expulsionem Vasallorum,& eorum acceptationem ingressum Castri, & bannum publicum.In mense Nouembris inde sequentis accessit illuc Dõ Hieronymus Mastrillus filius primogenitus Gubernator electus per Donnam Aloysiam, vbi fuit acceptus ab omnibus Vasallis cum festo, & signis notorijs lætitiæ noui domini,& Gubernatoris,qui amouit officiales,& fecit multa banna, vti Gubernator deputatus per dictam Donnam Aloysiam Baronissam,vt supra.De mense Iunij Iurati dictæ terræ creauerunt Syndicum ad effectum se reducendi ad Regium Demanium, qui Syndicus,& Iurati supplicauerunt Excellentissimo Proregi, & in causis fiscalibus ad cautelam Sua Excellentia prorogauit tempus anni, ad effectum faciendi depositum pretij,pro effectu prædicto se liberandi, & faciendi omnes Vasallos de Regio Demanio, & fuit concessa prorogatio ad menses quatuor, quę prouisio fuit exequuta in actis Iuratorum dictæ terræ.

Ex facto prædicto circa duo cõsultus, vt responderem, quorum primum est, an dictæ Vniuersitati, & Vasallis competat ius prælationis ad effectum reducendi se ad Regium Demanium, vel saltem ex quo annus est elapsus, & ipsius prorogatio, possint agere remedio restitutionis in integrum.

Secundum, dato quòd Vniuersitati non competat tale ius, an possit Vniuersitas prædicta petere hoc Demanium in beneficium Regis ex iure prælationis Regi competente, & pariter vt stante lapsu termini succurratur eodem remedio restitutionis in integrum.

1 Et quo ad primum respondendum videbatur, quod ius prælationis competebat prædictis Vasallis ex his, quæ solent allegari per *tex.in l.2.in fin.prin.ff.si lib. ingenu. esse dicat.*vbi habetur,quòd qui ad pretium participandum se vẽdere passus est,non prohibetur de libertate contendere, si pretiũ reddidisset,ad idem est *tex.in l.si quis,§.fin. C.de patrib. qui fil. distrax.*vbi licet patri,qui vẽdidit,aut ei qui alienatus est, vel cuilibet alteri ad propriam ingenuitatem repetere pretium offerendo: Idem etiam sentit *gl.in l.1.in verf.retinet,C.de bon.lib.*

& ibi *Doct. Sali. in l. 1. col. 2. ff. quib. ad libert. procla. non li. & text. in l. 1. cum tribus sequẽtib. ff. de libera. cau.* vbi licet patri, vel filio, & militi pro necessarijs personis, & mulieri bus et de cognatione, & patrono, & illis inuitis, seu ignorantibus de libertate cõtẽdere, ita & pariter dictis Vasallis pro consequenda libertate; cum iugo seruitutis quo-
2 dammodo astricti sint per infeudationem, *Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 21. de constitut. Crauett. consil. 6. num. 110.* vbi subditos appellat seruos obedientiarios, & *consil. 241. num. 15.* vocat contractum feudi continere seruitutem personarum, & rerum.

Secundò, quia de iure commu-
3 ni Vasalli non alienantur inuiti, *gloss. in l. inuitus, ff. de fideicomm. liberta.* quæ indistinctè loquitur, siue in Vasallis Regis, siue Baronum, desumpto *argum. à d. l. inuitus*, quæ loquitur de seruo vt alteri inuitus tradi non possit, manumittatur, & ab eadem *l. glossa facit argum.* quod dominus nõ potest alie-
4 nare in alium Vasallum, *capit. 1 §. ex eadem lege, in prin. de leg. Corrad. & cum gloss. tenent Doct. in cap. dilecti, de maiorita. & obedien. Doct. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus. vbi Andr. num. 47. de prohibi. feud. alien. per Feder. Grat. cons. 197. num. 7. lib. 1. Neuiza consil. 12. num. 108. inter consil. feudalia Brun. Crauett. consil. 241. Gabri. de Iur. quæsi. conclus. 8. nume. 1. Duen. reg. 215. Menoch. consi. 32. num. 20. & consi. 264. num. 30. lib. 3. & in tractat. re. cuperan. possessio. remed. 10. nu. 81. Alciat. consil. 167. alias cons. 7. Tom. 1. lib. 3. Ceph. consi. 18. num. 23. Pancirol. cõsil. 119. Bursat. consil. 160. nu. 1. lib. 2. & consil. 350. num. 1. lib. 4. Surd. consi. 208. nu. 17. lib. 2. Clar. in §. feudũ, quæst. 28. Petr. de Gregor. in tract. de concession. feud. p. 7. quæst. 4. nu. 18.* & ibi *in addit. allegaui Menoch. in alio consil. 377. nu. 10. Hyp. Rim. consil. 601. nu. 33. Cacher. Osas. consil. 49. nu. 3. & seq.* & hanc conclusionem multi Doct. procedere
5 intelligunt, siue alienatio fiat in inferiorẽ, & siue in parem, aut superiorẽ, prout indistinctè hãc opinionẽ procedere voluit *Cin. in l. 1.* & ibi *Sal. C. de nouat. Ioan. Fab. in §. 1. col. 2. instit. de assignat. libert.* licet in inferiorem omnes consentiant, vt
6 dixit *Cacher. consil. 49. num. 8.* Imo prædicti Vasalli domino resistere possunt, *Bal. in cap. 1. §. si quis, nu. 5.*
7 *quo tempo. mil. Gabrie. in d. conclus. 8. nu. 5.* & facit quod dominus, & Vasallus sunt duo correlatiua, & dispositum in vno censetur dispositum in altero, *Aluar. in cap. 1. §. præterea, in 2. nota. quid sit inuestitu.* & Vasallus ac dominus æqui-
8 parantur, *cap. 1. de non. form. fidelit.* & ideo sicut Vasallus non potest
9 alienare inuito domino, ita & è conuerso dominus inuito Vasallo, vt ex *Rip. li. 2. respons. cap. 25. numero 7.* arguit *Menoch. in dict. consil. 264. nu. 27. & Loffred. in ca. Imperialẽ, §. preterea ducatus, vers. Nec dominus, de prob. feu. alien. per Fed.*

Tertiò principaliter tanto magis prædicta conclusio procedere videtur ex pacto antecedẽte, q͂ habet terra Tortoreti de remanendo

in

in Regio Demanio postquam peruenit ad Regem Fidericum, qui eã subtraxit à Baronibus,& aggregauit Regio Demanio, vt patet ex priuilegio dicti Regis, anni 1171. *vbi hoc asserit in fin.* cuius verbis hoc
10 attestãtibus plene creditur, *Clem. 1. de probat. vbi Anton. de Butr. post alios, Turret. consil. 71. nu. 1. vol. 1. Affl. decis. 105. num. 14. Bolognett. consil. 1. num. 51. Foller. de censib. in verbo non vitiatas, num. 55.* & stantibus prædictis pactis ita fuisse iudicatum pro vniuersitatibus affirmant *Neniza. Cranett. Burs. & Menoch. in locis præallegatis*, & maximè in Regno in quo adest Reg. Pragmatica Alphonsi, mandans,
11 quòd Terræ quæ fuerũt de Regio Demanio, debeant semper permanere in Demanio, et quę essent alienatæ, de nouo soluto pretio reduci, ac eidem aggregari debeant.

Quartò facit *text. in §. dominus, instit. de noxali.* vbi seruus pro noxa
12 datus oblato pretio manumitti debet, & ibi *Ioan. Fab. infert*, quod si quis haberet Vassallos, & cederet bonis, videtur, quòd si illi vellent redimere libertates suas, debeant audiri, & hoc dicit *gloss. ibi fauore libertatis, & Ioan. Fab. sequuti sunt Montalb. in l. 2. tit. 24. par. 4. Didac. Perez. in l. 14. tit. 11. lib. 4. ordinatio. Couar. in capit. quamuis pactum, 2. par. §. 2. num. 4. versic. Ciuitas. Vincen. de Anna Alleg. 27. nu. 19. & in consti. diuæ memoriæ, num. 261. Vinc. de Franch. decis. 17. nu. 2. vers. veruntamen*, qui refert ita fuisse iudicatum.

13. Quintò facit, quòd Fiscus, licet iure singulari possit totam rẽ vendere, *l. 2. C. comm. rer. alien. l. 1. C. de vendit. rer. Fiscali. lib. 10.* tamen requisito consorte vendere debet,
14 vt si tãtũdem offerat, emptori præferatur, *arg. l. necesse, ff. de in diem addict. l. 1. de priuileg. credit. Greg. Lopez. in l. 53. vers. vender. tit. 5. p. 5. Frã. Mar. dec. 368. n. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 7.*

Sextò Vniuersitatis interest liberari à seruitijs ad quæ virtute iuris communis, & Regiarum Prag-
15 maticarum tenentur vtili domino, & à solutione prædictarum subuentionum, seu collectarum, de quibus in Constitut. Regni quamplurimum, & quibus liberantur si se redimunt, vt optimè dixit *Vincent. de Franch. d. decis. 17. num. 3.* exemplo eorum, quæ supradicta sunt; & secundum hanc opinionem pluries fuisse decisum ibi refert *Doctissimus Regens Camill. de Curt. in 1. par. diuers. iur. feud. cap. licet autem verissima, nu. 54.* & decisum fuisse pro Vniuersitate Sanseuerini refert ante omnes *Camera. in repet. cap. Imperialem, §. præterea ducatus, in fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* licet aliter decisum asserat in vẽditione iurisdictionis ter-
16 ræ Stili, quia Vassallus ex iurisdictione non efficitur amplius Vasalus, quàm non erat, in quibus terminis loquutus est *Vinc. de Frãch. decis. 17. & Frec. lib. 2. auth. 2. D. de Curt. in loco præalleg. num. 68.* licet ipsi aliter teneant *Anna Alleg. 27. num. 19.* quæ conclusio in iurisdictione, meo iudicio, nullam patitur difficultatem.

Septimò facit, quia feudo di-
17 stracto prætendentes interesse, ad illud reuocandum admittūtur saltem restituto pretio emptori, *cap. 1. §. Titius filios, & ibi scribentes, si de feud. fue. controuers.* quare pari ratione vendita Baronia Tortoreti cum Vasallis licere debet dictis hominibus, interesse ad hoc prætēdentibus, se redimere reddito pretio emptori.

Octauò prædicta confirmari videbantur, quia adsunt sæuitia Ba-
18 nis, quo casu nedum cogitur Baro vendere Baroniam, *ad tex. ins. sed, & maior asperitas, Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. Bald. in l. 2. §. dominus, ff. eod. Soci reg. 435. nu. 27. Boss. in tit. de Princip. num. 57. Vrsil. ad Affl. decis. 265. nu. 17. D. Camill. de Curt. in loco præallegato, nu. 45. & 46.* sed etiam pot est feudo & iu-
19 risdictione priuari, *Boer. decision. 304. Petr. de Greg. de concess. feudi par. 8. quæst. 16. tit. de iur. boni tractamenti, & in addit. cumulaui Rol. consil. 18. vol. 3. & consi. 40. lib. 4. Menoch. consil. 2. num. 196. Gram. decis. 104. Frec. de subfeud. lib. 2. authori-*
20 *ta. 8.* nec requiritur trina monitio, quando agitur vt cogatur vendere, vt ex *Boer. decis. 349. dixit Vrsil. in loco præallegato*, tanto magis in
21 Regno, in quo per Const. est prohibitum Baronibus Vasallos male
22 tractare, & ista monitio legis scripta habetur pro trina monitione, *Foller. super Constitu. præsenti, num. 15. fol. 113.*

Nonò & vltimò facit, quia su-
23 mus infra annum datum Vasallis ad petendum Demanium, vt concludit secundum omnes aduocatos Neapolitanos *Vincent. de Anna in Const. diuæ memoriæ, nu. 261. & Vincent. de Franch. in d. decis. 17. num. 17. D. Camill. de Cur. in loco allegato num. 56.* vbi ait dari annum
24 sicut datur filijs quādo pater alienat, & ipsi admittuntur ad retrahendum, iuxta terminos *cap. Titius, si de feud. defun. milit.* & sicut
25 cōceditur domino directo annus, quando Vasallus alienat, *cap. 1. §. porro, Qui. olim feud. pote. alie.* Itē
26 & quando vendit quis tamquam vicinus iuxta terminos *Constit. Regni Sancimus*, qui annus ne labere-
27 tur fuit à Principe prorogatus, & numquam cucurrit pendente lite super prælatione, *Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 10. nu. 36. Surd. decis. 203. num. 12.* imo interruptus fuit stantibus supplicationibus Principi factis, *l. 1. & 2. C. quand. libell. princi. l. 1. C. de annal. except. Petr. de Greg. de indic. causar. feuda. quæst. 17. num. 26. Guid. Pap. quæst. 138. & ibi apostilla Cumi. super Rit. capit. 40. et nu. 252. et 253.* & dato quod tempus prædictum esset elapsum, nō est dubium, quòd dictæ Vniuer-
28 sitati competat restitutio in integrum infra quadriennium vt in minore est decisum, per *cap. Constitutus, de in integ. rest.* & minori æquiparatur Vniuersitas, vt latè *Purpu.*
29 *consil. 548. nu. 104.* & quòd minori competat restitutio in retractu, voluit *Neapod. in consuetud. Neapo. si domus, de iur. congr. in gl. in verbo petenti. Tiraquell. de retract. §. 35. in gloss. 2. in verb. Mineures, sub numero 3. Guid. Pap. quæst. 257. Maurit.*

de re-

de restitut.in integ.quæst.87.artic.1. num.4. versi.sed in contrarium,Vincent. de Franch. decision. 17. numero 17. qui loquitur in Vniuersitate, *Alciat. consil.* 167. *Calde. in repet. l.si curatorem habens, numero 82. versic.sed aduersarij dolo, C. de restit. in integ.* & fuisse decisum per Regiam Cameram, refert *D. Camill. de Cur. loco præallegato numero 57.*

His tamen minimè refragantibus contrariam opinionem veriorem, & de iure indubitatam esse arbitratus sum, quòd tale ius prælationis non competat prædictis Vasallis; & primò, quia nulla lege
30 cauetur, quòd alius quàm directus dominus admittatur ad ius prælationis, quando vtilis dominus rem vendit, *l.fin.C. de iur.emphyt.And.in capit.1. §. nec dominus num. 46. versic.nam emphyteuta,de probibit.feud.alienat. per Feder. vbi Liparul. allegat concordantes, Salicet.in l.fin.versic.quæro sicut,C.de iur. emphyt.Corbol. de iur. emphyt. in tit. de causa priuat.ob aliena. irrequi. domi. fact. limitat.* 11.*fol.mihi* 263. *D. Camill. de Curt.in dicto capit.*40.*Vincent.de Franch.decis.*17. *numero* 7. vbi subdit, quòd si vendit directus dominus directum dominiū, seu annuos introitus, quos vtilis dominus soluit directo, non
31 præfertur vtilis dominus emptori, nec ante, nec post venditionem, secundum *And. & concord. per eum relatos*, & ita decisum fuisse refert per Sacrum Consilium; cum ergo nullum habeant Vasalli dominium, nulla potest pro eis considerari prælatio; Item
32 nec Vniuersitatis potest hoc prætendere ratione vicinitas, vel congrui propter quod datur prælatio, *ex constitutio. Sancimus, in tit. de iur. protbomys.* nec ratione consanguinitatis propter quam si
33 militer à lege inducta est prælatio iuxta terminos *text. in capit. constitutus,de in integ.restitut.& notat D.Camill. de Curt. dicto numero* 40. Nec iure redimendi, quo iure
34 quis cogitur vendere, seu retrouendere etiam quod nolit, vt etiā declarat *Gloss.Parisiens.§.13.gloss. 1. in verb. le segnuor, versic. antequam alitus,numero* 23.*&* 24. quia ex dispositione iuris obstat *text. in l. dudum, C. de contrah.emption.* & si hoc velit prætendere ex consuetudine admittente ius retractus, seu congrui, de hoc consuetudinem nō habemus, adeò quod si venditur res feudalis, consue-
35 tudines dantes retractum non procedunt, super quo *Tiraquell. de retract.§.1.glos.3.et num.3.Vincen.de Franc.d.decis.17.& dixi latissimè in decis.*4.

Secundo facit quia nemini est
36 concessum emptorem ab emptione facta repellere, & quod ei oblato pretio venditio fieri debeat, nisi lege, aut statuto, vel consuetudine hoc caueatur, *per text. in l. dudum, in fin. & l. inuitum, C. de contrahen. emption. & in l. fin. de reb. alien. non alien. & in l.fin.§. sed nec, C. de iur. emphyt. cum similib.* iniuriosum est enim vt homines aliquid facere cogantur, inuiti, vt in istis terminis *per leg. dudum*

dum.dicit Andr. in d.§.praeterea,num. 55. circa fin. versic. in praeiudicium, & D. Camill. de Cur. in d.loco num. 46. versic. ergo nec, quia interdicenda non est liberis hominibus rerum suarum dispositio, l. non vsq; adeo, ff. si quis à pat. fu. manum. cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petitio. haered. imo Doct. firmant communiter, quòd statuta quae aliter disponerent, essent
37 contra ius commune, vt per scribet. in d.l. dudum, & ibi habetur, quod nec socio potius, quàm extraneo
38 vendere teneatur, & hoc etiam stante rescripto Principis, l. de con
39 tract.i, C. de rescin. vendit. ac etiam persoluto maximo pretio, vt dixit Bald. cons. 439. in prin. lib. 1. & latè dixi in decis. 17. item nec etiam
40 fratri cōcessum extat, l. 1. C. cōm.
41 diuidun. item nec militi aut cuiuis graui viro, l. portionem, C. comm. rer. alien. Tiraquel. in praefat. retract. num. 23. & 30. Item nec etiā
42 Fisco competit, l. de contractu, & l. fin. C. de quadrien. praescript. l. 1. et 2. C. Ne fisc. rem quā vendit. euict. lib. 10. ergo idem dicendum erit in casu isto.

Tertio principaliter vt ad ca-
43 sum accedamus pro hac opinione faciunt multa iura, & primo text. in l. 11. §. Titius puerum, ff. de obseq. liberto. vbi si quis seruum vendi iussit, si postea exoratus ab eo recepto pretio illum manumisit, habebit in illo iura patronatus, quia beneficium contulit manumittendo, dum non cogebatur, & idem dixit glos. ponderando verbum (beneficium) ad idem facit gloss. in l. 1. in verb. retinet, C. de bon. lib. ad intellectum l. 2. si liber. ingenu. esse dica. videlicet, quod ille dominus serui sponte pretium oblatum receperat ponderando verbū (reddidisset) ad idem text. in l. post legatum, §. si pater, versic. si seruum, ff. de his quib. vt indig. vbi dominus etiam fisco petente non cogitur pretio recepto seruum manumittere, ad idem tex. in l. cum adfirmes, C. de libera. caus. vbi licet dominus paciscatur de manumittendo Verinam & filiam accepto nummo, si postea Verinam tantū manumisit, non cogitur filiam eius liberare; ad idem tex. in l. si is qui suis, §. si ab ig noto, in prin. ff. de manumis. vbi si seruus venditur alteri, licet offerat pretium, non tamen ille cogitur manumittere, quem text. ad hoc notat gloss. in l. 1. in versic. pro huiusmodi, circa fin. C. si seru. ext. ad idem text. in l. si ex liberta, C. de libera. caus. vbi si naturalis pater idemque dominus filiam distraxit, licet ea postmodum pretium soluat, non consequitur libertatem, per quae iura ita concludit Camil. Saler. in addit. consuetud. Napol. fol. 32. litera F.

Quarto facit quia tractare in casu isto de praelatione absurdissimum esset: de natura enim praelationis est, quod quis non cogatur ad vendendum, sed quod antequam vendat, debeat requirere eum, cui praelatio competit, si vult
44 emere, aliàs enim eo non requisito, & procedente ad actum venditionis, non per viam retractus soluto

luto pretio, sed per viam apprehē-sionis absque aliqua solutione pretij, non requisitus, qui requiri debebat, rem venditā capiet, iuxta terminos *l. fin. C. de iur. emphyt.* & ita in specie declarat *Glo. Parisien. in §. 13. glos. 1. supra relata*, & si in hoc casu loqueretur de prælatione; oporteret de necessitate fateri, quod facta venditione non requisita Vniuersitate, quod vniuersitas ex se ipsa efficeretur libera à Rege si ipse vendidisset, & à Barone si reducta esset in demanium absq; aliqua pretij solutione.

Quinto hanc opinionem in ter-
45 minis tenuerunt *Frec. de subfeu. li. 2. auth. 2. nu. 26.* quia valde exclamat contra istos prætendentes demaniū, quia sub clipeo Regij Demanij excoriant illos pauperrimos homines, *Loffred. in c. Imperialem §. præterea, vers. nec dominus. vbi late de probib. feu. alien. per Fed. Camil. Saler. in addit. consuet. Neapol. fol. 32. Lancellot. Gail. in consil. 46. vol. 1. per totum. Camerar. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, in fin. comment. de prohibit. feud. alien. per Fed.* qui, si rectè perpendatur, dicit hanc opinionem iuridicam, & ita fuisse iudicatum in causa Stili, licet hodie non procedatur, per *tit. digestorū de iusti. & iur. sed per vim. Gregor. Lopez. in l. 4. tit. 13. part. 7. Vinc. de Franch. decis. 17.* qui refert ita iudicatum fuisse quidquid de con-
46 suetudine contrarium seruari referat nouissimè doctissimus D. Regens *Camill. de Curt. in d. 1. part. diuersor. iur. feud. num. 32. fol. 8. & num. 47.* vbi concludit secūdum iuris terminos terris istis, & Vniuersitatibus, quæ venduntur, nullum ius circa dictam prætensam prælationem competere posse, licet de consuetudine Tribunalium illius Regni contrarium seruetur, *& num. 54. & num. 74.* subdit quod in his demanijs nullum consideratur seruitium Regis, qui nimò maximum præiudicium; nā si de prouentibus agatur, illi numquam in beneficium Regis applicantur, sed lucro Gubernatoris cedunt: Item introitus feudales maximam patiuntur iacturam ex ipsorum dismembratione, & sine domino, & administratore: Item cessat spes deuolutionis: Item, & addi potest in Regno nostro exactio iuris decimæ, & tareni competens Regi pro alienatione feudi. Nullum denique beneficium Vniuersitatum; quinimo earum perditio, vt experientia docuit in Regno illo, vbi omnes Vniuersitates admissæ ad demanium pertierunt iterum ad nihilum redactæ venire in posse Baronum, & quod his de causis ipse vt Fisci patronus Regiæ Cameræ numquā institit pro istis demanijs, nec petitionibus Vniuersitatum adhæsit, & ante eum aduertit *Freccia in d. auth. 2. num. 26.*

Postremo supradicta omnia tanto fortius procedunt in causa ista in qua vt ostensum est in facto tēpore captæ possessionis dictæ Terræ per procuratorē Donna Aloysiæ emptricis absque aliqua contradictione, & protestatiōe Vasallos

fallos omnes eum recepisse, qui procurator amouit officiales, & de nouo creauit alios, & multa similia fecit in signum possessionis noui dominij, imò quando illuc se contulit Don Hieronymus Mastrillus pro domina Baronissa Gubernator fuit receptus vti dominus magno applausu à Vasallis, & Iuratis obuiam ei euntibus, & in ipso ingressu expressis lætitiæ signis maxima tormentorum ignis copia, ac tota militia, quibus stātibus vendicat sibi locum singularis doctrina *Andr. in d. §. præterea ducatus, num.* 48. *versic. sed stando,* dum dixit quod si Va-

47 salli consenserunt in nouum dominum, illum recipiendo absque aliqua protestatione, illud ius redimendi (dato quod haberent, pro vt expressè contrarium ex prędictis probatum est) statim amiserunt, sequitur *Vincent. de Franch. in d. decis.* 17. *num.* 21. vbi subdit multos ex Regijs Consiliarijs iudicasse in causa illa contra Vniuersitatem ex acquiescentia Vasallorum tēmpore captæ possessionis, non concurrente aliqua protestatione; hanc eandem opinionem sequuti sunt *Capic. in Inuesti. feudali, in verb. Imperator, in* 4. *declarat. & in verb. limitari potest. Lancellot. Gall. dicto consi.* 46. *num.* 50. *Camill. Saler. in d. addit. Neapod. in procemio fol.* 34. *litera D. & in litera C. fol.* 31. qui dicit secundum hanc opinionem fuisse decisum per Regiam Cameram Summariæ in Collaterali Consilio inter Marchionē Chiariæ, & Vniuersitatem Anoiæ, *Soc. Iun. cons.* 94. *num.* 30. *vol.* 2. *Barbat. cons.* 11. *num.* 21. *vol.* 2. *Gabri. de iur. quasi. conclus.* 8. *nu.* 19. *Anna Alleg.* 50. *num.* 5. *& Alleg.* 69. *num.* 13. *& in constitut. diua memoria, num.* 61. *versic. Ego autem,* quæ conclusio procedit etiam si adesset protestatio, & deinde dominum recepissent, vt dixit idem *Andr. in d. §. præterea, versic.* sola autem protestatio,

48 quia per actum contrarium obuiauerunt, & sequitur *Camill. Salern. in loco praallegato,* & hoc vltimum argum. sufficeret pro decisione illius causæ.

Non obstant modo in contrarium adducta, & primo illa iura allegata, quia procedunt fauore libertatis, & sic locum haberent, quando Terra Tortoreti esset de Regio Demanio, & Rex illam vendere vellet, quia tunc fauore libertatis admitterentur Vasalli ad seredimendum soluto pretio,

49 secundum *Andr. in dicto §. præterea, num.* 48. *versic.* nec præiudicaret hominibus demanij, & ponderando verba (ad demaniū reuocare) *in fin. d. vers.* quæ præsupponunt primum statum demanij, & maximè illa verba *And. ibi num.* 45. (*quod si homines demanij*) & ibi (nam homo demanij posset dicere Nolo esse Vasallus alterius quam Regis) quia interest non adijci seruituti, maximè propter interesse ibi consideratum, & ideò rectè procedunt illa iura fauore præcedētis libertatis: secus autem in Terra Baronis,

quia

quia tunc ex venditione, eorum conditio non fit deterior, vt dixit *Saler. in loco allegato, Vincen. de Franch. d. decis. 17. num. 15. & 16. Lancellot. Galli. d. cons. 46. nu. 54. & dixit D. Camill. de Curt. in d. capit. licet, num. 39.* qui negat hoc casu dari prælationem Vasallis demanij, sed bene pro eis facere rationem, quòd sicut possunt dicere Regi, nō potes procedere ad alienationem, & nos volumus esse Vasalli Baronis, secundum *Andr. in d. §. præterea, versic. nec dominus*, quem refert *Annain Al. leg. 27.* à fortiori audiri debeant, si dicant Regi, nos idem quod repetis pretium offerimus, vt teneas in Regio Demanio, & ab illo nos non separes, & sic ius istud (dicit ipse) non est quod principaliter competat Vasallis, sed causatiuè, cum possint dicere, tu non potes nos vendere, in quo cum de nullo tractetur interesse Regis, & de beneficio Vasallorū, succedit regula dicens, quod illud est faciendum, quod sibi non nocet, & mihi prodest, *ad text. in l. in creditore, ff. de euictio. imo in num. 44.* subdit nullum pro Vasallis considerari posse fauorem libertatis, cum Vasallus non di-
50 catur seruus, sed æquiparatur libero, vt dixit *gloss. in capit. 1. de Vasal. qui contum. est, Andr. in c. 1. quib. mod. feud. amittat. gloss. in §. sed qui delator, de consuetud. rect. feud. Andr. in cap. 1. de nou. form. fidelit. Euerard. loco 59.* à liberto ad Vasallum.

Non obstat secundo, quod Vasalli inuiti non possunt alienari, ex quo Doct. inferunt quod dominus non possit alienare in aliū eis inuitis, quia hæc regula multas in se recipit limitationes, &
51 primò non procedit, quando Vasalli alienantur cum toto feudo, vt est in casu isto, quia tunc inuitis, & contradicentibus Vasallis alienatio procedit, ita dixit *gloss. in d. §. ex eadē lege, vbi Andr. Bald. & cæteri Doctor. Roman. consil. 26. num. 11. Alexand. in l. 2. nu. 29. ff. solut. matrimon. & facit text. in l. quemadmodū, C. de agric. & censit. lib. 10.* vbi asriptios seu censitos absque gleba alienare non licet, cum gleba autem, & territorio transeunt in emptorem, vt ibi etiam *gloss. notauit, ad idem gloss. in d. l. inuitus, Bal. in d. §. præterea, versic. item nota quod dominus, & consil. 324. lib. 5. & consil. 327. & 92. lib. 3. & in l. 1. sub num. 9. versic. sed si ego vendo, C. commun. de leg. vbi Iacob. de Arena, Guid. Pap. decis. 239. Affl. decis. 265. nu. 33. Ducn. d. regul. 215. Andr. in cap. si quis fecerit, num. 2. quo tempo. mil. & in d. §. ex eadem lege*, vbi dicit quod isto casu alienantur inuiti in inferiorem etiam rusticum, de communi testatur *Saler. in consuetud. Neapol. fol. 33. litera C. commune m etiam dixit Parisiens. consil. 23. nu. 103. vol. 1. post multos Gabrie. de iur. quasi. conclus. 8. nu. 10. Ias. in l. si non fortem, §. libertus, col. 9. ver. limita istam cōclusionem, ff. de condic. indeb. Burs. cons. 127. nu. 33. li. 2. Ceph. cons. 549. nu. 40. uol. 4. & plures alij Doct. ex aduerso relati.*

Nec

Nec obstare videtur, quod Doct. contrarij ponunt regulam, quando alienatio fit de feudo cũ Vasallis, vt dixerunt *Aluar. in c. 1. qu. tempo. mil. & Rip. resp. 25. nume. 15. qui ad hoc ponderant text. in d. §. ex eadē lege*, qui prohibet alienationem feudi inuitis Vasallis, nisi Mediolani, vbi dominus potest alienare, dummodo totũ alienet; nam vt dixi ex prædictis Doctor. apparet, quod prædicta limitatio est magis communiter recepta.

Minus obstaret, si diceretur limitationem prędictam intelligendam esse, quando alienatio fieret cum Vniuersitate bonorum, tam feudalium, quam allodialium, vt *ex Rip. in d. resp. 25. sub num. 15. dixit Cacher. Osas. consil. 49. num. 24. & ante eos voluit Fel. in cap. dilecti, col. 2. versic. considera, de maior. & obedient.* nam respondetur quod illud procederet, quando alienans aliquid sibi retinendo, Vasalli remanerent in aliqua subiectione, putà plurium dominorum, vt considerat *Purpurat. in consil. 548. nu. 96.* sed ex retentione bonorum allodialium, nullũ oriri potest præiudicium contra Vasallos, quia pro his ad nil tenentur, & est vanitas iudicio meo.

Secundò principaliter respondetur, prædictam conclusionem non procedere stante necessitate
52 alienationis, per ea quæ dixit *Alex. d. l. nu. 29. ff. solu. matr. & consil. 25. lib. 1. Felin. in cap. dilecti, in versi. hominibus inuitis, in fin. de maiorit. & obedient. Camill. Salernit. in loco præallegato versi. secundo etiã:* & tamen ex lectura ipsius contractus venditionis apparet quod dicta Terra Tortoreti erat grauata multis oneribus, et fuit vẽdita pro soluendis debitis legitimis, & ex causa dotium de paragio debitarum super dicta Baronia.

Tertiò respõdetur, prædictam conclusionem procedere posse
53 fauore libertatis, & sic quando Rex vẽderet, & alienatio fieret in inferiorẽ, vt expressè loquuti sunt *Neuiz. in dicto consil. 12.* qui loquitur in Rege alienante ratione libertatis, vt respondet *Vinc. de Anna in d. Alleg. 27. Item Alciat. in d. consil. 167.* qui etiam loquitur in alienatione facta per Regem, & stante pacto de non alienando facto cum Vasallis, & limitat dato consensu Vasallorum, vt est in casu nostro stante acquiescientia tempore captæ possessionis, vt dixi in vltimo fundamento. *Itẽ Cracett. in consil. 241.* loquitur in Duce Sabaudiæ *(qui Rex dicitur Regni Cypri, non recognoscens superiorem)* & vendiderat non obstante pacto de non alienando, & ibi Cõmunitas noluit admittere emptorem in dominum, sed statim contradixit, cuius contrarium cõstat in casu nostro; *Bursat.* loquitur etiam in Duce Sabaudiæ stãte pacto de detinendo sub eius dominio. *Demum Menoch. in dicto consi. 264.* respondet pro eadem causa pro qua consuluit *Bursat.* & non mirum si pro Vniuersitatibus iudicatum fuisse dicant.

Non obstat tertium principale fun-

fundamentum, quod Terra Tortoreti habeat priuilegium, quòd semper debeat remanere in Re-
54 gio Demanio, quia respondetur, hoc nō est verum in facto, & licet in quadā permutatione, quæ fuit facta à Rege Fiderico de Terra Tortoreti, cum Terra Nohariæ; dicat Rex Terram prædictam permutare, & concedere Vinciguerræ de Aragona non obstāte quod Terram ipsam ad supplicationem Vniuersitatis, & hominum ipsius Terræ à Baronia abstraxerit, & adiunxerit alijs Terris Demanij, ex quibus verbis ex aduerso fuit figuratum pactum, & priuilegium Demanij, nihilominus per aliud priuilegium Regis Martini demōstratur, quod cum Terra prædicta Tortoreti esset in posse Guidonis Pollicino, & suorū successorum, quibus castrum prædictum ob seruitia præstita fuerat concessum per Imperatorē Fidericum in anno 1230. ab eorum posse prætenditur fuisse confiscatum, & de anno 1371. fuit cōcessum dicto Vinciguerræ de Aragona ex causa prędictę permutationis; postmodum de anno 1398. Rex Martinus viso processu super hoc compilato, ac cæteris priuilegijs, declarans dictum de Pollicino olim Baronem fuisse indebitè spoliatum à possessione dictæ Terræ per dictum Vinciguerram de Aragona, Terrā ipsam Tortoreti restituit Rogerio Pollicino successori per intermedias personas illius Guidonis primi acquisitoris, cassans, & annullans de certa scientia omnes donationes dicto Vinciguerrę factas de dicto Castro Tortoreti, tanquam factas in Rogerij eiusque hęredum manifestum pręiudiciū; ex quo facto clare demonstratur, quod si et quatenus Fidericus Rex promisisset ad supplicationē Vniuersitatis eam tenere in Demanio, tamen promissio illa euanuit stante declaratione postea facta per Regem Martinum, & cancellatione actorum, & sic resoluto iure datoris resolutum fuit ius acceptantis. *l. lex vectigali, ff. de pignor. cum similibus*, & hæc responsio ponit gladium ad radicem.

Secundò respondetur quod da-
55 to quod Rex promisisset Terram prędictam tenere in Demanio Regio, nihilominus promissionem illā reuocare potuit, vt dixit *Curt. Iun. in consil. 147. Soc. sen. consil. 4. vol. 3. Bald. in cap. 1. in fin. de natur. feud. Angel. in l. item si verberatum, §. primo, ff. de rei vendicat.* dicens quòd mentiuntur tenentes contrarium, & apostilla ad eum ibi fortius procedere ait, quādo Rex concessionem illam fecisset ex mera gratia sua absque promissione, vt in casu nostro legitur, & sequitur *Suarez. Allegat. 9. num. 11.* & ratio est, quia cum per hanc concessionem Demanij nullum dominium transferatur, nec alteri trāsferri impeditum sit, idcirco reuocari potest; & secundum hanc opinionē fuisse decisum refert in causa Ducis Seminarię contra Vniuersitatem *Camill. Saler. super Consuetud. Neapol. fol. 31. litera C.* & fuisse confirmatam sententiam in supremo

premo Cõsilio Suæ Catholicę Maiestatis refert *Vincēt. de Anna Al.*
56 *leg. 50. in princip. & Alleg. 69.* qui ampliant prædicta stante consensu Vasallorum post reuocatũ Demaniũ, vt fuit in casu nostro, postquam peruenit Terra Tortoreti in posse illius de Vinciguerra, & ab eo in Bartholomæum filium, & demum ad Rogerium, & ad eius hæredes. Nec obstant *Nouiz. Crauett. Bursatt. & Menoch. in prædictis consil.* quia in dictis casibus Rex concessit tale priuilegiũ non subditis, imo Ciuitatibus, & Terris, quæ se ipsas dederant Regibus, & Principibus cum hoc expresso pacto, vt ipsimet dicunt, & consuluit *Roder. Suar. Alleg. 9.* vbi ĩ fine ita dicit fuisse iudicatũ, *Crauett. consil. 54. Rub. Alex. consil. 69. Soc. consil. 57. vol. 3.*

57 Nec alicuius erat momenti Pragm. Regis Alphon. quod Terræ quæ fuerunt de Regio Demanio, & postea peruenerint ad Barones soluto pretio, admitti deberent ad Demanium; nam vt supra proximè ostensum est, Terra Tortoreti numquã fuit de Regio Demanio; Item Pragmatica illa fuit edita in specie pro Terris Mistretræ, & Capizzi, quæ fuerant de Regio Demanio, & ad supplicationem ipsarum Terrarum; Præterea in Regno habemus *Cap. 1.* Regis Martini, vbi declarantur semel pro semper, quæ sunt Terrę de Regio Demanio, & quæ sunt in Baronia, & vult quod illæ quæ sunt de Demanio, in Demanio, & quæ in Baronia, in Baronia semper persistant, & tamen Terra Tortoreti non est numerata in terras Demaniales, & ideo remanet in Baronia stãte dispositione *d. Capitul.* quod fuit confirmatum per Regem Alphonsum *Cap. 485.* Demum pragmatica illa numquam fuit in vsu, nec reperitur in volumine pragmaticarum impressarum.

Nõ obstat quarto loco id quod
58 dicebatur de *text. in §. dominus, instit. de noxalib.* & ea quæ inferebantur ibi à Ioan. *Fab. cum alijs relatis,* nam eius illationem appli
59 cando ad terminos illius *tex.* procederet, quoties Vasalli, seu homines illi conditionales dati, vel accepti in solutũ fuissent pro eo, quod dominus debebat, cũ enim tunc ad effectum satisfaciendi crẽditori dati fuissent, mirum non est quod satisfacto creditore ipsi liberantur, prout fit in seruo dato pro noxa, qui ideo soluendo noxam pro qua datus fuerat, liberatur, quia ipse in solutione erat, & sic soluendo liberatur, *argum. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff. de solut.* at casus noster non ita se habet, ex quo processum fuit, medio perfecti contractus, & dominium ex iusta causa emptori acquisitum tolleretur, qui non pretium, sed rem volebat, & vẽditor non ad æstimationem rei, sed ad rem ipsam præstandam erat obligatus, & sic res erat, & in obligatione, & in solutione, quo casu quæsito dominio, à nobis sine nostra voluntate auferri non potest, *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & ex diuersis non fit illatio, & ita respõdent

dent multa alia ad hoc adducendo *Lancellott. Galli. dict. consil. 46. nu. 55. & D. Camill. de Curt. in dict. vers. nu. 43. vers. sed ego sẽper tenui.*

Respõdetur secundò, quod ibi cogitur ille manumittere si seruus damnum resarcierit, quia iste damnum passus non habet actionem nisi ad damnum, & volente domino serui damnũ soluere, dando seruum pro noxa, liberatur; vnde si seruus potest damnum resarcire manumitti debet, quia primus dominus omne ius sibi competens abdicauit, secundus vero conqueri nõ potest, eo quia quod principaliter sibi competebat cõsequitur, videlicet damni satisfactionem, ita vt merito videatur ferè de voluntate primi domini manumissus, cum illum à se transtulisset, secundo autem domino satisfactione dãni sequuta ius nullum competere videbatur, ita vt nõ immerito Prætoris auxilio manumitti debuerit, postquam eius dominium, soluto pretio ad aliquem non competebat, quia primus dominus dãdo illum pro noxa illud transtulerit, & merito postea ipso inuito manumitti debet, quia quod ab initio fuit sibi volũtariũ ex post facto necessarium; & secũdum hunc intellectum patet text. illum non obstare in casu nostro, est nãque ibi casus specialis à quo nõ potest inferri, vt singulariter dixit *Saler. in loco preallegato.*

Respondetur tertiò, quod in illo text. non fuit facta emptio, & venditio serui, sed petebatur tantum damni æstimatio, ad quam damnum passus actionem habebat, dominus autem serui electionem; vel dandi seruum pro noxa, vel æstimationem damni soluere, ita quod damnum passus non seruum, sed tantum æstimationem damni petebat, & sic eo dato pro noxa fuit dispositum, vt ab ipso damni æstimatione recepta manumitteretur, & ita declarat text. illum *Sal. in l. 1. col. 1. C. de bon. liber. & in l. 1. col. 2. C. quib. ad liber. procla.* vnde quia primus dominus non curauit, & neque secundus affectauit seruum habere, ille consequutus fuit libertatem.

Postremò respondetur, quod Ioan. Faber loquitur per verbum (*videtur*) & sic nõ firmat pedes in illa opinione, imo in fine tenet cõtrariũ, & sic facit pro hac opinione nostra dum allegat *text. in c. 1. & 2. extr. de Iudæ.* in quibus licet Iudęi non possint habere Christianum mancipium, si illi ascriptitij glebæ, & terris eorum adhærent, nõ licet oblatis duodecim solidis (*de quib. in præd. tex.*) libertatem recuperare, quod etiã notant ibi Doct. & præsertim *Fel. nu. 1.* & aduertit *Greg. Lop. in d. l. 4. sup. relata.*

Minus obstabant cæteri Doct. qui sequuti sunt Io. Fabrum, quia respondendo particulariter, dico primo quod *Montalb. non decidit,* sed refert dictũ *Ioan. Fab.* & ei respondet *Greg. Lopez. Item Didac. Perez.* neque tenet opinionem cõtrariam, sed referendo dicta *Ioan. Fabri* relinquit cogitandum.

Couar. loquitur quando Rex alienaret, & sic in casu *And. Alci.*

X & alio-

& aliorũ,quorũ dictũ,vt aliàs diximus, fortè procederet in Vasallis Demanij ex causa libertatis.

Vinc. de Anna in Alleg.27. nu. 19. loquitur etiam in Vasallo Demaniali,& subdit contrariũ,quando non militaret ratio libertatis, prout in vẽditione iurisdictionis
60 secundum quam fuisse decisum refert, & dixi supra *num.16.& in Constit. diuæ memoriæ, num. 261. remittit se ad Addent. ad Consuet. Neapol.qui tenent cõtrarium*; Item loquitur ipse antequam consentiant in nouum dominum, quod non est in casu nostro, quia cõsentiunt, vt dictum est supra.

Demum *Vincent. de Franch.firmat pedes in consuetudine illius Regni num. 6. versic.secunda ratio, & de eadem consuetudine testatur D. de Curt.& D.Ioan.Andr.de Georg. Alleg.7.in princip.*& sic contrariũ determinant secundum regulas iuris, quæ consuetudo cum in Regno isto non reperiatur,non ligat, *Andr.in cap. 1.in princip. ex quib.*
61 *cauſ.feud.amittit.* imo consuetudo feudalis etiam scripta vnius loci non seruabitur in alio, nisi probetur quod ibi etiã seruatur, *Andr.in §.quod si Titius, si de feud.defunct. milit. Palat. Ruui. in cap.per vestras,§.21.nu.1. de donatio.inter virum & vxor.* Non obstat dicere consuetudinem adesse allegando causam Mistrettæ,& Capitij,quia terræ illæ fuerant Demaniales, & habebãt pactum expressum,quod Rex illas detinere deberet in Regio Demanio,quod non est in casu præsentis causæ, vt videri potest in dicta Pragmatica Regis Alphonsi.

Quintò principaliter non obstant not. per *Franc.Marc.d.decis.*
62 *360.*nam ipsemet dicit conclusionem illã procedere ex æquitate.

Ad sextum argumentũ,quod interest Vasallis liberari à seruitijs, quibus tenẽtur vtili domino,respõdetur quod de iure non cõpetit tale ius se liberãdi,nisi essent in dominio Regis vt supra late ostẽsum est, & licet *Vincen.de Franc.& D. Camill.de Curt.* dicant aliter fuisse decisum,tamen vt ipsimet testantur hoc procedit in Regno illo ex cõsuetudine,quę prorsus deficit in Regno nostro,vt supra probaui.

Septimò non obstant notata ex
63 *cap.Titius*,nã ideo ibi filij,& agnati ad reuocandum feudum alienatum in extraneum admittuntur, quia ad illud vocati sunt ex pacto,& prouidentia primi inuestiti, & feudum est antiquum, aliàs secùs esset,vt ibi habetur per scribentes,& post eos *Clar.§.Feudum, quæst.41.& 42.& dixi post alios in decis.8.in fin.*

Octauò non obstat,opinionem contrariã hic tanto fortius procedere posse cum adsint sæuitiæ Baronis, quibus stantibus dari prælationẽ dixit *D.de Curt.in loco alleg. num.45.& 46.*quia respondetur, quòd Baronissa numquam vsque adhuc à die emptionis stetit in Baronia; quare mirandum est, quòd hic possit tractari de sæuitijs commissis per Baronem:si vero pretẽditur sæuitia fuisse commissa per Gubernatorẽ,&alios officiales ab

ipsa

ipsa creatos, & hoc quoq; magis ridiculum videtur: nam quod attinet ad Gubernatoré nil constat, imo viso processu státe eius innocentia super imputatis fuit remissus in iustitia; quo vero ad alios officiales iam per M. R. C. missus fuit quolibet anno Syndicator, à quibus omnes fuerút absoluti, & liberati, & prouisiones ipsæ approbatæ ab Excellentiss. Prorege ad relationem ipsius M.R.C. Et denique si officiales male tractant Vasallos, ad quid imputandum hoc erit Baronissæ, quo ad amissioné Baroniæ, cú cognitio eos castigandi sit M.R.C. à quius Syndicator nedum eos malè tractasse, sed optimè cum Vasallis omnibus se gessisse cuicumque iustitiam reddendo, cognouit, eosque omnes summo cum honore liberauit, vt dictum est.

Nonò & vltimò nó vrget, quòd sumus infra annú concessum Vniuersitatibus ad petendum Demanium, & quod saltem si annus esset elapsus competeret restitutio in integrum. Nam respondetur negando annum dari Vasallis in Regno nostro, quidquid dixerint
64 *Vinc. de Franch. Vinc. Anna. D. de Curt. nu. 56. & cæteri ex aduerso relati*, qui loquuti sunt stante cósuetudine in Regno illo Neapolitano, quæ non semper fuit recepta, vt optimè innuit *Vinc. de Franch. in nu. 17. ibi, aliquando, & ibi, prout consueuerunt*, imo vt dixit *Salern. in Consuet. Neapol. fol. 32. littera D. & ante eú Vinc. de Anna in Constit. diuæ memoriæ, d. nu. 261.* hoc tempus fuit pluries taxatum arbitrio Iudicis, aliquando enim fuit taxatus mensis vnus, vt fuit in causa Afragolæ, quæ lapso mense fuit exclusa, *vt in Alleg. 27. nu. 21.* aliquádo menses duo vnus post aliú, prout in Vniuersitate Maidę, quæ lapso dicto tempore fuit exclusa; Itē & in causa Vniuersitatis Paulæ, quæ habuit mensem, & eo lapso fuit exclusa; Item & in Vniuersitate Summæ, quæ habuit duos menses, vt refert *D. de Cur. in dict. uerb. nu. 62. fol. 10.* adeo quod non potest dici etiam in Regno illo determinatum esse tempus datú Vasallis ad petendum Demaniú, cum vt rectè notat *D. de Curt. de hoc Demanio leges loquutæ nó fuerint.* Sed dato quòd annus daretur, tamen est elapsus, & nó solum annus, sed anni septem, & vltra. Nec obstat primo quod lite pédente tempus non cucurrerit táto fortius ex supplicationibus porrectis Excellentiss. Proregi, quia respondetur
65 quod in casu nostro adhuc lis nó pendet, cum neque libellus pręsentatus, neque citatio aliqua interuenerit *ad text. in l. contra maiores, & ibi gloss. C. de inoffi. testam. & ibi Doct. omnes*, secundum quam opinionem, quod terminus currat, Vniuersitati fuisse iudicatum refert *D. Camill. de Cur. num. 61.* contra Vniuersitatem Mariliani, non obstante litis pendentia, quę in casu nostro non datur vt dixi, in tantum quòd nouissimè fuit instante Baronissa facta prouisio per Excellentiss. Proregem ad relationem M.R.C. quod Vasalli propo-

X 2 nant

nant suam pretensionem, aliàs lapso semestre imponatur perpetuũ silentiũ. Secũdo non obstat quod dato quod annus esset elapsus, & & prorogatio obtenta, tamen cõpetit restitutio in integrũ *ex Vinc. de Franch. in dict. decis. 17. num. 17.* quia multipliciter respõdetur, &
66 primò quod cum nulla competat prælatio, nec ius aliquod redimẽdi oblato pretio, nec infra, nec post annũ, ex supra deductis, nulla potest dari restitutio, & ideo adducta ibi per *Vinc. Franch.* & alios scribentes Neapolitanos videtur bene procedere, cum ibi sit probatum, quòd ex consuetudine datur prælatio infra annum, vt ibi dicit in *versic. quia si competit prælatio,* & hodie est dispositum per Reg. Prag. *in tit. de offici. procu. prag. 63. fol. mihi 196. à tergo,* per quam conceditur annus Vniuersitatibus ad petendum Demanium, quod tamen in Regno nostro statutũ non reperitur.

Secundò respondetur, quòd si velimus vti consuetudine illius Regni, & per consequens dari annũ, vtique est exclusa à beneficio ipsius restitutionis lapso anno ex forma eiusdem Pragmaticę; & statuto potest beneficium restitutionis prędictę excludi, vt dixit *Sfor.*
67 *Odd. in tract. de restit. in integr. par. 1. quæst. 15. D. Camill. de Curt. num. 59.* qui subdit rationẽ ne emptor pro tanto tẽpore esset incertus de dominio suo. Item quia huiusmodi Demania cum iure non probetur, sed admissa per consuetudinem, illa in longum protrahere in tã graue damnũ, & præiudicium emptoris æquum non videbatur, & propterea arctatum fuisse tempus, & sublatam restitutionem; & prædicta tanto fortius procedere in casu isto, nam Vasalli sciebant habere annum, & petierunt prorogationẽ, & nihilominus, & annus, & prorogatio obtẽta fuit elapsa, quo casu tamquam scientes excluduntur; ignorantibus enim succurritur remedio restitutionis in integrum, vt passim voluerunt iura, & Doct. omnes.

Tertiò respondetur, quod ad hoc, vt possit cõpetere talis resti-
68 tutio, opotteret probare Vniuersitatem habuisse pecuniam promptam, sufficientem, & expeditam, aliter læsus quis non dicitur, *l. si minor in emptione, ff. de minor.* & id restitutio reddit, quod lęsio abstulit, *l. qui proprio, ff. de procurat. l. si quidẽ, ff. de præd. minor.* & hanc opinionem in terminis tenet *Vinc. de Anna in d. Alleg. 27. nu. 24.* vbi in fine ita refert iudicatum contra Vniuersitatem, & eum sequitur *Marcell. Cala in tract. de mod. articulan. quæst. 260. num. 757. & Camill. Salern. in Consuetud. Neapol. litera D. fol. 32.* et maximè in dilatione data ab homine, vt est annus iste secundum prædictos Doct. & *Surd. decis. 203.* qua cessante, & fi-
69 nita, numquam datur restitutio, *Anna, & Cala in dictis locis post Tiraquell. quem ipsi allegant in tractat. de retract. conuentio §. 1. gloss. 1. numero 40.* nec sufficeret hodie offerre dictã pecuniam, quia hæc mora non potest purgari, *vt dixit*

Roman. cons. 435. & in terminis Vinc. de Anna. in Constit. diuæ memoriæ, dicto num. 261. qui refert ita iudicatum pro Marchione Fuscaldi contra Vniuersitatem Paulæ, & in fortioribus terminis etiã, quòd habuissent pecuniam promptam, & expeditam, quod nulla competat restitutio decidit *Gloss. Parisien. §. 13. glos. 2. in verbo Peut.*

Circa vero secundum dubium de quo queritur, an prædicta Vniuersitas possit petere Demanium in beneficium Regis ex iure prælationis Regi competente, dico
70 quòd licet de iure communi Rex habeat retractum infra annum, *ad text. in cap. 1. §. porro. quali. olim feud. poter. alien. Iacob. de Sancto Georg. in sua inuestit. in verb. quæ quidem inuestitura, num. 60. Amod. à Pont. in quæst. Laudem. quæst. 30. Vincent. de Franch. decis. 17. num. 7. & alios allegaui in addit. ad Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 16. in tit. de iur. direct. domin.* Item & de iure Regni ex *cap. volentes*, ibi (*elegerimus emere,*) &
71 Vniuersitas posset petere Demanium ex iure Regi competente in eius beneficium, cum ex hoc retractu consolidetur iurisdictio, quæ erat in vtili domino penes Barones cum directo quod erat penes Regem, vt admittit *d. de Curt. in d. vers. sub num.* 52. nihilominus in casu nostro nulla potest hodie ex parte Fisci prætendi prælatio, nam ex prædicta dispositione *cap. volentes*, Rex noster cõcessit licentiam alienandi feuda, dummodo de pecunia venditionis ipsius integrè decima Fisco soluatur, & sibi reseruauit tale ius redimendi ad petẽdũ infra mẽsem, ibi (ita tamen quod tempore venditionis feudorum huiusmodi liceat Maiestati nostræ pro pretio venditionis ipsius conuento inter contrahentes eosdem dictum feudum emere, ita quod si infra mensem vnum, à die quo ad notitiã nostram peruenerit numerandũ, feudum prædictũ, vel quotam partẽ pro dicto pretio non elegerimus emere, & pretium soluere, vt prædicitur, venditio valeat, & sit firma numquam per nostram Curiã in posterum infringenda) Hæc sunt verba *cap. volentes*, ex quibus sequitur quòd cum in casu nostro non solum elapsus est mensis, sed etiam anni plures à die notitię datæ Regiæ Curiæ, sequitur dicendum, quod Rex ipse sit exclusus tam de iure communi, quàm de iure Regni; Notitia, vt apparet ex scripturis constat clarissimè, quia per Collectorem decimæ, & tareni fuit facta relatio in Tribunali Regij Patrimonij de toto tenore contractus venditionis dictæ Terrę, & per dictũ Tribunal habita informatione prædicta fuit prouisũ quod exigatur decima, quæ prouisio fuit facta de mense Nouembri eiusdẽ anni, quo fuit vẽdita dicta Baronia, cuius prouisionis vigore fuit facta iniunctio D. Baronissę ad soluendũ decimam, quæ in mẽse Ianuarij supplicauit Excellentissimũ Proregem, dando etiã notitiã, quod emerat dictam Baroniã, & petijt dilationem ad soluẽ-

 dum

dum decimam, quæ fuit sibi concessa, relaxata tertia parte si solue rit infra sex menses, prout solutio intra idem tempus facta fuit.

Hinc sequitur quod cum Pro-
72 rex Excellentissimus nec non & Tribunal Regij Patrimonij, habita notitia de dicta venditione, ele gerint velle decimam, censentur renuntiasse iuri prælationis, tanto magis per lapsum tēporis post notitiam habitam velut electione facta iuris oppositi, vnde variare non licet, *l. similius*, ibi *(& pretium petendo recessisse) ff. de minor. l. si fundus, §. 1. l. post diem, ff. de leg. commissio. l. commissoria, C. de pact. inter empto. & vendito. in puncto de cidit Glo. Parisiens. in §. 14. ante nu.* 5. vbi ampliat etiam si infra tempus reseruatum vellent variare, et sic infra mēsem in casu nostro, & loquitur in simplici interpellatione ad soluendum quintum denarium, & tamen in casu nostro
73 adest interpellatio, & solutio facta, quo casu consumpta est facul tas retrahendi, *Glos. Parisien. §. 13. glos. 2. verb. Peut. ante nu. 3. ver. am plio secundo*.

Non obstat dicere, quod notitia non fuit data domino Regi prout disponit *capit. volentes (& Maiestati nostræ)* nam duobus mo dis respōdetur. Et primo quia suf-
74 ficit scientia, & notitia officialium, & magistratuum, cum eorum scientia, & taciturnitas Regi prçiudicet, etiam ad inducendum contra eum præscriptionem. *Peregrin. de priuileg. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 26. versic. quibus adde, vbi ad hoc allegat Bart. et alios, Tiraquell. de nobilit. quæst. 14. num. 4. Loffred. consil. 36. nu. 10. Balb. de præscript. 2. part. princip. quæst. 2. versi. sed du*
75 *bitatur*, & in terminis quod scientia Proregis Regi præiudicet in retractu voluit *Ioann. Aloys. de Se pt. in repet. d. c. fo. mihi* 506. vbi red dit rationem, nam eius priuilegiū amplum est, & *Bongiorn. ibidem fol. mihi* 406. tanto magis in re pertinente ad dictos officiales, *ut volunt præalleg. Doct.*

Secundo respōdetur, quod Pro
76 rex præstat consensum in alienationibus feudorum, & in his parē vim habet cum Rege, vt determinat *Andr. in capit. Imperialem, num. 12. in princip. de probib. feud. alien. per Federic. quem ibi nuncupatim sequuntur Doctor. Martin. Lauden. Præpos. & Affl. quæst. 16. num. 11. cum seq. qui latissimè examinat, & post alios Illustris. D. Ioann. Franc. de Pont. consanguineus meus in con sil. 1. num. 2. vbi hoc expeditum esse ait. Cannet. in c. volentes, verb. At non est otiosum, fol. mihi* 207. & potest Regi præiudicare, *Cannet. ibidem nu. 6.* & consequenter renuntiare ius retractus.

77 Nec obstat dicere ꝙ Rex consentiens alienationi non censetur renuntiasse iuri retractus, *ex Cannet. in d. c. volentes, verb. quid enim si Princeps, fol. mihi* 200. vbi dicit ita fuisse iudicatum in causa Petræ, & voluerunt alij per me citati *in deci. 50. num. 10.* nam respondetur quod idem *Cannet.* ibi dicit, quòd per consensum de alienando Rex sibi non præiudicat in iure præ-

re præferendi;& dat rationẽ,quia hoc ius competit post perfectam venditionem, & sic pro Baronissa facit decisio ista *Canner. & aliorũ*, & infertur quod post perfectã vẽditionem consentiendo sibi præiudicauit.

Nec aduersus lapsum huius mẽ
78 sis competit Regi restitutio in integrum, cum hoc neque lege, neque consuetudine caueatur, nec dicunt Doctor. postquam Rex habuit scientiam, quidquid in ignorante de iure communi dici posset ex *Parid. de Pute.in tract. de rein teg.feud.cap.*241. & dicunt Doct. per eum relati,vel quando esset lęsio reipublicæ secundũ *Sfort. Odd. in tractat.de restitut. in integ.quæst.* 4. *nu.*91. imo volunt Doct.quod per lapsum anni censetur refutasse *Aluar. Bald. & alij in d. §.porro, & in casu capit. volentes*,lapso mense Rex promittit securitatem emptori, ibi *(ita quod si infra mensem vnum à die quo ad nostri notitiam peruenerit numerandum feudum prædictum non elegerimus emere, venditio valeat,& sit firma numquam per nostram Curiam in posterum infringenda*) quo casu quãdo per legem promissa est securitas emptori, qui restitutionem petere potest, tunc censetur denegata
79 restitutio per legem *gloss. in l. ait Prætor,§.* 1. *in verb.imputandum,ff. de minor.Sfort. Odd. de restit.in integ.quæst.*15. *artic.*5. *nu.*43. & dat rationem, quia non esset plenissimè assecuratus,si nõ esset redditus securus etiam ab extraordinaria molestia restitutionis in integrũ,

Et maximè prædicta procedũt in casu de quo agitur, quia stante
80 solutione facta de decima ipso iure consumpta fuit facultas retrahendi, nec competit restitutio in integrum, vt in terminis dixit *Gloss.Parisiens.d.§.*13.*gloss.*2.*uerb. Peut.ante num.*3. *versic. amplio secundo*.Vnde excluso iure Regis neque admittẽda venit Vniuersitas prædicta ex iure prelationis Regi competenti, & secundum prædicta concludo,submittendo me cũ iusuis saniori iudicio.

Don Garsias Mastrillus I. V. D.



A Deo doctè, luculenter,& plene à per-Illustri,& Eccellentissimo primique nominis I. C. celeberrimo D. Don Garsia Mastrillo scriptum est, vt nobis ad subscribendum requisitis, quatenus dicta veritate nitantur,nil aliud superesse videatur, quàm manũ apponere, & subscribere, prout communicato sæpius colloquio libenter facimus,cum pręsertim videamus subditos proprio iure nullam habere vel prælationis vel retractus, aut quoquo alio nomine appelletur, facultatem reuocandi alienationem, cum non sint consanguinei,
81 consortes,vel vicini, quibus talia permitti consueuere, *ad Bald. & Affl.in cap.Sancimus amodo de iure prothomys.Bonanid.in l. dudum, C. de contr. empt. Tiraquell. de vtroque retr.in præfatione num.*1.
82 Imo inuiti alienari possunt, quod certe cum iure prælationis,

vel reuocandi incompatibile est, quicquid enim disputant interpretes, alijs volentibus subditos inuitos alienari minimè posse, *cap.1.§.præterea ducatus, de probi. alien.feud.per Feder.gloss. in l.inuitus,ff.de fid.Neniz. inter cons.Brun. consil.22.Aym.consi.241.num.6. & consil.963.num.10. Rol.consil. 1.num.34.in princip.* Tamen cum in proposito hi subditi sub Demanio non essent, adeo quod per hanc alienationem sub Demanio esse desinant,& ad minus digni,inferioris vel minus potentis Domini manus reducantur,sed cum sub Barone essent sub alio Barone cõstituantur, & inter hos Barones nullam qualitatem, aut differentiam extare demonstret, in tantum quod omne ipsorum interesse prorsus cesset, vtique inuiti alienari possunt, *capit.1.§.ex eadem ibi inferiori viro de leg.conrad. Host. in capit. dilecti, de maior. & obedien.Bald. in cap.sanè, sub num. 5. de renuntiat. in cap.1.§. in generali, si de feud.fuer. contr. inter domi. & agna. Imol. Aret. & Alexand. in l.2. in fin.princip.ff.solut. matr.Marsil.post Angel.quem allegat in l.1.§.cum quidam, sub nu.5. versic. Attamen dicunt,ff.de quæst. Ias.consil.227.in 17.fund.in 2.Alciat.in l.debitorum, numer.16.C.de pact.Marchab.consi.55.num.502, cum seq.Rim.Iun.consil. 601. num. 74.& 75.in 6.multos allegat.Surd. consil.323. num.1.* & in specie dicunt multi ex allegatis, quod ad hoc vt subditorum interesse cessare dicatur,non est necesse,quod

83 secundus Dominus sit prorsus similis primo, & easdem punctualiter habeat qualitates,sed sufficit, quod inspecta qualitate subditorum, & loci sint similes prout in dubio domini, & Barones præsumuntur.

Non etiam ex persona Regis,
84 cui tale ius prælationis vel reuocandi contra Baronem competeret tum ratione reuerentiæ, tum ratione directi dominij, *ad l.fin. cum notat.C.de iur.emphyt.* quæ omnia cum cessent in subditis, *arg.l.4.§.aduersus,ff.de doli except.* Ius quoque prælationis seu reuocationis cessare debet,sed fortius cum Rex aliàs alienauerit seu permutauerit, & alienari passus fuerit, & ita consenserit, nullum amplius vel prælationis vel reuocan
85 di ius illi remanet ad ea quę infra dicemus *Ross.de feud.cap.9.cõclus. 91.sub num.15.ibi,vel si iam antea in id consenserat,*& ideo, nec subditi, vel quisquam alius ex persona sua id poterit, *l.neque per se, C.de bar.insti.*

Coadiuuātur hæc omnia, quia sicuti Dominus directus alienare
86 potest irrequisito eo, qui ab eo vtile dominium recognoscit,iuxta *reg. d.l. dudum, l.in re mandata, C.mand.* nec contrarium de iure cautum reperiatur idque ea contingat ratione, quia Dominus directus à Domino vtili causam nõ habet, *Salicet.in d.l.fin. numer.12. Ias.num.12.C.de Iur.emph.Imol.in cap. potuit,num.9. locat.Corbul.in tract. de Iur.emphyteut. tit. de casu priuat. ob alienat.limit.11.* Ita ac

ijsdem

ijsdem rationibus Baro alienans subditorum consensum requirere non tenetur, quia hoc iure non cauetur, & causam ab illis non habet.

At omnem dubitandi causam cessare existimamus, quòd huius
87 Baroniæ alienatio non solum ipsis scientibus, & patientibus facta fuerit, sed multos actus extrinsecos gerentibus, infinitos iudiciales, & iurisdictionales actus acceptantibus, & non protestantibus prout requirebatur; ex quibus omnibus indubitatus eorum colligitur consensus, vt etiam si aliquod prælationis vel reuocationis ius habuissent, sibi præiudicauerint, *cap. 1. in princ. vbi gloss. de alienat. feud. pat. Isern. num. 1. Bald. num. 1. Lauden. num. 1. Aluar. num. 1. Præpos. num. 2. Afflict. num. 1. Schin. num. 1. Balz. num. 8. cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. cap. 1. §. moribus, in fin. si de feud. defunct. sit cont. l. si debitor. §. 1. l. si consensit, in princip. l. Paulus, ff. quib. mod. pig. vel hypot. Isern. in capit. Imperialem, §. nec dominus, nume. 48. vbi Addent. de prohibit. feud. alien. per Feder. & ibi Balz.*
88 *num. 27. ibi, (& debet protestari, & non pati quod detur dominus) Tiraquell. de retract. ligna. §. 1. glos. nona, num. 121. Sonsbech. de feud. part. 13. num. 129. Schneid. part. 7. num. 85. Vult. cap. 11. num. 102. Mynsing. obseruat. 85. nu. 7. Herm. Pistor. lib. 2. part. 1. quæstio. 6. nume. 71. Mor. consil. 11. num. 3. vol. 1. gloss. ad Ross. dict. cap. 9. conclus. 77. littera A. Surd. dict. consil. 323. num. 27. versic. secundo principaliter, & num. 28. seruit. text. in l. exceptione, C. de euict. leg. quidam ex parte, l. uendicantem, ff. de euict.*

Considerandum quoque cre-
89 dimus, quod si huiusmodi Baronia antiquitus per Reges alienata fuerit, & de Barone in Baronem, frustra contendunt subditi ad Demanium reduci, non solum ex eo quod in Regno Siciliæ non adsint Demania, prout sunt in Regno Neapolitano, sed quia stante huiusmodi longa, & inueterata alienandi consuetudine non datur amplius Demanium, *Ias. in dict. consil. 227. Socin. consil. 4. numero 20. in 3.* & Reges siue Barones iuxtà consuetudinem contrahentes, & alienantes rectè facere dicuntur, & impediri non possunt, *Guid. Pap. decision. 560. versicul. præterea de consuetudine, Nat. consil. 367. num. 6. Socin. Iun. consil. 94. numer. 29. in 2. Roland. consil. 1. num. 81. in princip. Surd. dict. consil. 323. num. 26. & 27. in 3.* Et his ac multis alijs copiosè per Excellentissimum D. Consultorem deductis prout suprà responsum est, iuris esse credimus, subscribimus, atque consulimus, saluo &c.



Ludo-

L*Vdonicus Gozadinus I.V.D. Bononiensis, ac Venerandi Patrij Pōtificij atque Cæsarei Collegij Decanus, colloquio cum infrascriptis Excellentiss. DD. meis, mature habito, vt supra iuris esse affirmauimus, pro vt ego firmo, dico, saluo &c.*

Ludouicus Gozadinus vt supra.

Locus Sigilli,

Hieronymus Ghisillerius V.I. D. Collegiatus communicato colloquio, ita iuris esse censeo, saluo semper &c.

Idem Hieronymus Ghisillerius.

Locus Sigilli.

Vincentius Bantius V.I.D. Bononiensis, Iuris Pontificij ac Cæsarei Collegiatus, ac in Patrio Gymnasio Iuris Ciuilis ordinarius Vespertinus interpres colloquio sæpius cũ cæteris DD. meis habito, sic vt supra iuris esse censeo, dico, & consulo, saluo &c.

Vincentius Bantius vt supra.

Locus Sigilli.

Hieronymus Buccaferreus V.I.D. Bononiensis Collegiatus, habito colloquio cum suprascriptis Illustri. & Excellentiss. DD. meis ita cum eis de iure respondeo &c.

Locus Sigilli.

IESVS MARIA

E*Go Ioannes Baptista Costa I.C. Ticinensis in Patrio Gymnasio primarius Sacrorum Canonum interpres libens acquieui superiori consultationi præclarissimi I.C. Don Garsiæ Mastrilli per-Illustris Regij Consiliarij: qui cumulatissimè absoluit, quod oportuit: Addendo dumtaxat illud vice corollarij, vt ne prorsus asymbolus ad hoc latissimum conuiuium accedam: nimirum circa declarationem illius receptissimæ sentētiæ: quod Vasalli inuiti minimè possint alienari siue in maiorem, & meliorem: siue in parem, siue in inferiorem: vel cum curia: vel sine curia: de qua vltra allegatos Doct. in vberrimo responso fidem quoque facit* Præses Morosi. consil.45.num. 11.& 12. *atque ex professo copiosissime inter recentiores* Rosantel. tractat. de feud. cap.9. memb.1. conclus. 62. *quæ quidem est: ne vendicet sibi locum isthæc cōmunis traditio Vasallis ipsis, & subditis expresè acquiescentibus alienationi, aut non contradicentibus; Vnde tacitus consensus colligitur, teste eodem* Rosantel. ibidem num. 14.

Et circa scientiam officialium, quod sit ad instar scientiæ domini, iuxta ea, quæ scripsi ego in tract. de fact. scient. & ignoran. Inspect. 72. nu. 10. vsq. ad fin. Tom.1. *quare pro fide subscripsi cum soliti sigilli appositione.*

Locus Sigilli.

IESVS MARIA.

Consultationem, & respōsum hoc per-Illustris. I.C. Don Garsiæ Mastrilli Regij Consiliarij iuri, & æquitati consentaneum esse existimo, & approbo &c.

Andreas

Andreas Fachineus I. C. Foroliuienſis, & in Pyſano Gymnaſio Cæſarei iuris interpres ordinarius. In cuius rei teſtimonium ſubſcripſi, & ſigno meo ſolito obſignaui. Ad Laudem Dei Omnipotentis &c.

Locus Sigilli.

In eandem ſententiam cōcurro ego Lucas Thomaſinus à Ripatranſona V.I.D. & in Pyſano Gymnaſio veſpertinus interpres ordinarius, & in fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſignaui &c.

Idem Lucas Thomaſinus.

Locus Sigilli.

Concluſionem in ſuperiori eruditiſſimo reſponſo firmatam iuri conſonam puto ego Philippus Bonauenturius I.C. Florentinus, & in Pyſano Gymnaſio ordinarius Iuris Ciuilis interpres, in cuius rei teſtimonium ſubſcripſi, & ſignaui &c.

Locus Sigilli.

Deciſionem ſupra firmatam à per Illuſtri Domino Conſultore Iuridicam, & Iuri Conſentaneam eſſe cenſeo &c.

Alexander Sanminiatellus I.C. Pyſanus, & in dicto Gymnaſio interpres Iuris Pontificij, in cuius fidem propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſignaui &c.

Locus Sigilli.

Nihil excogitari poteſt pro tuendis iuribus Baroniſſæ, quod in allegationibus per-Illuſtris, & Excellentis. I.C. Don Garſiæ Maſtrilli Regij Cōſiliarij hucuſque deductis pleniſſimè, & doctiſſimè intentatum, & expoſitum non reperiatur. Ideò ſuperflua, & mea, & cuiuſque alterius opera eſſet. Requiſitus igitur in fidem ego Zenobius Bonauēturius I.C. & Aduocatus Florentinus libenter manu propria ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignaui &c.

Locus Sigilli.

In eandem ſentētiam per-Illuſtris Domini Conſultoris in eius eruditiſſimo reſponſo firmatam concurro ego Marcus Antonius Aſinius I.C. & Aduocatus Florentinus, & in fidem propria manu ſubſcripſi, & proprio ſigillo muniui &c.

Locus Sigilli.

Cum D. Don Garſiæ Maſtrilli. Conſilium recognouerim, cumq. rationi Conſentaneum atque æquitati conſonum putem, ego Eques Alemannus Medices V.I.D. & Aduocatus Florentinus manu propria proprioq. ſigno firmaui.

Locus Sigilli.

Quæ ſupra doctè egregie, atque ſubtiliter adducta fuerunt, tantorumque Patrum teſtimonio roborata, exiſtimo iuri conſona, & ideo de ſimplici ſubſcriptione requiſitus ſubſcripſi ego Simon Nicolinus I.C. & Aduocatus Florentinus manu propria, & ſolito ſigillo ſignaui &c.

Locus Sigilli.

In

In eandem conclusionem supra firmatam de sola subscriptione requisiti concurrimus nos infrascripti Doctores Siculi.

Vincentius Spuches Baro Amorosæ V.I.D.
Don Petrus Corsettus I.V.D.
Tubiolus Benfari V.I.D.
Augustinus Lauaggi V.I.D.
Maurus Burgius I.C. Catinensis.
Cæsar de Luparellis.
Nicolaus de Cannizarijs Vtriusque Iuris Doctor.
Carolus de Grassis I.V.D.
Marius Muta V.I.D.
Don Sebastianus la Farina V.I.D.



INDEX RERVM OMNIVM NOTABILIVM

Quæ in hoc opere continentur, copiosissimus.

A



Alie-

Camil-

C

Exe-

G

H

Haere-

Inte-

Loca-

Et

Offi-

Præ-

Pro-

Resti-

Sors

Vasal-

V

FINIS.



